Digitized by Google

BIBLIOTECA LUCCHESI-PALLI
III.ª SALA
SCAFFALE 9
PLUTEO III
N.° CATENA 2

·BIBLIOTECA·
·LVCCHESI·PALLI·

Grande Sala O. I
9 - III - 9

Digitized by Google

III 9 III 2

Digitized by Google

Digitized by Google

>568

ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ

THUCYDIDIS
DE BELLO PELOPONNESIACO
LIBRI OCTO

GRAECE ET LATINE

AD EDITIONEM IOS. WASSE ET CAR. ANDR. DUKERI

ACCURATE EXPRESSI

CUM VARIETATE LECTIONIS ET ANNOTATIONIBUS

VOLUMEN SECUNDUM

BIPONTI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS
CIƆIƆCCLXXXVIII

BIBLIOTECA LUCCHESI PALLI
Biblioteca Nazionale V.E. III NAPOLI
Digitized by Google

Digitized by Google

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ

ΟΛΟΡΟΥ

ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ

Digitized by Google

EPITOME LIBRI II.

THEBANI, qui noctu per proditionem occupaverant Plataeam, ab oppidanis partim occisi, partim capti sunt. Cap. VI. *Quo facto, ruptis aperte foederibus, utrinque ab Atheniensibus & Peloponnesiis summa vi bellum parari coeptum est. Cum priores Peloponnesii, duce Archidamo rege Lacedaemoniorum, Atticam invasissent; Pericles, Athenienses ad bellum sustinendum exhortatus, inter cetera reipublicae agros suos donavit, rogavitque Athenienses, si forte eos non laederet hostis, uti ob eam rem nullam de ipso conciperent suspicionem.* XIII. *Peloponnesii Acharnas usque populabundi pervenerunt, magna cum indignatione plebis in Periclem, exire contra hostes prohibentem.* XXII. *Atheniensium equites in Phrygiis fugati sunt. Ipsi cum in aciem non prodirent, Peloponnesii domum reverterunt.* XXIII. *Aeginetis, ab Atheniensibus pulsis, Lacedaemonii agros dederunt.* XXVII. *Sol defecit.* XXVIII. *Athenienses societatem cum Sitalce Thraciae rege iunxerunt.* XXIX. *Ea hieme exsequias bello caesis fecerunt: quos Pericles princeps civitatis laudavit.* XXXIV. *Sequente anno Peloponnesii iterum Atticam ingressi, posteaquam saevissima Athenas pestis invasit: ipsi perpopulato omni agro domum se receperunt.* XLVII. LVII. *Legatos Peloponnesiorum, ad Persarum euntes regem, Athenienses in Thracia interceptos necarunt.* LXVII. *Potidaeae ad haec deditio & Plataeae oppugnatio describuntur.* LXX. LXXV.

Digitized by Google

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ
ΟΛΟΡΟΥ
ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

THUCYDIDIS
OLORI FILII
HISTORIAE LIBER SECUNDUS.

Α'. ΑΡΧΕΤΑΙ δὲ ὁ πόλεμος ἐνθένδε ἤδη Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων, καὶ τῶν ἑκατέροις ξυμμάχων· ἐν ᾧ οὔτε ἐπεμίγνυντο ἔτι ἀκηρυκτεὶ παρ' ἀλλήλους, καταστάντες τε ξυνεχῶς ἐπολέμουν. γέγραπται δὲ ἑξῆς ὡς ἕκαστα ἐγίγνετο κατὰ θέρος καὶ χειμῶνα. Bell. Pelop. an. 1. Olymp. 87. 1/2. U. C. Varr. 32. 3/4. Maii 7.

β'. Τέσσαρα μὲν γὰρ καὶ δέκα ἔτη ἐνέμειναν αἱ

HINC igitur initium belli, inter Athenienses & Peloponnesios ac utrorumque socios gesti, iam ducitur: in quo nullis inter se commerciis amplius sine caduceatore miscebantur; & ex quo id semel susceperunt, id etiam continenter gesserunt. Scriptum autem est ordine, prout singula quaeque aestate atque hieme sunt acta.

II. Nam tricennalia foedera, quae post captam Euboeam

Digitized by Google

τριακοντούτεις σπονδαὶ, αἳ ἐγένοντο μετ' Εὐβοίας ἅλωσιν· τῷ δὲ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει, ἐπὶ Χρυσίδος ἐν Ἄργει τότε πεντήκοντα δυοῖν δέοντα ἔτη ἱερωμένης, καὶ Αἰνησίου Ἐφόρου ἐν Σπάρτῃ, καὶ Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας Ἄρχοντος Ἀθηναίοις, μετὰ τὴν ἐν Ποτιδαίᾳ μάχην, μηνὶ ἕκτῳ, καὶ ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ, Θηβαίων ἄνδρες ὀλίγῳ πλείους τριακοσίων (ἡγοῦντο δὲ αὐτῶν Βοιωταρχοῦντες, Πυθάγγελός τε ὁ Φυλίδου, καὶ Διέμπορος ὁ Ὀνητορίδου) ἐσῆλθον περὶ πρῶτον ὕπνον ξὺν ὅπλοις ἐς Πλάταιαν τῆς Βοιωτίας, οὖσαν Ἀθηναίων ξυμμαχίδα. ἐπηγάγοντο δὲ καὶ ἀνέῳξαν τὰς πύλας Πλαταιέων ἄνδρες, Ναυκλείδης τε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, βουλόμενοι, ἰδίας ἕνεκα δυνάμεως, ἄνδρας τε τῶν πολιτῶν τοὺς σφίσιν ὑπεναντίους διαφθεῖραι, καὶ τὴν πόλιν

inita fuerunt, quatuordecim quidem annos duraverunt: ſed quintodecimo anno, cum Chryſis ſacerdos duodequinquageſimum ſacerdotii annum Argis ageret, & Aeneſias Spartae Ephorus eſſet, & Pythodoro, qui tunc Athenis Archon erat, duo praeterea menſes ad integrum magiſtratus annui tempus abſolvendum adhuc ſupereſſent, ſexto menſe a pugna ad Potidaeam commiſſa, ſtatim ineunte vere, Thebanorum quidam paulo plures trecentis (ipſis vero praeerant Pythangelus Phylidae, & Diemporus Onetoridae filius, qui tunc apud Boeotos ſummum magiſtratum gerebant) circa primum ſomnum cum armis Plataeam Boeotiae urbem, Athenienſium ſociam, ingreſſi ſunt. Illos autem in urbem induxerunt, & portas illis aperuerunt quidem Plataeenſes, Nauclides, & qui eiuſdem factionis erant; qui, ut privatam potentiam ſibi pararent, cives ſibi inimicos de medio tollere, urbemque Thebanis adiungere vo-

Digitized by Google

Θηβαίοις προσποιῆσαι. ἔπραξαν δὲ ταῦτα δι᾽ Εὐρυμάχου τοῦ Λεοντιάδου, ἀνδρὸς Θηβαίων δυνατωτάτου. προϊδόντες γὰρ οἱ Θηβαῖοι ὅτι ἔσοιτο ὁ πόλεμος, ἠβούλοντο τὴν Πλάταιαν, ἀεὶ σφίσι διάφορον οὖσαν, ἔτι ἐν εἰρήνῃ τε, καὶ τοῦ πολέμου μήπω φανεροῦ καθεστῶτος, προκαταλαβεῖν. ᾗ καὶ ῥᾶον ἔλαθον ἐσελθόντες, φυλακῆς οὐ προκαθεστηκυίας. θέμενοι δὲ ἐς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα, τοῖς μὲν ἐπαγομένοις οὐκ ἐπείθοντο, ὥστ᾽ εὐθὺς ἔργου ἔχεσθαι, καὶ ἰέναι ἐς τὰς οἰκίας τῶν ἐχθρῶν· γνώμην δὲ ἐποιοῦντο, κηρύγμασί τε χρήσασθαι ἐπιτηδείοις, καὶ ἐς ξύμβασιν μᾶλλον καὶ φιλίαν τὴν πόλιν ἀγαγεῖν· (καὶ ἀνεῖπεν ὁ κήρυξ, εἴτις βούλεται κατὰ τὰ πάτρια τῶν πάντων Βοιωτῶν ξυμμαχεῖν, τίθεσθαι παρ᾽ αὐτοὺς τὰ ὅπλα) νομίζοντες σφίσι ῥᾳδίως τούτῳ τῷ τρόπῳ προσχωρήσειν τὴν πόλιν.

lebant. Haec autem egerunt per Eurymachum Leontiadae filium, virum Thebanorum potentiſſimum. Thebani enim, cum bellum fore praeviderent, Plataeam, quae ſimultates ſecum ſemper gerebat, in pace, belloque nondum palam moto, intercipere volebant. Quamobrem etiam iſti facilius clam ingreſſi ſunt, nulla dum poſita cuſtodia: armiſque in foro poſitis, illis quidem, a quibus in urbem inducti fuerant, morem non geſſerunt, ita ut ſtatim rem aggrederentur, & in inimicorum aedes ingrederentur; ſed decreverant & amicis edictis, praeconis voce promulgatis, uti, & civitatem potius ad compoſitionem & amicitiam adducere. Quare praeco edixit, ſi quis ex patriis Boeotorum inſtitutis eandem belli ſocietatem ſequi vellet, apud ipſos arma poneret, armiſque ſumtis ſe cum ipſis coniungeret: civitatem hoc modo ſibi facile adiunctum iri ſperantes.

γ΄. Οἱ δὲ Πλαταιῆς, ὡς ᾔσθοντο ἔνδον τε ὄντας τοὺς Θηβαίους, καὶ ἐξαπιναίως κατειλημμένην τὴν πόλιν, καταδείσαντες, καὶ νομίσαντες πολλῷ πλείους ἐσεληλυθέναι (οὐ γὰρ ἑώρων ἐν τῇ νυκτὶ) πρὸς ξύμβασιν ἐχώρησαν, καὶ τοὺς λόγους δεξάμενοι ἡσύχαζον· ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ ἐς οὐδένα οὐδὲν ἐνεωτέριζον. πράσσοντες δέ πως ταῦτα κατενόησαν οὐ πολλοὺς τοὺς Θηβαίους ὄντας, καὶ ἐνόμισαν, ἐπιθέμενοι, ῥᾳδίως κρατῆσαι. τῷ γὰρ πλήθει τῶν Πλαταιέων οὐ βουλομένῳ ἦν τῶν Ἀθηναίων ἀφίστασθαι. ἐδόκει οὖν ἐπιχειρητέα εἶναι. καὶ ξυνελέγοντο, διορύσσοντες τοὺς κοινοὺς τοίχους, παρ᾽ ἀλλήλους, ὅπως μὴ διὰ τῶν ὁδῶν φανεροὶ ὦσιν ἰόντες· ἁμάξας τε ἄνευ τῶν ὑποζυγίων ἐς τὰς ὁδοὺς καθίστασαν, ἵν᾽ ἀντὶ τείχους ᾖ· καὶ τἄλλα ἐξήρτυον, ᾗ ἕκαστον ἐφαίνετο πρὸς τὰ παρόντα ξύμφορον ἔσεσθαι. ἐπεὶ

III. Plataeenſes vero, cum Thebanos & intus eſſe, & urbem repente, praeter omnem exſpectationem, ab illis occupatam ſenſiſſent, perterriti, & ſuſpicati longe plures ingreſſos eſſe, (nec enim per noctis caliginem eos cernere poterant) ad compoſitionem venerunt, &, conditionibus acceptis, quieverunt: praeſertim cum hoſtes nihil novi in quemquam molirentur. At dum haec agerent, quodammodo animadverterunt, non multos eſſe Thebanos, &, ſi illos invaderent, a ſe facile ſuperari poſſe exiſtimarunt. Nam Plataeenſis populus ab Athenienſibus deficiebat invitus. Rem igitur tentandam eſſe cenſuit. Quamobrem inter ſe coibant, ſuffoſſis communibus aedium parietibus, ne, dum per vias commearent, ſe proderent, & ab hoſte conſpicerentur; plauſtraque ſine iumentis in viis ſtatuebant, ut muri loco eſſent; & cetera parabant, prout quidque

δὲ ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν ἕτοιμα ἦν, φυλάξαντες ἔτι νύκτα καὶ αὐτὸ τὸ περίορθρον, ἐχώρουν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐπ' αὐτούς· ὅπως μὴ κατὰ φῶς θαρσαλεωτέροις οὖσι προσφέρωνται, καὶ σφίσιν ἐκ τοῦ ἴσου γίγνωνται, ἀλλ' ἐν νυκτὶ φοβερώτεροι ὄντες, ἥσσους ὦσι τῆς σφετέρας ἐμπειρίας τῆς κατὰ τὴν πόλιν. προσέβαλλόν τε εὐθὺς, καὶ ἐς χεῖρας ᾔεσαν κατὰ τάχος.

δ'. Οἱ δ' ὡς ἔγνωσαν ἐξηπατημένοι, ξυνεστρέφοντό τε ἐν σφίσιν αὐτοῖς, καὶ τὰς προσβολὰς ᾗ προσπίπτοιεν ἀπεωθοῦντο. καὶ δὶς μὲν ἢ τρὶς ἀπεκρούσαντο, ἔπειτα πολλῷ θορύβῳ αὐτῶν τε προσβαλόντων, καὶ τῶν γυναικῶν καὶ τῶν οἰκετῶν ἅμα ἀπὸ τῶν οἰκιῶν κραυγῇ τε καὶ ὀλολυγῇ χρωμένων, λίθοις τε καὶ κεράμῳ βαλλόντων, καὶ ὑετοῦ ἅμα διὰ νυκτὸς πολλοῦ ἐπιγενομένου,

rebus praesentibus utile fore videbatur. Postquam autem res omnes, ad hostes invadendum necessariae, pro facultate iam paratae fuerunt, tempore, quo nox adhuc erat, & ipso diluculi adventu observato, ex aedibus egressi in ipsos invaserunt: ne in luce cum illis confidentioribus congrederentur, atque ita hostes pari & aequa conditione secum certarent: sed nocturnis tenebris magis perterrefacti, suo usu, & peritia, quam urbis locorum habebant, inferiores essent. Itaque statim eos invaserunt, & ad manus celeriter venerunt.

IV. Illi vero, ubi cognoverunt se opinione deceptos, inter se ipsos conglobabantur, & hostium impressionem, qua irruebant, propulsabant; eosque bis terve repulerunt: sed postea, cum & ipsi magno strepitu irruerent, & mulieres atque domestici simul ex aedibus clamores & ululatus ederent, eosque lapidibus & tegulis peterent, simul

ἐφοβήθησαν, καὶ τραπόμενοι, ἔφυγον διὰ τῆς πόλεως, ἄπειροι μὲν ὄντες οἱ πλείους, ἐν σκότῳ καὶ πηλῷ, τῶν διόδων ᾗ χρὴ σωθῆναι (καὶ γὰρ τελευτῶντος τοῦ μηνὸς τὰ γιγνόμενα ἦν) ἐμπείρους δὲ ἔχοντες τοὺς διώκοντας, τοῦ μὴ ἐκφεύγειν· ὥστε διεφθείροντο οἱ πολλοί. τῶν δὲ Πλαταιέων τις τὰς πύλας ᾗ ἐσῆλθον, καὶ αἵπερ ἦσαν ἀνεῳγμέναι μόναι, ἔκλεισε, στυρακίῳ ἀκοντίου ἀντὶ βαλάνου χρησάμενος εἰς τὸν μοχλόν· ὥστε μηδὲ ταύτῃ ἔτι ἔξοδον εἶναι. διωκόμενοι δὲ κατὰ τὴν πόλιν, οἱ μέν τινες αὐτῶν, ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβάντες, ἔρριψαν ἐς τὸ ἔξω σφᾶς αὐτοὺς, καὶ διεφθάρησαν οἱ πλείους· οἱ δὲ, κατὰ πύλας ἐρήμους, γυναικὸς δούσης πέλεκυν, λαθόντες καὶ διακόψαντες τὸν μοχλὸν, ἐξῆλθον οὐ πολλοί. αἴσθησις γὰρ ταχεῖα ἐπεγένετο. ἄλλοι δὲ ἄλλῃ τῆς πόλεως

etiam cum illa nocte magna pluvia ingruisset, territi fuerunt, & dantes terga per urbem fugere coeperunt, licet eorum plerique in tenebris & coeno ignari essent viarum, qua transire, servarique possent, (nam sub ipsum mensis finem haec acciderunt, quae tunc gesta sunt) & hostes insequentes haberent viarum peritos, ita ut effugere non possent. Quamobrem eorum plerique perierunt. Quidam autem Plataeensium urbis portas, qua hostes intrarant, & quae solae apertae erant, iaculi spiculo pessuli loco usus, & in vectis seram iniecto, clausit, ita ut ne hac quidem exitus pateret. Cum autem illos hostis persequeretur per urbem, quidam ex ipsis muros conscenderunt, & se ipsos foras deiecerunt, ac plerique interierunt. Alii vero per portas desertas, cum mulier quaedam securim ipsis dedisset, clam, & effracto vecte, non multi exiverunt. Nam cito rescitum est. Alii vero per urbem passim trucidaban-

σποράδην ἀπώλλυντο. τὸ δὲ πλεῖστον καὶ ὅσον μάλιστα ἦν ξυνεστραμμένον, ἐσπίπτουσιν ἐς οἴκημα μέγα, ὃ ἦν τοῦ τείχους, καὶ αἱ θύραι ἀνεῳγμέναι ἔτυχον αὐτοῦ, οἰόμενοι πύλας τὰς θύρας τοῦ οἰκήματος εἶναι, καὶ ἄντικρυς δίοδον ἐς τὸ ἔξω. ὁρῶντες δὲ αὐτοὺς οἱ Πλαταιεῖς ἀπειλημμένους, ἐβουλεύοντο εἴτε κατακαύσουσιν, ὥσπερ ἔχουσιν, ἐμπρήσαντες τὸ οἴκημα, εἴτε τι ἄλλο χρήσονται. τέλος δὲ οὗτοί τε καὶ ὅσοι ἄλλοι τῶν Θηβαίων περιῆσαν, κατὰ τὴν πόλιν πλανώμενοι, ξυνέβησαν τοῖς Πλαταιεῦσι σφᾶς τε αὐτοὺς παραδοῦναι καὶ τὰ ὅπλα, χρήσασθαι ὅ, τι ἂν βούλωνται. οἱ μὲν δὴ ἐν τῇ Πλαταίᾳ οὕτως ἐπεπράγεσαν.

έ. Οἱ δὲ ἄλλοι Θηβαῖοι, οὓς ἔδει ἔτι τῆς νυκτὸς παραγενέσθαι πανστρατιᾷ, εἴτι ἄρα μὴ προχωροίη τοῖς ἐσεληλυθόσι, τῆς ἀγγελίας ἅμα καθ' ὁδὸν αὐτοῖς ῥη-

tur. Maxima tamen pars, & praecipue, qui conglobati erant, irruperunt in magnum aedificium, quod erat muro contiguum, cuius fores erant apertae, exiſtimantes, has huius aedificii fores eſſe urbis portas, & plane illam viam extra ferre. Plataeenſes vero, poſtquam eos concluſos viderunt, deliberare coeperunt, utrum eos, ita ut erant, incenſo illo aedificio, concremarent, an aliud aliquod poenae genus in illos ſtatuerent. Tandem vero & hi, & ceteri Thebani, qui ſupererant, per urbem vagantes, ſeſe & arma Plataeenſibus ea conditione dediderunt, ut, quidquid illis viſum fuerit, ſtatuerent. Qui igitur Plataeae erant, hunc rerum exitum habuerunt.

V. Ceteri vero Thebani, quos antequam nox abiret, & dies clara illuceſceret, cum omnibus copiis adeſſe oportuerat, ſi quid forte minus ſuccederet illis, qui urbem in-

θείσης περὶ τῶν γεγενημένων, ἐπεβοήθουν. ἀπέχει δ' ἡ Πλάταια τῶν Θηβῶν σταδίους ἑβδομήκοντα, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ γενόμενον τῆς νυκτὸς, ἐποίησε βραδύτερον αὐτοὺς ἐλθεῖν. ὁ γὰρ Ἀσωπὸς [ποταμὸς] ἐῤῥύη μέγας, καὶ οὐ ῥᾳδίως διαβατὸς ἦν. πορευόμενοί τε ἐν ὑετῷ, καὶ τὸν ποταμὸν μόγις διαβάντες, ὕστερον παρεγένοντο, ἤδη τῶν ἀνδρῶν, τῶν μὲν, διεφθαρμένων, τῶν δὲ, ζώντων ἐχομένων. ὡς δ' ᾔσθοντο οἱ Θηβαῖοι τὸ γεγενημένον, ἐπεβούλευον τοῖς ἔξω τῆς πόλεως τῶν Πλαταιέων. ἦσαν γὰρ καὶ ἄνθρωποι κατὰ τοὺς ἀγροὺς, καὶ κατασκευὴ, οἷα ἀπροσδοκήτου κακοῦ ἐν εἰρήνῃ γενομένου. ἐβούλοντο γὰρ σφίσιν, εἴ τινα λάβοιεν, ὑπάρχειν ἀντὶ τῶν ἔνδον, ἢν ἄρα τύχωσί τινες ἐζωγρημένοι. καὶ οἱ μὲν ταῦτα διενοοῦντο. οἱ δὲ Πλαταιῆς, ἔτι διαβουλευομένων αὐτῶν,

trarant, cum ipſis in ipſo itinere nuntius de rebus geſtis allatus fuiſſet, ſuis ſuppetias veniebant. Plataea autem a Thebis ſeptuaginta ſtadia abeſt, & aqua, quae illa nocte coelitus deciderat, effecerat, ut iter tardius conficerent. Aſopus enim fluvius multus fluxerat, nec facile tranſiri poterat. Quare per pluviam iter facientes, fluvioque vix traiecto, ſero venerunt, cum illorum milites partim quidem iam eſſent interfecti, partim vero vivi detinerentur. Poſtquam vero Thebani intellexerunt id, quod acciderat, Plataeenſibus, qui erant extra urbem, inſidias ſtruxerunt. Nam & homines in agris erant, & ſupellex, quippe quod hoc malum inopinatum pacis tempore contigiſſet. Volebant enim, ſi quem cepiſſent, eum ſibi eorum loco eſſe, qui in urbe detinebantur, ſi qui modo vivi ſupereſſent, quos illi captos retinerent. Atque hi quidem haec in animo habebant. Plataeenſes vero, cum illi adhuc conſulta-

ὑποτοπήσαντες τοιοῦτόν τι ἔσεσθαι, καὶ δείσαντες περὶ τοῖς ἔξω, κήρυκα ἐξέπεμψαν παρὰ τοὺς Θηβαίους, λέγοντες ὅτι οὔτε τὰ πεποιημένα ὁσίως δράσειαν, ἐν σπονδαῖς σφῶν πειραθέντες καταλαβεῖν τὴν πόλιν, τά τε ἔξω ἔλεγον αὐτοῖς μὴ ἀδικεῖν. εἰ δὲ μὴ, καὶ αὐτοὶ ἔφασαν αὐτῶν τοὺς ἄνδρας ἀποκτενεῖν, οὓς ἔχουσι ζῶντας· ἀναχωρησάντων δὲ πάλιν ἐκ τῆς γῆς, ἀποδώσειν αὐτοῖς τοὺς ἄνδρας. Θηβαῖοι μὲν ταῦτα λέγουσι, καὶ ἐπομόσαι φασὶν αὐτούς. Πλαταιῆς δ' οὐχ ὁμολογοῦσι τοὺς ἄνδρας εὐθὺς ὑποσχέσθαι ἀποδώσειν, ἀλλὰ λόγων πρῶτον γενομένων, ἤν τι ξυμβαίνωσι· καὶ ἐπομόσαι οὔ φασιν. ἐκ γοῦν τῆς γῆς ἀνεχώρησαν οἱ Θηβαῖοι οὐδὲν ἀδικήσαντες· οἱ δὲ Πλαταιῆς, ἐπειδὴ τὰ ἐκ τῆς χώρας κατὰ τάχος εἰσεκομίσαντο, ἀπέκτειναν τοὺς ἄν-

rent, ſuſpicati aliquid huiuſmodi eventurum, ſollicitique de civibus, qui foris erant, caduceatorem ad Thebanos emiſerunt, dicentes, eos neque pie feciſſe ea, quae fecerant, qui ſtante foedere ſuam urbem occupare conati eſſent; ipſiſque praeceperunt, ut ab iniuria & maleficio rerum, quae foris erant, abſtinerent. Alioqui dicebant, fore, ut ipſi quoque illorum milites interficerent, quos vivos haberent: ſed ſi illi ex ſuo agro recederent, hos illis redderent. Thebani autem haec dicunt, & illos haec iureiurando confirmaſſe perhibent. Plataeenſes vero negant, ſe pollicitos fuiſſe, fore, ut ſtatim captivos ipſis redderent: ſed colloquio prius habito, ſi quam compoſitionem inter ſe facere potuiſſent. Negant autem, ſe ullo iureiurando uſos fuiſſe. Thebani igitur ex illorum finibus, nulla iniuria facta, receſſerunt. Plataeenſes vero, ſimulac ex agris omnia in urbem comportarunt, confeſtim captivos

δρας εὐθύς. ἦσαν δὲ ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν οἱ ληφθέντες· καὶ Εὐρύμαχος εἷς αὐτῶν ἦν, πρὸς ὃν ἔπραξαν οἱ προδιδόντες.

στ΄. Τοῦτο δὲ ποιήσαντες, ἔς τε τὰς Ἀθήνας ἄγγελον ἔπεμπον, καὶ τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν τοῖς Θηβαίοις· τά τ' ἐν τῇ πόλει καθίσταντο πρὸς τὰ παρόντα ᾗ ἐδόκει αὐτοῖς. τοῖς δ' Ἀθηναίοις ἠγγέλθη εὐθὺς τὰ παρὰ τῶν Πλαταιέων γεγενημένα· καὶ Βοιωτῶν τε παραχρῆμα ξυνέλαβον ὅσοι ἦσαν ἐν τῇ Ἀττικῇ, καὶ ἐς τὴν Πλάταιαν ἔπεμψαν κήρυκα, κελεύοντες αὐτοῖς εἰπεῖν μηδὲν νεώτερον ποιεῖν περὶ τῶν ἀνδρῶν οὓς ἔχουσι Θηβαίων, πρὶν ἄν τι καὶ αὐτοὶ βουλεύσωσι περὶ αὐτῶν. οὐ γὰρ ἠγγέλθη αὐτοῖς ὅτι τεθνηκότες εἶεν. ἅμα γὰρ τῇ ἐσόδῳ γιγνομένῃ τῶν Θηβαίων, ὁ πρῶτος ἄγγελος ἐξῄει· ὁ δὲ δεύτερος, ἄρτι νενικημένων τε καὶ

interfecerunt: captivi autem erant numero centum & octoginta, & ex illis unus erat Eurymachus, cum quo proditores de urbe prodenda egerant.

VI. His autem peractis, Athenas nuntium miserunt, & militum a se caesorum cadavera Thebanis per inducias reddiderunt; & res urbanas, pro praesenti rerum statu, arbitratu suo constituerunt. Rerum autem a Plataeensibus gestarum nuntii statim ad Athenienses venerunt. Quare Boeotos, quotquot erant in Attica, protinus comprehenderunt; & praeconem Plataeam cum mandatis miserunt, ut ipsis denuntiaret, ne quid novi statuerent in Thebanos, quos habebant, antequam & ipsi aliquid de illis statuissent: nondum enim illis nuntiatum fuerat, eos iam esse mortuos. Nam simulac Thebani Plataeam sunt ingressi, primus nuntius exierat: at secundus, illis iam victis & captis. Et

ξυνειλημμένων· καὶ τῶν ὕστερον οὐδὲν ᾔδεσαν. οὕτω δὴ οὐκ εἰδότες οἱ Ἀθηναῖοι ἐπέστελλον· ὁ δὲ κῆρυξ ἀφικόμενος εὗρε τοὺς ἄνδρας διεφθαρμένους. καὶ μετὰ ταῦτα οἱ Ἀθηναῖοι στρατεύσαντες ἐς Πλάταιαν, σῖτόν τε ἐσήγαγον, καὶ φρουροὺς ἐγκατέλιπον· τῶν τε ἀνθρώπων τοὺς ἀχρειοτάτους ξὺν γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐξεκόμισαν.

ζ. Γεγενημένου δὲ τοῦ ἐν Πλαταιαῖς ἔργου, καὶ λελυμένων λαμπρῶς τῶν σπονδῶν, οἱ Ἀθηναῖοι παρεσκευάζοντο ὡς πολεμήσοντες. παρεσκευάζοντο δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν, πρεσβείας τε μέλλοντες πέμπειν παρὰ βασιλέα, καὶ ἄλλοσε ἐς τοὺς βαρβάρους, εἴποθέν τινα ὠφέλειαν ἤλπιζον ἑκάτεροι προσλήψεσθαι· πόλεις τε ξυμμαχίδας ποιούμενοι ὅσαι ἦσαν ἐκτὸς τῆς ἑαυτῶν δυνάμεως. καὶ Λακεδαιμονίοις μὲν πρὸς ταῖς αὐτοῦ ὑπαρχούσαις ἐξ Ἰταλίας καὶ Σι-

Athenienſes nihil eorum intellexerant, quae poſtea contigerunt. Sic igitur Athenienſes, rerum iſtarum prorſus ignari, praeconem eo miſerunt. Sed praeco cum Plataeam perveniſſet, viros illos comperit interfectos. Poſtea autem Athenienſes, cum exercitu Plataeam profecti, & frumentum importarunt, & praeſidium in urbe reliquerunt, & inutiliſſimos quoſque cum feminis ac pueris exportarunt.

VII. Hac autem re Plataeis geſta, & foederibus aperte ruptis, Athenienſes ſe ad bellum gerendum parare coeperunt. Lacedaemonii quoque, eorumque ſocii, ſe ad idem & ipſi parare coeperunt: & utrique legationes ad regem & ad alios barbaros erant miſſuri, ſi quod auxilium alicunde ſe ſibi adiuncturos ſperabant: & ſocietatem coibant cum civitatibus, quae erant extra ipſorum imperium. Et Lacedaemonii quidem, praeter illas, quas ibi in ſua ditione

κελίας, τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις, ναῦς ἐπετάχθησαν ποιεῖσθαι κατὰ μέγεθος τῶν πόλεων, ὡς, ἐς τὸν πάντα ἀριθμὸν, πεντακοσίων νεῶν ἐσομένων· καὶ ἀργύριον ῥητὸν ἑτοιμάζειν, τά τ' ἄλλα ἡσυχάζοντας, καὶ Ἀθηναίους δεχομένους μιᾷ νηῒ, ἕως ἂν ταῦτα παρασκευασθῇ. Ἀθηναῖοι δὲ τήν τε ὑπάρχουσαν ξυμμαχίαν ἐξήταζον, καὶ ἐς τὰ περὶ Πελοπόννησον μᾶλλον χωρία ἐπρεσβεύοντο, Κέρκυραν, καὶ Κεφαλληνίαν, καὶ Ἀκαρνᾶνας, καὶ Ζάκυνθον· ὁρῶντες, εἰ σφίσι φίλια ταῦτ' εἴη, βεβαίως πέριξ τὴν Πελοπόννησον καταπολεμήσοντες.

η΄. Ὀλίγον τε ἐπενόουν οὐδὲν ἀμφότεροι, ἀλλ' ἔῤῥωντο ἐς τὸν πόλεμον. οὐκ ἀπεικότως· ἀρχόμενοι γὰρ πάντες, ὀξύτερον ἀντιλαμβάνονται. τότε δὴ καὶ νεότης πολλὴ μὲν οὖσα ἐν τῇ Πελοποννήσῳ, πολλὴ δ' ἐν ταῖς

habebant, alias etiam naves Italiae & Siciliae civitatibus, quae ipsorum partes sequebantur, imperarunt, quas pro civitatum magnitudine conficerent, ita ut universarum numerus & summa esset quingentarum navium: quin etiam illis imperarunt certam pecuniae summam parare; cetera quiescentes, & Athenienses unica navi venturos recipientes, donec haec omnia essent parata. Athenienses vero cum pristinos socios recensebant, tum etiam accuratius in loca circa Peloponnesum legatos mittebant, in Corcyram, in Cephalleniam, in Acarnaniam, & Zacynthum: quia videbant, si haec loca sibi essent amica, se tutius circa Peloponnesi fines bellum esse gesturos.

VIII. Utrique autem nihil parvi animis versabant, sed totis viribus in hoc bellum incumbebant: idque non iniuria. Omnes enim mortales rerum initia ardentius capessere solent. Tunc vero magna iuventutis copia, quae in Pelo-

Ἀθήναις, οὐκ ἀκουσίως ὑπὸ ἀπειρίας ἥπτετο τοῦ πολέμου· ἥ τε ἄλλη Ἑλλὰς πᾶσα μετέωρος ἦν, ξυνιουσῶν τῶν πρώτων πόλεων. καὶ πολλὰ μὲν λόγια ἐλέγετο, πολλὰ δὲ χρησμολόγοι ᾖδον, ἔν τε τοῖς μέλλουσι πολεμήσειν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν. ἔτι δὲ Δῆλος ἐκινήθη ὀλίγῳ πρὸ τούτων, πρότερον οὔπω σεισθεῖσα, ἀφ᾽ οὗ Ἕλληνες μέμνηνται. ἐλέγετο δὲ καὶ ἐδόκει ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γενήσεσθαι σημῆναι. εἴτε τι ἄλλο τοιουτότροπον ξυνέβη γενέσθαι, πάντα ἀνεζητεῖτο. ἡ δὲ εὔνοια παραπολὺ ἐποίει τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους, ἄλλως τε καὶ προειπόντων ὅτι τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦσιν. ἔρρωτό τε πᾶς καὶ ἰδιώτης καὶ πολίτης, εἴτι δύναιτο καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ξυνεπιλαμβάνειν αὐτοῖς. ἐν τούτῳ τε κεκωλῦσθαι ἐδόκει ἑκάστῳ τὰ πράγ-

ponneſo, magna etiam, quae Athenis erat, propter rerum imperitiam, non invita bellum ſuſcipiebat. Et tota reliqua Graecia animis erat erecta, quod primae civitates concurrerent. Multa quoque oracula ferebantur, multa vates canebant, tam in iis civitatibus, quae bellum erant geſturae, quam in aliis. Praeterea Delus etiam paulo ante haec tremuit, quae nunquam ante, poſt Graecorum memoriam, mota fuerat. Haec autem & dicebantur, & videbantur eſſe rerum futurarum prodigia. Et, ſi qua alia huiuſmodi ſigna ante contigiſſent, omnia conquirebantur. Hominum autem benevolentia longe maior ad Lacedaemonios inclinabat, praecipue quod illi Graeciam a ſe in libertatem vindicatum iri praedicarent. Et ſinguli, & privati, & civitates integrae omni ope nitebantur, ſi quo modo illos aut verbis, aut factis, adiuvare poſſent. Et in eo ſinguli moram, rebus gerendis allatam, arbitrabantur, ſi ipſimet rebus ad-

ματα, ᾧ μή τις αὐτὸς παρέσται. οὕτως ὀργῇ εἶχον οἱ πλέους τοὺς Ἀθηναίους, οἱ μὲν, τῆς ἀρχῆς ἀπολυθῆναι βουλόμενοι, οἱ δὲ, μὴ ἀρχθῶσι φοβούμενοι. παρασκευῇ μὲν οὖν καὶ γνώμῃ τοιαύτῃ ὥρμηντο.

θ'. Πόλεις δ' ἑκάτεροι τάσδ' ἔχοντες ξυμμάχους ἐς τὸν πόλεμον καθίσταντο. Λακεδαιμονίων μὲν οἵδε ξύμμαχοι· Πελοποννήσιοι μὲν οἱ ἐντὸς ἰσθμοῦ πάντες, πλὴν Ἀργείων καὶ Ἀχαιῶν. τούτοις δ' ἐς ἀμφοτέρους φιλία ἦν. Πελληνῆς δὲ Ἀχαιῶν μόνοι ξυνεπολέμουν τοπρῶτον, ἔπειτα δὲ ὕστερον καὶ ἅπαντες. ἔξω δὲ Πελοποννήσου, Μεγαρῆς, Λοκροὶ, Βοιωτοὶ, Φωκῆς, Ἀμπρακιῶται, Λευκάδιοι, Ἀνακτόριοι. τούτων ναυτικὸν παρείχοντο Κορίνθιοι, Μεγαρῆς, Σικυώνιοι, Πελληνῆς, Ἠλεῖοι, Ἀμπρακιῶται, Λευκάδιοι· ἱππέας δὲ, Βοιω-

ministrandis non interfuissent. Ea erat indignatio, qua plerique in Athenienses ferebantur: alii quidem, quod imperio, quo ab illis premebantur, se liberari cuperent; alii vero, quod metuerent, ne illorum imperio parere cogerentur. Hoc igitur apparatu, atque his animis ad bellum utrique concitati ferebantur.

IX. Utrisque autem hae civitates sociae fuerunt, cum bellum gerere coeperunt. Atque Lacedaemoniorum quidem hi fuere socii: omnes Peloponnesii, qui sunt intra Isthmum, praeter Argivos, & Achaeos. His enim amicitia cum utrisque intercedebat. Soli autem ex Achaeis Pellenenses primum Lacedaemonios in bello gerendo adiuverunt, postea vero & ceteri omnes idem fecerunt. At extra Peloponnesum, Megarenses, Locri, Boeoti, Phocenses, Ambraciotae, Leucadii, Anactorii. Ex his Corinthii, Megarenses, Sicyonii, Pellenenses, Elei, Ambraciotae, Leucadii classem

τοὶ, Φωκῆς, Λοκροί. αἱ δ' ἄλλαι πόλεις πεζὸν παρεῖχον. αὕτη μὲν Λακεδαιμονίων ξυμμαχία. Ἀθηναίων δὲ, Χῖοι, Λέσβιοι, Πλαταιῆς, Μεσσήνιοι οἱ ἐν Ναυπάκτω, Ἀκαρνάνων οἱ πλείους, Κερκυραῖοι, Ζακύνθιοι, καὶ ἄλλαι πόλεις αἱ ὑποτελεῖς οὖσαι ἐν ἔθνεσι τοσοῖσδε· Καρία ἡ ἐπὶ θαλάσσῃ, Δωριῆς Καρσὶ πρόσοικοι, Ἰωνία, Ἑλλήσποντος, τὰ ἐπὶ Θρᾴκης, νῆσοι ὅσαι ἐντὸς Πελοποννήσου, καὶ Κρήτης πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα· πᾶσαι αἱ ἄλλαι Κυκλάδες, πλὴν Μήλου, καὶ Θήρας. τούτων ναυτικὸν παρείχοντο Χῖοι, Λέσβιοι, Κερκυραῖοι, οἱ δ' ἄλλοι πεζὸν καὶ χρήματα. ξυμμαχία μὲν αὕτη ἑκατέρων καὶ παρασκευὴ ἐς τὸν πόλεμον ἦν.

ι'. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι μετὰ τὰ ἐν Πλαταιαῖς εὐθὺς περιήγγελλον κατὰ τὴν Πελοπόννησον καὶ τὴν ἔξω

illis praebuerunt: equitatum Boeoti, Phocenſes, & Locri: ceterae vero civitates peditatum ſuppeditarunt. Atque hi quidem fuere Lacedaemoniorum ſocii. Athenienſium vero, Chii, Lesbii, Plataeenſes, Meſſenii, qui Naupactum incolunt, Acarnanum plerique, Corcyraei, Zacynthii, & aliae civitates, quae inter tot nationes Athenienſibus erant vectigales: Caria, quae ad mare eſt ſita, Dorienſes Caribus finitimi, Ionia, Helleſpontus, Thraciae urbes, & inſularum quotquot intra Peloponneſum & Cretam ad ſolem orientem vergunt, & ceterae omnes Cyclades, exceptis Melo & Thera. Ex his naves praebuerunt Chii, Lesbii, Corcyraei; ceteri vero peditatum & pecunias. Atque hi fuerunt utrorumque ſocii, & apparatus ad bellum.

X. Lacedaemonii vero, poſt haec ad Plataeas geſta, continuo nuntiis miſſis circa Peloponneſum & agrum ſocialem, qui extra Peloponneſum erat, imperarunt civita-

ξυμμαχίδα στρατιὰν παρασκευάζεσθαι ταῖς πόλεσι, τά τε ἐπιτήδεια, οἷα εἰκὸς ἐπὶ ἔξοδον ἔκδημον ἔχειν, ὡς ἐσβαλοῦντες ἐς τὴν Ἀττικήν. ἐπειδὴ δὲ ἑκάστοις ἕτοιμα γίγνοιτο κατὰ τὸν χρόνον τὸν εἰρημένον, ξυνῄεσαν τὰ δύο μέρη ἀπὸ πόλεως ἑκάστης ἐς τὸν ἰσθμόν. καὶ ἐπειδὴ πᾶν τὸ στράτευμα ξυνειλεγμένον ἦν, Ἀρχίδαμος ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων, ὅσπερ ἡγεῖτο τῆς ἐξόδου ταύτης, ξυγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς τῶν πόλεων πασῶν, καὶ τοὺς μάλιστα ἐν τέλει, καὶ ἀξιολογωτάτους παρεῖναι, τοιάδε ἔλεξεν.

ια'. ΑΝΔΡΕΣ Πελοποννήσιοι, καὶ οἱ ξύμμαχοι, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν πολλὰς στρατείας καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Πελοποννήσῳ καὶ ἔξω ἐποιήσαντο, καὶ ἡμῶν αὐτῶν οἱ πρεσβύτεροι οὐκ ἄπειροι πολέμων εἰσίν· ὅμως δὲ τῆσδε οὔπω μείζονα παρασκευὴν ἔχοντες ἐξήλθομεν· ἀλλὰ καὶ

tibus, ut pararent exercitum, & res neceſſarias, quemadmodum parare decebat ad expeditionem faciendam extra Peloponneſi fines, ut irruptionem in Atticam facturi. Poſtquam autem ſingulis ad praeſtitutam diem parata fuerunt, ex ſingulis civitatibus duae partes ad Iſthmum convenerunt. Omnibuſque copiis iam in unum locum coactis, Archidamus Lacedaemoniorum rex, huius expeditionis dux, convocatis omnium civitatum praetoribus, & qui ſumma dignitate praediti forent, quoſve maxime conveniebat adeſſe, in hunc modum eſt locutus.

XI. *Nostri quoque maiores, viri Peloponneſii & ſocij, multas expeditiones tum in ipſa Peloponneſo, tum extra eam fecerunt; & qui de nobis ipſis aetate ſunt provectiore, rerum bellicarum non ſunt imperiti: verumtamen nunquam cum apparatu, qui eſſet hoc maior, ſumus egreſſi. Quin etiam adverſus poten-*

ἐπὶ πόλιν δυνατωτάτην νῦν ἐρχόμεθα, καὶ αὐτοὶ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι στρατεύοντες. δίκαιον οὖν ἡμᾶς μήτε τῶν πατέρων χείρους φαίνεσθαι, μήτε ἡμῶν αὐτῶν τῆς δόξης ἐνδεεστέρους. ἡ γὰρ Ἑλλὰς πᾶσα τῇδε τῇ ὁρμῇ ἐπῆρται, καὶ προσέχει τὴν γνώμην, εὔνοιαν ἔχουσα, διὰ τὸ Ἀθηναίων ἔχθος, πρᾶξαι ἡμᾶς ἃ ἐπινοοῦμεν. οὔκουν χρὴ, εἴπω καὶ δοκοῦμεν πλήθει ἐπιέναι, καὶ ἀσφάλεια πολλὴ εἶναι μὴ ἂν ἐλθεῖν τοὺς ἐναντίους ἡμῖν διὰ μάχης, τούτων ἕνεκα ἀμελέστερόν τι παρεσκευασμένους χωρεῖν, ἀλλὰ καὶ πόλεως ἑκάστης ἡγεμόνα καὶ στρατιώτην τὸ καθ' αὑτὸν ἀεὶ προσδέχεσθαι ἐς κίνδυνόν τινα ἥξειν. ἄδηλα γὰρ τὰ τῶν πολέμων, καὶ ἐξ ὀλίγου τὰ πολλὰ, καὶ δι' ὀργῆς αἱ ἐπιχειρήσεις γίγνονται. πολλάκις τε τὸ ἔλασσον πλῆθος δεδιὸς, ἄμεινον ἠμύνατο τοὺς πλέονας,

tissimam civitatem nunc proficiscimur, & nos ipsi cum maximo & robustissimo exercitu bellum illi inferimus. Aequum igitur est, nos neque maioribus deteriores esse, neque inferiores gloriæ, quae de nobis passim circumfertur. Nam universa Graecia hoc motu mentes exspectatione erectas habet, ac animum advertit, speratque propter odium, quo Athenienses persequitur, nos ex animi sententia rem gesturos. Quamvis igitur alicui videamur vel maximo cum exercitu contra hostes proficisci, quamvis etiam illud propemodum pro comperto videatur habendum, eos nobiscum manus conserere non ausuros: non tamen ideo oportet nos negligentius instructos cum illis manus conserere, sed & uniuscuiusque civitatis tam ducem, quam militem, in suo agmine semper exspectare aliquem in discrimen esse venturum. Nam conditio bellorum est anceps, & plerumque a parva manu & magno animi ardore primi impetus fiunt: saepe etiam minor manus, quae timet, maiorem fortius propulsavit, quod propter hostis contemtionem esset

διὰ τὸ καταφρονοῦντας ἀπαρασκεύους γενέσθαι. χρὴ δὲ ἀεὶ ἐν τῇ πολεμίᾳ, τῇ μὲν γνώμῃ θαρσαλέους στρατεύειν, τῷ δὲ ἔργῳ, δεδιότας παρεσκευάσθαι. οὕτω γὰρ πρός τε τὸ ἐπιέναι τοῖς ἐναντίοις εὐψυχότατοι ἂν εἶεν, πρός τε τὸ ἐπιχειρεῖσθαι ἀσφαλέστατοι. ἡμεῖς δὲ οὐδ᾽ ἐπὶ ἀδύνατον ἀμύνεσθαι οὕτω πόλιν ἐρχόμεθα, ἀλλὰ τοῖς πᾶσιν ἄριστα παρεσκευασμένην. ὥστε χρὴ καὶ πάνυ ἐλπίζειν διὰ μάχης ἰέναι αὐτοὺς, εἰ μὴ καὶ νῦν ὥρμηνται, ἐν ᾧ οὔπω πάρεσμεν, ἀλλ᾽ ὅταν ἐν τῇ γῇ ὁρῶσιν ἡμᾶς δηοῦντάς τε καὶ τἀκείνων φθείροντας. πᾶσι γὰρ, ἐν τοῖς ὄμμασι καὶ ἐν τῷ παραυτίκα ὁρᾶν πάσχοντάς τι ἄηθες, ὀργὴ προσπίπτει· καὶ οἱ λογισμῷ ἐλάχιστα χρώμενοι, θυμῷ πλεῖστα ἐς ἔργον καθίστανται. Ἀθηναίους δὲ καὶ πλέον τι τῶν ἄλλων εἰκὸς τοῦτο δρᾶσαι, οἳ ἄρχειν τε τῶν ἄλλων ἀξιοῦσι, καὶ ἐπιόντες τὴν τῶν πέλας δηοῦν μᾶλλον ἢ τὴν ἑαυτῶν ὁρᾶν.

imparata. Oportet autem in hostili agro milites animis quidem semper esse confidentibus: at ad rem gerendam, cum metu paratos esse. Sic enim & ad invadendos hostes animis erunt paratissimi, & adversus hostium conatus ac impetum munitissimi. Nos vero adversus civitatem proficiscimur, quae non est adeo infirma, ut bellum illatum propulsare nequeat; sed quae rebus omnibus est optime instructa. Quare omnino credendum est, illos pugnam nobiscum esse commissuros, licet iam sese non moveant, cum nondum in ipsorum agro sumus, at cum res suas in agro a nobis caedi ac vastari viderint. Ira enim invadit omnes, qui suarum rerum aliquam repentinam ac insolitam cladem in suo conspectu cernunt: & qui ratione minimum utuntur, summo animi impetu rem aggrediuntur. Verisimile autem est, Athenienses omnium maxime hoc facturos, qui censent, se dignos esse, qui aliis imperent,

ῦν ἐπὶ τοσαύτην πόλιν στρατεύοντες, καὶ μεγίστην
ν οἰσόμενοι τοῖς τε προγόνοις καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, ἐπ'
ότερα ἐκ τῶν ἀποβαινόντων, ἕπεσθ' ὅποι ἄν τις
ται, κόσμον καὶ φυλακὴν περὶ παντὸς ποιούμενοι,
τὰ παραγγελλόμενα ὀξέως δεχόμενοι. κάλλιστον
τόδε καὶ ἀσφαλέστατον, πολλοὺς ὄντας ἑνὶ κόσμῳ
μένους φαίνεσθαι.

β'. Τοσαῦτα εἰπὼν καὶ διαλύσας τὸν ξύλλογον ὁ
χίδαμος, Μελήσιππον πρῶτον ἀποστέλλει ἐς τὰς
ήνας τὸν Διακρίτου, ἄνδρα Σπαρτιάτην, εἴτι ἄρα
λον ἐνδοῖεν οἱ Ἀθηναῖοι, ὁρῶντες ἤδη σφᾶς ἐν ὁδῷ ὄν-
οἱ δὲ οὐ προσεδέξαντο αὐτὸν ἐς τὴν πόλιν, οὐδ' ἐπὶ
κοινόν. ἦν γὰρ Περικλέους γνώμη πρότερον νενικη-
, κήρυκα καὶ πρεσβείαν μὴ προσδέχεσθαι Λακε-
ονίων ἐξεστρατευμένων. ἀποπέμπουσιν οὖν αὐτὸν

*mis infestis aliorum agros vastent potius, quam suum cer-
Cum igitur tantae civitati bellum inferamus, & maximam
m tam nostris maioribus, quam nobis ipsis allaturi simus,
amque eventus partem; sequimini, quocunque vos aliquis
it, ordinis conservationem & custodiam plurimi facientes,
erata celeriter excipientes. Hoc enim est pulcherrimum & tu-
m, si, cum magnus est militum numerus, omnes tamen ean-
ilitarem disciplinam servantes cernantur.*

I. Archidamus haec tantum locutus, &, dimisso con-
, primo Melesippum Diacriti filium, virum Sparta-
, Athenas misit, ut exploraret, si forte Athenienses de
ertinacia remitterent, cum se in itinere iam viderent.
ero nec in urbem, nec in publicum eum admiserunt.
lis enim sententia iam ante obtinuerat, ut neque ca-
torem, neque legatum Lacedaemoniorum admitte-

πρὶν ἀκοῦσαι, καὶ ἐκέλευον ἐκτὸς ὅρων εἶναι αὐθημερόν· τό, τε λοιπὸν ἀναχωρήσαντας ἐπὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν, ἤν τι βούλωνται, πρεσβεύεσθαι. ξυμπέμπουσί τε τῷ Μελησίππῳ ἀγωγοὺς, ὅπως μηδενὶ ξυγγένηται. ὁ δὲ, ἐπειδὴ ἐπὶ τοῖς ὁρίοις ἐγένετο, καὶ ἔμελλε διαλύεσθαι, τοσόνδε εἰπὼν ἐπορεύετο, ὅτι ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει. ὡς δὲ ἀφίκετο ἐς τὸ στρατόπεδον καὶ ἔγνω ὁ Ἀρχίδαμος ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι οὐδέν πω ἐνδώσουσιν, οὕτω δὴ ἄρας, τῷ στρατῷ προὐχώρει ἐς τὴν γῆν αὐτῶν. Βοιωτοὶ δὲ μέρος μὲν τὸ σφέτερον καὶ τοὺς ἱππέας παρείχοντο Πελοποννησίοις ξυστρατεύειν· τοῖς δὲ λειπομένοις ἐς Πλάταιαν ἐλθόντες, τὴν γῆν ἐδῄουν.

ιγ΄. Ἔτι δὲ τῶν Πελοποννησίων ξυλλεγομένων τε ἐς τὸν ἰσθμὸν, καὶ ἐν ὁδῷ ὄντων, πρὶν ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Ἀτ-

rent, ſi exercitum eduxiſſent. Illum igitur remiſerunt, antequam audirent, & illo ipſo die finibus excedere iuſſerunt: ſi quid in poſterum vellent, in ſua prius regreſſi, legatos mitterent. Huic etiam addiderunt, qui eum deducerent, ne cum quoquam colloqueretur. Ille vero, cum ad Atticae fines perveniſſet, & iamiam diſceſſurus eſſet, hoc tantum locutus abiit: Hic dies ingentium malorum Graecis erit initium. Cum autem ad caſtra rediiſſet, & Archidamus cognoviſſet, Athenienſes de ſua pertinacia nihil amplius remiſſuros; ita demum, motis caſtris, cum exercitu in ipſorum agrum eſt profectus. Boeoti vero ſuam quidem militum partem, & equites Peloponneſiis dederunt, ut illos ad bellum ſequerentur: cum reliquis vero ad Plataeam profecti, agrum eius vaſtare coeperunt.

XIII. Dum autem Peloponneſiorum copiae in Iſthmum adhuc cogerentur, & in ipſo itinere eſſent, antequam in

ὴν, Περικλῆς ὁ Ξανθίππου στρατηγὸς ὢν Ἀθηναίων,
ατος αὐτὸς, ὡς ἔγνω τὴν ἐσβολὴν ἐσομένην, ὑποτο-
ήσας, ὅτι Ἀρχίδαμος αὐτῷ ξένος ὢν ἐτύγχανε, μὴ
λλάκις ἢ αὐτὸς ἰδίᾳ βουλόμενος χαρίζεσθαι, τοὺς
ρούς αὐτοῦ παραλίπῃ, καὶ μὴ δῃώσῃ, ἢ καὶ, Λακε-
μονίων κελευσάντων, ἐπὶ διαβολῇ τῇ ἑαυτοῦ γένηται
ῖτο, ὥσπερ καὶ τὰ ἄγη ἐλαύνειν προεῖπον ἕνεκα ἐκεί-
· προηγόρευε τοῖς Ἀθηναίοις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὅτι Ἀρ-
ίδαμος μέν οἱ ξένος εἴη, οὐ μέντοι ἐπὶ κακῷ γε τῆς
λεως γένοιτο· τοὺς δ' ἀγροὺς τοὺς ἑαυτοῦ καὶ οἰκίας
ἄρα μὴ δῃώσωσιν οἱ πολέμιοι, ὥσπερ καὶ τὰ τῶν
λων, ἀφίησιν αὐτὰ δημόσια εἶναι, καὶ μηδεμίαν οἱ
ιψίαν κατὰ ταῦτα γίγνεσθαι. παρῄνει δὲ καὶ περὶ
ι παρόντων ἅπερ καὶ πρότερον, παρασκευάζεσθαί
ἐς τὸν πόλεμον, καὶ τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐσκομίζεσθαι·

icam irrumperent, Pericles, Xanthippi filius, Athenien-
n dux, decimus ipse, ut cognovit, irruptionem in At-
m factum iri; suspicatus fore, ut Archidamus, qui ipsius
hospes, aut ipse privatim, quod amico gratificari vel-
suos agros saepius praeteriret, ac intactos relinque-
aut etiam Lacedaemoniorum iussu, ad invidiam sibi
landam, hoc faceret, (quemadmodum eiusdem quo-
caussa piacula tolli ante iusserant) Atheniensibus in
ione praedixit; quod sibi hospes aliquando esset Ar-
amus, non fore tamen id malo reipublicae: se vero
s villasque suas, si non, ut ceterorum civium, ab ho-
s vastarentur, sinere reipublicae esse: nec propterea
ı ullam suspicionem vocandum esse. Quod autem ad
praesentes attinebat, eadem, quae & ante, suasit; ut
: ad bellum pararent, & omnem supellectilem ex agris

ἔς τε τὴν μάχην μὴ ἐπεξιέναι, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐσελθόντας φυλάσσειν· καὶ τὸ ναυτικὸν, ᾗπερ ἰσχύουσιν, ἐξαρτύεσθαι· τά τε τῶν ξυμμάχων διὰ χειρὸς ἔχειν· λέγων τὴν ἰσχὺν αὐτοῖς ἀπὸ τούτων εἶναι τῶν χρημάτων τῆς προσόδου, τὰ δὲ πολλὰ τοῦ πολέμου, γνώμῃ καὶ χρημάτων περιουσίᾳ κρατεῖσθαι. θαρσεῖν τε ἐκέλευε, προσιόντων μὲν ἑξακοσίων ταλάντων ὡς ἐπιτοπολὺ φόρου κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἀπὸ τῶν ξυμμάχων τῇ πόλει, ἄνευ τῆς ἄλλης προσόδου, ὑπαρχόντων δὲ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἔτι τότε ἀργυρίου ἐπισήμου ἑξακισχιλίων ταλάντων. τὰ γὰρ πλεῖστα, τριακοσίων ἀποδέοντα μύρια ἐγένετο, ἀφ᾽ ὧν ἔς τε τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως, καὶ τἄλλα οἰκοδομήματα, καὶ ἐς Ποτίδαιαν, ἀπανηλώθη. χωρὶς δὲ, χρυσίου ἀσήμου καὶ ἀργυρίου, ἔν τε ἀναθήμασιν

in urbem comportarent; neque ad proelium egrederentur, sed in urbem ingressi tuerentur; & classem, qua pollebant, instruerent; & sociorum res manu tenerent, ipsosque in officio ac fide continerent: docens, eorum potentiam sitam esse in vectigalibus, quae a sociis pendebantur, & plerasque belli partes consilio & pecuniarum copia obtineri. eosque confidere iubebat, tum quod propemodum sexcenta talenta quotannis a sociis pro tributo reipublicae penderentur, praeter alios proventus; tum etiam, quod vel tunc sex millia talentorum argenti signati in arce adhuc essent. Nam maxima pecuniae summa, quae fuerat in aerario, fuerant decem millia talentorum, trecentis minus; unde pars detracta est, quae in arcis propylaea, & alia aedificia, & in Potidaeam, ac in stipendium eorum, qui eam obsidebant, fuit insumta. Praeterea vero auri & argenti non signati, cum in privatis, tum in publicis donariis, &

ις καὶ δημοσίοις, καὶ ὅσα ἱερὰ σκεύη περί τε τὰς μπὰς καὶ τοὺς ἀγῶνας, καὶ σκῦλα Μηδικὰ, καὶ ι τοιουτότροπον, οὐκ ἐλάσσονος ἦν ἢ πεντακοσίων ταντων. ἔτι δὲ καὶ τὰ ἐκ τῶν ἄλλων ἱερῶν προσετίθει ήματα οὐκ ὀλίγα, οἷς χρήσεσθαι αὐτούς· καὶ ἢν ιυ ἐξείργωνται πάντων, καὶ αὐτῆς τῆς Θεοῦ τοῖς οικειμένοις χρυσίοις. ἀπέφαινε δ' ἔχον τὸ ἄγαλμα σαράκοντα τάλαντα σταθμὸν χρυσίου ἀπέφθου, ὶ περιαιρετὸν εἶναι ἅπαν· χρησαμένους τε ἐπὶ σωτηρίᾳ, η χρῆναι μὴ ἐλάσσω ἀντικαταστῆσαι πάλιν. χρήσι μὲν οὖν οὕτως ἐθάρσυνεν αὐτούς. ὁπλίτας δὲ τρισλίους καὶ μυρίους εἶναι, ἄνευ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις, ὶ τῶν παρ' ἔπαλξιν ἑξακισχιλίων καὶ μυρίων. (τοσοι γὰρ ἐφύλασσον τοπρῶτον, ὁπότε οἱ πολέμιοι ἐσ-

a vasa, quotquot vel pompis vel certaminibus servie-t, & Medica spolia, & si quid aliud huiusmodi erat, non ioris erant, quam quingentorum talentorum. Praeterea ebat etiam ex aliis templis non exiguas pecunias, quibus usuros dicebat: &, si harum omnium usu omnino pro-erentur, aureis etiam ornamentis, quibus ipsius Deae ulacrum circumdatum erat, ipsos uti posse demonstra-Confirmabat autem, illud simulacrum habere auri pu-mi pondus quadraginta talentorum, totumque eximi e: & postquam salutis causa usi fuissent, dicebat opor-non minus auri pondus restituere. Quod igitur ad pe-ias attinet, illos hoc modo confidere iubebat. Praeterea tredecim millia gravis armaturae militum, praeter il-, qui in praesidiis & in propugnaculis erant, qui nu-o erant sexdecim millia. (Tot enim initio excubabant, hostes irruptionem fecerunt, cum ex senioribus, tum

βάλοιεν, ἀπό τε τῶν πρεσβυτάτων καὶ τῶν νεωτάτων, καὶ μετοίκων, ὅσοι ὁπλῖται ἦσαν. τοῦ τε γὰρ Φαληρικοῦ τείχους στάδιοι ἦσαν πέντε καὶ τριάκοντα πρὸς τὸν κύκλον τοῦ ἄστεως, καὶ αὐτοῦ τοῦ κύκλου τὸ φυλασσόμενον τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα. ἔστι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν, τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ. τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων, ὧν τὸ ἔξωθεν ἐτηρεῖτο. καὶ τοῦ Πειραιέως ξὺν Μουνυχίᾳ, ἑξήκοντα μὲν σταδίων ὁ ἅπας περίβολος, τὸ δ' ἐν φυλακῇ ὂν, ἦν ἥμισυ τούτου) ἱππέας δ' ἀπέφαινε διακοσίους καὶ χιλίους, ξὺν ἱπποτοξόταις, ἑξακοσίους δὲ καὶ χιλίους τοξότας, καὶ τριήρεις τὰς πλωίμους τριακοσίας. ταῦτα γὰρ ὑπῆρχεν Ἀθηναίοις, καὶ οὐκ ἐλάσσω ἕκαστα τούτων, ὅτε ἡ ἐσβολὴ

ex iunioribus & inquilinis, quotquot erant armati. Nam Phalerici muri longitudo erat triginta & quinque ſtadiorum uſque ad urbis ambitum, & ipſius ambitus ea pars, quae cuſtodiebatur, erat trium & quadraginta ſtadiorum. Nam & quaedam eius pars nullis cuſtodiis ſervabatur, illa videlicet, quae inter longum murum & Phalericum erat media. Longi vero muri ad Piraeeum uſque quadraginta ſtadiorum longitudinem habebant, quorum murorum externae partes cuſtodiebantur. Et ipſius quidem Piraeei una cum Munychia univerſus ambitus erat ſexaginta ſtadiorum: pars vero, quae cuſtodiebatur, huius erat dimidium.) Demonſtrabat etiam, eſſe mille & ducentos equites, cum equeſtribus ſagittariis, praeterea mille & ſexcentos pedeſtres ſagittarios, & trecentas expeditas triremes. Haec enim omnia, & non pauciora horum ſingula, Athenienſibus ſuppetebant, cum Peloponneſii primum irruptionem erant factu-

τρῶτον ἔμελλε Πελοποννησίων ἔσεσθαι, καὶ ἐς τὸν λεμον καθίσταντο. ἔλεγε δὲ καὶ ἄλλα οἷά περ εἰώθει εριχλῆς, ἐς ἀπόδειξιν τοῦ περιέσεσθαι τῷ πολέμῳ.

ιδ'. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἀκούσαντες ἀνεπείθοντό τε, καὶ ἐκομίζοντο ἐκ τῶν ἀγρῶν παῖδας καὶ γυναῖκας, καὶ ἄλλην κατασκευὴν ᾗ κατ' οἶκον ἐχρῶντο, καὶ αὐτῶν ν οἰκιῶν καθαιροῦντες τὴν ξύλωσιν.. πρόβατα δὲ καὶ οζύγια ἐς τὴν Εὔβοιαν διεπέμψαντο, καὶ ἐς τὰς νή- ις τὰς ἐπικειμένας. χαλεπῶς δὲ αὐτοῖς, διὰ τὸ ἀεὶ θέναι τοὺς πολλοὺς ἐν τοῖς ἀγροῖς διαιτᾶσθαι, ἡ ίστασις ἐγίγνετο.

ιε'. Ξυνεβεβήκει δὲ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου ἑτέρων λλον Ἀθηναίοις τοῦτο. ἐπὶ γὰρ Κέκροπος καὶ τῶν ώτων βασιλέων ἡ Ἀττικὴ ἐς Θησέα ἀεὶ κατὰ πό- ς ᾠκεῖτο, πρυτανεῖά τε ἔχουσα καὶ Ἄρχοντας· καὶ

& cum bellum fufceperunt. Alia quoque Pericles re- febat, quemadmodum confueverat, ut Athenienfes bel- fuperiores fore demonftraret.

XIV. Athenienfes vero, his auditis, eius fententiam fe- i funt, & in urbem ex agris comportarunt liberos, iiuges, & reliquam fupellectilem, qua domi uteban- ; quin etiam ipfa aedificiorum deftructorum tigna abf- tarunt: pecora quoque & iumenta in Euboeam, & umiacentes infulas tranfmiferunt. Haec autem migratio s permolefta accidit, propterea quod plerique in agris iper degere confueverant.

XV. Haec autem confuetudo vel a pervetuftis ufque iporibus magis apud Athenienfes, quam alios, invalue- Nam fub Cecrope, illifque prifcis ad Thefeum ufque ibus, Attica femper oppidatim incolebatur, curias &

ὁπότε μή τι δείσειαν, οὐ ξυνήεσαν βουλευσόμενοι ὡς τὸν βασιλέα, ἀλλ᾽ αὐτοὶ ἕκαστοι ἐπολιτεύοντο καὶ ἐβουλεύοντο. καί τινες καὶ ἐπολέμησάν ποτε αὐτῶν, ὥσπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ᾽ Εὐμόλπου πρὸς Ἐρεχθέα. ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς ἐβασίλευσε, γενόμενος μετὰ τοῦ ξυνετοῦ καὶ δυνατὸς, τά τε ἄλλα διεκόσμησε τὴν χώραν, καὶ καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια καὶ τὰς ἀρχὰς, ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν, ἓν βουλευτήριον ἀποδείξας καὶ πρυτανεῖον, ξυνῴκισε πάντας· καὶ νεμομένους τὰ αὑτῶν ἑκάστους, ἅπερ καὶ πρότου, ἠνάγκασε μιᾷ πόλει ταύτῃ χρῆσθαι, ἣ, ἁπάντων ἤδη ξυντελούντων ἐς αὐτὴν, μεγάλη γενομένη, παρεδόθη ὑπὸ Θησέως τοῖς ἔπειτα. καὶ ξυνοίκια ἐξ ἐκείνου Ἀθηναῖοι ἔτι καὶ νῦν τῇ Θεῷ ἑορτὴν δημοτελῆ ποιοῦσι. τὸ δὲ πρὸ τούτου, ἡ ἀκρό-

magiſtratus habens : & , cum nihil timebant, ad regem non conveniebant, de republica conſultaturi; ſed per ſe quique ſuam rempublicam adminiſtrabant, & conſultabant. Quin etiam eorum nonnulli, ut Eleuſinii, cum Eumolpo bellum adverſus Erechtheum olim geſſerunt. Theſeus vero, poſtquam regnare coepit, cum eſſet vir non ſolum prudens, ſed etiam potens, tum aliis in rebus hanc regionem excoluit, tum etiam ceterorum oppidorum curias & magiſtratus ſuſtulit; &, una curia, unoque conſilio conſtituto, in eam civitatem, quae nunc eſt, omnes coëgit. Et ſingulos, res ſuas, ut ante, poſſidentes, uti compulit hac una civitate, quam (cum omnes in eam iam convenirent, & pecuniam ad uſus publicos conferrent) Theſeus magnis opibus auctam ſuis poſteris tradidit. Et ab illo tempore Athenienſes nunc etiam diem feſtum, nomine Synoecia, in Deae honorem publice agunt. Ante enim illa, quae

λις ἡ νῦν οὖσα, πόλις ἦν, καὶ τὸ ὑπ' αὐτὴν πρὸς νό-
μάλιστα τετραμμένον. τεκμήριον δέ· τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν
τῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι, καὶ τὰ ἔξω
ἐς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό, τε
Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, καὶ τὸ Πύθιον, καὶ τὸ τῆς
ς, καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα
νύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι,
περ καὶ οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες ἔτι καὶ νῦν νομίζου-
. ἵδρυται δὲ καὶ ἄλλα ἱερὰ ἀρχαῖα ταύτῃ. καὶ τῇ
ῃ, τῇ νῦν μὲν, τῶν τυράννων οὕτω σκευασάντων, Ἐν-
κρούνῳ καλουμένῃ, τὸ δὲ πάλαι, φανερῶν τῶν πη-
ν οὐσῶν, Καλλιρόῃ ὠνομασμένῃ, ἐκείνῃ τε ἐγγὺς οὔ-
τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντο. καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τοῦ ἀρ-
ίου πρό τε γαμικῶν καὶ ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν νομίζε-
τῷ ὕδατι χρῆσθαι. καλεῖται δὲ διὰ τὴν παλαιὰν

c eſt arx, erat urbs, & potiſſimum ea pars, quae ſub
ad auſtrum ſpectat. Huius autem rei manifeſtum ar-
ıentum hoc eſt. Nam in ipſa arce ſunt & aliorum Deo-
. delubra, & quae ſunt extra, ab hac urbis parte po-
ıum ſita viſuntur, Iovis Olympii, & Apollinis Pythii,
uris, & Bacchi in Limnis, in cuius honorem vetuſtio-
Bacchanalia celebrabantur duodecimo die menſis An-
terionis; quemadmodum nunc quoque Iones, ab Athe-
ſibus oriundi, ex recepto ritu celebrare ſolent. Sunt
n alia vetuſta templa hic aedificata. Fonte etiam, qui
c quidem Novemfiſtulae appellatur, tyrannorum iuſſu
:xſtructus, olim vero Calliroë vocabatur, cum ipſius
ıe & ſcaturigines exſtarent, quod arci vicinus eſſet,
ıaximis quibuſque rebus utebantur. Et nunc etiam ab
quo moribus eſt receptum, ut ante nuptias, & in aliis

ταύτην κατοίκησιν καὶ ἡ ἀκρόπολις μέχρι τοῦδε ἔτι ὑπ' Ἀθηναίων πόλις.

ιϛ'. Τῇ τε οὖν ἐπιπολὺ κατὰ τὴν χώραν αὐτονόμῳ οἰκήσει μετεῖχον οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ἐπειδὴ ξυνῳκίσθησαν, διὰ τὸ ἔθος ἐν τοῖς ἀγροῖς ὅμως οἱ πλείους τῶν τε ἀρχαίων καὶ τῶν ὕστερον μέχρι τοῦδε τοῦ πολέμου πανοικησίᾳ γενόμενοί τε καὶ οἰκήσαντες, οὐ ῥᾳδίως τὰς μεταναστάσεις ἐποιοῦντο, ἄλλως τε καὶ ἄρτι ἀνειληφότες τὰς κατασκευὰς μετὰ τὰ Μηδικά. ἐβαρύνοντο δὲ καὶ χαλεπῶς ἔφερον οἰκίας τε καταλιπόντες, καὶ ἱερὰ, ἃ διὰ παντὸς ἦν αὐτοῖς ἐκ τῆς κατὰ τὸ ἀρχαῖον πολιτείας πάτρια· δίαιτάν τε μέλλοντες μεταβάλλειν, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ πόλιν τὴν αὐτοῦ ἀπολείπων ἕκαστος.

ιζ'. Ἐπειδὴ δὲ ἀφίκοντο ἐς τὸ ἄστυ, ὀλίγοις μὲν

rebus ſacris hac aqua utantur. Et nunc etiam propter antiquam hanc habitationem, ipſa quoque urbis arx ab Athenienſibus urbs appellatur.

XVI. Athenienſes igitur & ante diu in agris ſuo iure ac liberi vixerant; & poſtquam in unam urbem contributi ſunt, ob illum in agris agendi morem, plerique tam priorum, quam poſteriorum, qui ad hoc uſque bellum cum tota familia in agris fuerant, & habitarant, non facile migrabant, praecipue vero, quod poſt bellum Medicum ſuam ſupellectilem nuper refeciſſent. Graviter etiam & iniquo animo ferebant, tum quod penates & ſacra deſerturi eſſent, quae perpetuo ipſis patria fuerant a priſcis uſque temporibus, & a ſtatu ſuae civitatis; tum etiam, quod vitae genus eſſent mutaturi, & nihil aliud facturi, quam ſi ſuam quiſque urbem relinqueret.

XVII. Poſtquam autem in urbem migrarunt, exiguo

ιν ὑπῆρχον οἰκήσεις, καὶ παρὰ φίλων τινὰς ἢ οἰκείων ταφυγή· οἱ δὲ πολλοὶ τά τε ἔρημα τῆς πόλεως ᾤκη-ν, καὶ τὰ ἱερὰ, καὶ τὰ ἡρῷα πάντα, πλὴν τῆς ἀκρο-λεως, καὶ τοῦ Ἐλευσινίου, καὶ εἴτι ἄλλο βεβαίως ηστὸν ἦν· τό, τε Πελασγικὸν καλούμενον τὸ ὑπὸ τὴν ρόπολιν, ὃ καὶ ἐπάρατόν τε ἦν μὴ οἰκεῖν, καί τι καὶ θικοῦ μαντείου ἀκροτελεύτιον τοιόνδε διεκώλυε, λέ-ως — τὸ Πελασγικὸν, ἀργὸν ἄμεινον. ὅμως ὑπὸ παραχρῆμα ἀνάγκης ἐξῳκήθη. καί μοι δοκεῖ τὸ τεῖον τοὐναντίον ξυμβῆναι ἢ προσεδέχοντο. οὐ γὰρ τὴν παράνομον ἐνοίκησιν αἱ ξυμφοραὶ γενέσθαι τῇ ει, ἀλλὰ διὰ τὸν πόλεμον ἡ ἀνάγκη τῆς οἰκήσεως· ὐκ ὀνομάζον τὸ μαντεῖον προῄδει μὴ ἐπ' ἀγαθῷ ποτὲ ὸ κατοικισθησόμενον. κατεσκευάσαντο δὲ καὶ ἐν τοῖς

em quorundam numero domus fuerunt, & locus apud ıos amicos, vel neceſſarios, quo ſe reciperent: at il-m plerique deſerta urbis loca habitarunt, & templa, mnia heroum ſacella, praeter arcem, & Eleuſinium, quis alius locus bene clauſus erat; & templum, quod ſgicum appellatur, quod ſub arcem, & in quo propter hominum exſecrationes habitare non licebat; quin ı quoddam oraculi Pythici carmen in extrema ſui par-oc ipſum his verbis vetabat, — Satiuſque Pelaſgicon l habitari. Verumtamen ob repentinam neceſſitatem ha-um fuit. Et oraculum illud mihi videtur cecidiſſe contra, n Athenienſes exſpectabant. Non enim propter impiam tationem, calamitates reipublicae videntur accidiſſe; ropter bellum, ipſa inhabitandi neceſſitas. Oraculum m, quamvis hoc bellum nominatim non indicaſſet, n praeviderat, ipſum templum haud fauſte aliquando

πύργοις τῶν τειχῶν πολλοί, καὶ ὡς ἕκαστός που ἐδύνατο. οὐ γὰρ ἐχώρησε ξυνελθόντας αὐτοὺς ἡ πόλις, ἀλλ' ὕστερον δὴ τά τε μακρὰ τείχη ᾤκησαν κατανειμάμενοι, καὶ τοῦ Πειραιέως τὰ πολλά. ἅμα δὲ καὶ τῶν πρὸς τὸν πόλεμον ἥπτοντο, ξυμμάχους τε ἀγείροντες, καὶ τῇ Πελοποννήσῳ ἑκατὸν νεῶν ἐπίπλουν ἐξαρτύοντες. καὶ οἱ μὲν ἐν τούτῳ παρασκευῆς ἦσαν.

ιη'. Ὁ δὲ στρατὸς τῶν Πελοποννησίων προϊὼν ἀφίκετο τῆς Ἀττικῆς ἐς Οἰνόην πρῶτον, ᾗπερ ἔμελλον ἐσβαλεῖν. καὶ ὡς ἐκαθέζοντο, προσβολὰς παρεσκευάζοντο τῷ τείχει ποιησόμενοι μηχαναῖς τε καὶ ἄλλῳ τρόπῳ. ἡ γὰρ Οἰνόη οὖσα ἐν μεθορίοις τῆς Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας, ἐτετείχιστο, καὶ αὐτῷ φρουρίῳ οἱ Ἀθηναῖοι ἐχρῶντο, ὁπότε πόλεμος καταλάβοι. τάς τε οὖν προσβολὰς ηὐτρε-

habitatum iri. Multi etiam in ipsis murorum turribus domicilia sibi pararunt, denique prout quisque poterat. nec enim urbs omnes, qui eo convenerant, capere potuit: sed postea longos muros incoluerunt, eos inter se partiti, magnamque Piraeei partem. Simul etiam res ad bellum necessarias parare coeperunt, tum sociorum auxilia cogentes, & instruentes centum navium classem, quam in Peloponnesum mitterent. Ac Athenienses quidem in hoc apparatu erant occupati.

XVIII. Lacedaemoniorum vero exercitus progressus, ad Oenoën, Atticae castellum, primum pervenit, qua in Atticam erant irrupturi. Cum autem ibi castra posuissent, ad illius muros machinis, & quovis alio modo oppugnandos sese parabant. Nam Oenoë, quae est in Atticae & Boeotiae finibus, muris erat cincta; & Athenienses hoc propugnaculo utebantur, quoties bellum ingrueret. Huius igitur

το, καὶ ἄλλως ἐνδιέτριψαν χρόνον περὶ αὐτήν. αἰ-
τε οὐκ ἐλαχίστην Ἀρχίδαμος ἔλαβεν ἀπ' αὐτοῦ,
ι καὶ ἐν τῇ ξυναγωγῇ τοῦ πολέμου μαλακὸς εἶναι,
τοῖς Ἀθηναίοις ἐπιτήδειος, οὐ παραινῶν προθύμως
μεῖν. ἐπειδή τε ξυνελέγετο ὁ στρατὸς, ἥ τε ἐν τῷ
ῳ ἐπιμονὴ γενομένη, καὶ κατὰ τὴν ἄλλην πορείαν
ολαιότης διέβαλεν αὐτὸν, μάλιστα δὲ ἡ ἐν τῇ Οἰ-
ίσχεσις. οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ἐσεκομίζοντο ἐν τῷ χρόνῳ
ι, καὶ ἐδόκουν οἱ Πελοποννήσιοι ἐπελθόντες ἂν διὰ
υς, πάντα ἔτι ἔξω καταλαβεῖν, εἰ μὴ διὰ τὴν
ι μέλλησιν. ἐν τοιαύτῃ μὲν ὀργῇ ὁ στρατὸς τὸν Ἀρ-
ιον ἐν τῇ καθέδρᾳ εἶχεν. ὁ δὲ, προσδεχόμενος (ὡς
αι) τοὺς Ἀθηναίους τῆς γῆς ἔτι ἀκεραίου οὔσης

nationem parabant: ſed ibi circum ipſam Oenoën
s fruſtra triverunt. Et Archidamus propterea in ma-
ſuſpicionem incidit, quod vel in ipſis auxiliis ad
gerendum evocandis lentus, & Athenienſium ſtu-
eſſe videretur, qui ad bellum alacriter gerendum
hortaretur. Et poſtquam copiae in unum coactae
:, cum ipſa commoratio, qua ad Iſthmum fuerat
um in reliquo itinere faciendo tarditas, tum etiam
ue ad Oenoën cunctatio, magnam ei ſuſpicionem
it. Athenienſes enim hoc temporis ſpatio res ſuas
ι in urbem importarunt; & Peloponneſii, ſi celeri-
viſſent, res omnes, quae extra urbem adhuc erant,
re potuiſſe videbantur; niſi propter illius cunctatio-
oc facere prohibiti fuiſſent. Exercitus igitur Archi-
propter huiuſmodi moram, graviter erat iratus. Ille
μγ'. Καὶ οἵδε μὲν προσηκόντως τῇ πόλει τοιοίδε ἐγένοντο· τοὺς δὲ λοιποὺς χρὴ ἀσφαλεστέραν μὲν εὔχεσθαι, ἀτολμοτέραν δὲ μηδὲν ἀξιοῦν τὴν ἐς τοὺς πολεμίους διάνοιαν ἔχειν, σκοποῦντας μὴ λόγῳ μόνῳ τὴν ὠφέλειαν· ἣν ἄν τις πρὸς οὐδὲν χεῖρον αὐτοὺς ὑμᾶς εἰδότας μηκύνοι, λέγων ὅσα ἐν τῷ τοὺς πολεμίους ἀμύνεσθαι, ἀγαθὰ ἔνεστιν· ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τῆς πόλεως δύναμιν καθ' ἡμέραν ἔργῳ θεωμένους, καὶ ἐραστὰς γιγνομένους αὐτῆς. καὶ ὅταν ὑμῖν μεγάλη δόξῃ εἶναι, ἐνθυμουμένοις ὅτι τολμῶντες, καὶ γιγνώσκοντες τὰ δέοντα, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις αἰσχυνόμενοι ἄνδρες αὐτὰ ἐκτήσαντο· καὶ ὁπότε καὶ πείρᾳ του σφαλείησαν, οὔκουν

ipsam corpore pertulerunt; & brevissimo temporis spatio, brevissimaque fortunae inclinatione, summa potius cum gloria, quam cum timore, de vita decesserunt.

XLIII. *Atque hi quidem, quales eos esse oportuerat, tales in patriam exstiterunt. Reliquos vero tutiorem quidem optare, sed nequaquam minus audacem in hostes animum habere velle oportet: nec oratione sola utilitatem spectare, quam apud vos rerum non minus gnaros, quam ego sum, aliquis dicendo amplificare posset, recensens, quot bona insint in hostium propulsatione; sed potius huius reipublicae potentiam quotidie factis contemplari, eiusque valde amantes evadere. Et cum haec urbs vobis magna esse videbitur, illud cogitate, viros fortes, & qui norant, quid facere deceret, quique in ipsis rebus gerendis erubescebant, istam rerum potentiam comparasse: & qui, quoties a rei alicuius tentatae adeptione aberrarunt, non propterea etiam rempublicam sua*

καὶ τὴν πόλιν γε τῆς σφετέρας ἀρετῆς ἀξιοῦντες στερίσκειν, κάλλιστον δὲ ἔρανον αὐτῇ προϊέμενοι. κοινῇ γὰρ τὰ σώματα διδόντες, ἰδίᾳ τὸν ἀγήρων ἔπαινον ἐλάμβανον, καὶ τὸν τάφον ἐπισημότατον, οὐκ ἐν ᾧ κεῖνται μᾶλλον, ἀλλ' ἐν ᾧ ἡ δόξα αὐτῶν παρὰ τῷ ἐντυχόντι ἀεὶ καὶ λόγου καὶ ἔργου καιρῷ ἀείμνηστος καταλείπεται. ἀνδρῶν γὰρ ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος, καὶ οὐ στηλῶν μόνον ἐν τῇ οἰκείᾳ σημαίνει ἐπιγραφὴ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ μὴ προσηκούσῃ ἄγραφος μνήμη παρ' ἑκάστῳ τῆς γνώμης μᾶλλον ἢ τοῦ ἔργου ἐνδιαιτᾶται. οὓς νῦν ὑμεῖς ζηλώσαντες, καὶ τὸ εὔδαιμον, τὸ ἐλεύθερον, τὸ δὲ ἐλεύθερον, τὸ εὔψυχον κρίναντες, μὴ περιορᾶσθε τοὺς πολεμικοὺς κινδύνους. οὐ γὰρ οἱ κακοπραγοῦντες δικαιότερον ἀφειδοῖεν ἂν τοῦ βίου, οἷς ἐλπὶς οὐκ ἔστ' ἀγαθοῦ, ἀλλ' οἷς ἡ ἐναντία μεταβολὴ ἐν τῷ ζῆν ἔτι κινδυ-

virtute fraudandam censuerunt, sed ipsi pulcherrimam collectam prolixo & libenti animo dederunt. Publice enim corpora dantes, privatim gloriam non senescentem acceperunt, & honorificentissimam sepulturam, non eam potius, in qua ipsi siti sunt, quam eam, in qua ipsorum gloria, in qualibet rerum vel dicendarum vel agendarum occasione, quae sese offeret, perpetuo celebranda relinquitur. Nam virorum illustrium omnis est regio sepulcrum, neque sola cipporum in domestico inscriptio virtutem eorum testatur; sed etiam in alieno solo memoria nullis mandata scriptis, magis apud animum cuiusque, quam apud sepulcrum exstructum, perpetuo manet. Quos ipsi nunc imitandos vobis proponentes, & felicitatem existimantes esse libertatem, & libertatem esse animi generositatem, bellica pericula subire ne recusetis. Nec enim homines calamitosi, quibus nulla boni spes adest, vitam potius profundere debent, quam illi, quibus, si diutius vivant, fortunae

νεύεται, καὶ ἐν οἷς μάλιστα μεγάλα τὰ διαφέροντα, ἤν τι πταίσωσιν. ἀλγεινοτέρα γὰρ ἀνδρί γε φρόνημα ἔχοντι ἡ ἐν τῷ μετὰ τοῦ μαλακισθῆναι κάκωσις, ἢ ὁ μετὰ ῥώμης καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἅμα γιγνόμενος ἀναίσθητος θάνατος.

μδ'. Διόπερ καὶ τοὺς τῶνδε νῦν τοκέας, ὅσοι πάρεστε, οὐκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον ἢ παραμυθήσομαι. ἐν πολυτρόποις γὰρ ξυμφοραῖς ἐπίστανται τραφέντες. τὸ δ' εὐτυχὲς, οἳ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσιν, ὥσπερ οἵδε μὲν νῦν, τελευτῆς, ὑμεῖς δὲ λύπης· καὶ ἐν οἷς ἐνευδαιμονῆσαί τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ ἐντελευτῆσαι ξυνεμετρήθη. χαλεπὸν μὲν οὖν οἶδα πείθειν ὂν, ὧν καὶ πολλάκις ἕξετε ὑπομνήματα ἐν ἄλλων εὐτυχίαις, αἷς ποτὲ καὶ αὐτοὶ ἠγάλλεσθε· καὶ λύπη οὐχ ὧν ἄν τις μὴ πειρασάμενος ἀγαθῶν στερίσκηται, ἀλλ' οὗ ἂν ἐθὰς γενόμενος ἀφαι-

ex secunda in adversam periculosa & incerta commutatio est extimescenda; & quorum potissimum maxime interest, si quid offenderint. Nam vexatio cum mollitie coniuncta, viro saltem magnanimo est acerbior, quam mors sensu carens, quae cum fortitudine, simul & cum publica spe, ipsi contingit.

XLIV. *Quamobrem etiam nunc istorum parentes, quotquot adestis, non magis destebo, quam consolabor. Hominum enim vitam variis fortunae casibus obnoxiam esse, sciunt. Illi autem felicitatem sunt adepti, quibus honestissimus vitae finis, ut nunc istis mortuis, vobis vero moeror obtigit: & quibus datum est, ut eorum vita feliciter acta pariter & finita censeatur. Scio autem, difficile esse persuadere vobis, quorum monumenta vel saepius in aliorum rebus secundis habebitis, quibus vos quoque quondam exsultabatis. nec dolor contingit, cum quis bonis, quae nunquam est expertus, privatur; sed cum quis eo bono spoliatur, quo frui*

ρεύειν. καρτερεῖν δὲ χρὴ καὶ ἄλλων παίδων ἐλπίδι, οἷς ἔτι ἡλικία τέκνωσιν ποιεῖσθαι. ἰδίᾳ τε γὰρ τῶν οὐκ ὄντων λήθη οἱ ἐπιγιγνόμενοί τισιν ἔσονται· καὶ τῇ πόλει διχόθεν, ἔκ τε τοῦ μὴ ἐρημοῦσθαι, καὶ ἀσφαλείᾳ ξυνοίσειν. οὐ γὰρ οἷόν τε ἴσόν τι ἢ δίκαιον βουλεύεσθαι οἳ ἂν μὴ καὶ παῖδας ἐκ τοῦ ὁμοίου παραβαλλόμενοι κινδυνεύωσιν. ὅσοι δ' αὖ παρηβήκατε, τόν τε πλείονα, κέρδος ὂν, εὐτυχεῖτε βίον, ἡγεῖσθε καὶ τόνδε βραχὺν ἔσεσθαι, καὶ τῇ τῶνδε εὐκλείᾳ κουφίζεσθε. τὸ γὰρ φιλότιμον ἀγήρων μόνον· καὶ οὐκ ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας τὸ κερδαίνειν, ὥσπερ τινὲς φασὶ, μᾶλλον τέρπει, ἀλλὰ τὸ τιμᾶσθαι.

μέ. Παισὶ δ' αὖ ὅσοι τῶνδε πάρεστε, ἢ ἀδελφοῖς, ὁρῶ μέγαν τὸν ἀγῶνα. τὸν γὰρ οὐκ ὄντα ἅπας εἴωθεν

consueverat. Hoc tamen ſpe aliorum quoque liberorum tolerandum eſt illis, qui per aetatem liberos adhuc ſuſcipere poſſunt. Nam futura ſoboles & privatim defunctorum oblivionem nonnullis afferet; & reipublicae bifariam proderit, tum quia ad urbis frequentiam, ne deſerta relinquatur, tum etiam quia ad eius praeſidium conferet. Fieri enim non poteſt, ut, qui liberos non habent, quos pro patria periculis obiiciant, perinde atque iſti fecerunt, quidquam iuſtum aut aequabile in commune conſulant. Quotquot vero aetate iam provecta eſtis, vitam actam, quae fuit longior, & in qua floruiſtis, loco lucri ducite; & reliquam brevem fore exiſtimate, & iſtorum gloria dolorem levate. Solum enim honoris, & verae gloriae ſtudium non ſeneſcit. Neque in ea aetatis infirmitate, quae hominem reddit inutilem, quaeſtus, ut nonnulli dicunt, magis delectat, quam ipſe honor, quo quis ornatur.

XLV. *Liberis autem, & fratribus iſtorum, quotquot hic adeſtis, magnum certamen propoſitum eſſe video. Eum enim, qui*

παινεῖν· καὶ μόλις ἂν καθ᾽ ὑπερβολὴν ἀρετῆς οὐχ ὅμοιοι
ἀλλ᾽ ὀλίγῳ χείρους κριθείητε. φθόνος γὰρ τοῖς ζῶσι πρὸς
τὸν ἀντίπαλον· τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν ἀνανταγωνίστῳ εὐνοίᾳ
τετίμηται. εἰ δέ με δεῖ καὶ γυναικείας τι ἀρετῆς, ὅσαι
νῦν ἐν χηρείᾳ ἔσονται, μνησθῆναι, βραχείᾳ παραινέσει
ἅπαν σημανῶ. τῆς τε γὰρ ὑπαρχούσης φύσεως μὴ χεί-
ροσι γενέσθαι, ὑμῖν μεγάλη ἡ δόξα, καὶ οἷς ἂν ἐπ᾽
ἐλάχιστον ἀρετῆς πέρι ἢ ψόγου ἐν τοῖς ἄρσεσι κλέος ᾖ.

μστ΄. Εἴρηται καὶ ἐμοὶ λόγῳ κατὰ τὸν νόμον ὅσα
εἶχον πρόσφορα· καὶ ἔργῳ, οἱ θαπτόμενοι, τὰ μὲν,
ἤδη κεκόσμηνται· τὰ δὲ, αὐτῶν τοὺς παῖδας τὸ ἀπὸ τοῦ-
δε δημοσίᾳ ἡ πόλις μέχρις ἥβης θρέψει, ὠφέλιμον στέ-
φανον τοῖσδέ τε καὶ τοῖς λειπομένοις τῶν τοιῶνδε ἀγώ-
νων προτιθεῖσα. ἆθλα γὰρ οἷς κεῖται ἀρετῆς μέγιστα,

fato functus est, quilibet laudare solet. Et vix vestrae virtutis exsuperantia hoc assequi poteritis, ut, non dico pares illis, sed ut paulo inferiores iudicemini. Nam livor est inter aemulos, quamdiu vivunt. Sed id, quod nullis est impedimento, & is, qui iam obiit, benevolentia non aemula colitur. Si quam autem & de virtute mulierum, quae in viduitate nunc erunt, mentionem me facere oportet, brevi adhortatione rem totam complectar. Nam gloriam magnam adipiscemini, si a pristina vestra natura sexuque non desciveritis; & si operam dederitis, ut quam minimum rumoris, sive in bonam, sive in malam partem, de vobis inter mares disseminetur.

XLVI. *Exposui ego quoque oratione, ex legis praescripto, quaecunque ad rem praesentem facere iudicavi. & re ipsa qui sepeliuntur, partim quidem iam sunt ornati, partim vero illorum liberos civitas publice alet ad pubertatem usque, utilem profecto & istis & posteris coronam huiusmodi bellicorum certaminum propo-*

τοῖσδε καὶ ἄνδρες ἄριστοι πολιτεύουσι. νῦν δὲ ἀπολοφυράμενοι ὃν προσήκει ἑκάστῳ, ἄπιτε.

Bell. Pelop. an. 2. Olymp. 87. 2/3. U. C. Varr. 32. 4/5. Post Mart. 28.

μζ΄. Τοιόσδε μὲν ὁ τάφος ἐγένετο ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ· καὶ διελθόντος αὐτοῦ, πρῶτον ἔτος τοῦ πολέμου τοῦδε ἐτελεύτα. Τοῦ δὲ θέρους εὐθὺς ἀρχομένου, Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι τὰ δύο μέρη, ὥσπερ καὶ τοπρῶτον, ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀττικήν, (ἡγεῖτο δὲ Ἀρχίδαμος ὁ Ζευξιδάμου, Λακεδαιμονίων βασιλεὺς) καὶ καθεζόμενοι ἐδῄουν τὴν γῆν. καὶ ὄντων αὐτῶν οὐ πολλάς πω ἡμέρας ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι, καὶ περὶ Λῆμνον καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις· οὐ μέντοι τοσοῦτός γε λοιμὸς, οὐδὲ φθορὰ οὕτως ἀνθρώπων οὐδαμοῦ ἐμνημονεύετο γενέσθαι. οὔτε

nens. Nam apud quos maxima virtutis praemia proponuntur, in horum etiam civitate viri praestantissimi versantur. Iam vero, postquam vestros quique necessarios deploraveritis, abite.

XLVII. Huiusmodi igitur funus hac hieme factum est: hac autem exacta, primus huius belli annus est absolutus. Aestate autem statim ineunte, Peloponnesii, eorumque socii cum duabus copiarum partibus, ut & ante, in Atticam irruperunt, (Archidamus vero Zeuxidami filius, Lacedaemoniorum rex, illis praeerat) castrisque in ea positis agrum vastabant. Cumque nondum multos dies in agro Attico mansissent, morbus Athenienses primum aggredi coepit: quamquam & ante cum in multas regiones invasisse ferebatur, tum etiam in Lemnum, & alia loca. verumtamen neque tanta pestilentia, neque tot hominum interitus uspiam accidisse memorabatur: nec enim medici, propter morbi ignorantiam, initio aegrotis mederi poterant,

γὰρ ἰατροὶ ἤρκουν τοπρῶτον θεραπεύοντες ἀγνοίᾳ, ἀλλ' αὐτοὶ μάλιστα ἔθνησκον ὅσῳ καὶ μάλιστα προσῄεσαν, οὔτε ἄλλη ἀνθρωπεία τέχνη οὐδεμία. ὅσα τε πρὸς ἱεροῖς ἱκέτευσαν, ἢ μαντείοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἐχρήσαντο, πάντα ἀνωφελῆ ἦν. τελευτῶντές τε αὐτῶν ἀπέστησαν, ὑπὸ τοῦ κακοῦ νικώμενοι.

μη'. Ἤρξατο δὲ τὸ μὲν πρῶτον, ὡς λέγεται, ἐξ Αἰθιοπίας τῆς ὑπὲρ Αἰγύπτου, ἔπειτα δὲ καὶ ἐς Αἴγυπτον καὶ Λιβύην κατέβη, καὶ ἐς τὴν βασιλέως γῆν τὴν πολλήν. ἐς δὲ τὴν Ἀθηναίων πόλιν ἐξαπιναίως ἐνέπεσε· καὶ τοπρῶτον ἐν τῷ Πειραιεῖ ἥψατο τῶν ἀνθρώπων, ὥστε καὶ ἐλέχθη ὑπ' αὐτῶν ὡς οἱ Πελοποννήσιοι φάρμακα ἐσβεβλήκοιεν ἐς τὰ φρέατα. κρῆναι γὰρ οὔπω ἦσαν αὐτόθι. ὕστερον δὲ καὶ ἐς τὴν ἄνω πόλιν ἀφίκετο,

sed ipsi potissimum eo magis interibant, quo magis ad aegrotos accedebant; nec ulla alia hominum ars illis opem ac salutem ferre poterat. Omnes etiam supplicationes ad Deorum templa factae, & omnis opera, qua aut in oraculis sciscitandis, aut in aliis huiusmodi rebus usi fuerant, haec omnia nullius erant usus; tandemque victi magnitudine mali, haec missa fecerunt.

XLVIII. Primum autem hic morbus, (ut fertur) initium duxit ex Aethiopia, quae est supra Aegyptum; deinde vero & in Aegyptum & Africam descendit, & in magnam partem regionis regis Persarum: in Atheniensium porro civitatem derepente incidit, ac primum quidem in Pyraeeo homines tentavit; ita ut ab his etiam rumor disseminatus fuerit, venena a Peloponnesiis in puteos deiecta fuisse: nondum enim fontes illic erant. Deinde vero & in superiorem urbem processit, & longe plures tunc morieban-

καὶ ἔθνησκον πολλῷ μᾶλλον ἤδη. λεγέτω μὲν οὖν περὶ αὐτοῦ ὡς ἕκαστος γιγνώσκει, καὶ ἰατρὸς, καὶ ἰδιώτης, ἀφ᾽ ὅτου εἰκὸς ἦν γενέσθαι αὐτὸ, καὶ τὰς αἰτίας ἅστινας νομίζει τοσαύτης μεταβολῆς ἱκανὰς εἶναι δύναμιν ἐς τὸ μεταστῆσαι σχεῖν· ἐγὼ δὲ οἷόν τε ἐγίγνετο λέξω, καὶ ἀφ᾽ ὧν ἄν τις σκοπῶν, εἴποτε καὶ αὖθις ἐπιπέσοι, μάλιστ᾽ ἂν ἔχοι τὶ προειδὼς μὴ ἀγνοεῖν, ταῦτα δηλώσω, αὐτός τε νοσήσας, καὶ αὐτὸς ἰδὼν ἄλλους πάσχοντας.

μθ΄. Τὸ μὲν γὰρ ἔτος, ὡς ὡμολογεῖτο, ἐκ πάντων μάλιστα δὴ ἐκεῖνο ἄνοσον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθενείας ἐτύγχανεν ὄν· εἰ δέ τις καὶ προέκαμνέ τι, ἐς τοῦτο πάντα ἀπεκρίθη. τοὺς δ᾽ ἄλλους ἀπ᾽ οὐδεμιᾶς προφάσεως, ἀλλ᾽ ἐξαίφνης, ὑγιεῖς ὄντας, πρῶτον μὲν τῆς κεφαλῆς θέρμαι ἰσχυραὶ, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἐρυθήματα καὶ

tur. Pronuntiet autem de eo morbo, ut quiſque ſentit, tam artis medicae peritus, quam imperitus, unde veriſimile videtur eum exſtitiſſe, & quas cauſas fuiſſe putet, quae tantae mutationis faciendae vim habuerint. Ego vero, & cuiuſmodi fuerit, dicam; & quae ſibi quiſque proponens, ſi quando rurſus etiam hic morbus ingruat, iam praedoctus aliquid habeat, ex quo praecipue eum cognoſcat, haec declarabo; tum quia ego ipſe hoc morbo laboravi, tum etiam quia alios hoc laborantes ipſe vidi.

XLIX. Nam annus ille (ut vel omnium confeſſione conſtabat) ex omnibus maxime fuit immunis ab aliis morbis. quod ſi quis & ante aliquo alio morbo laborabat, omnes hi morbi in iſtum convertebantur. Alios vero ex nulla certa manifeſtaque cauſa apparente, ſed ex improviſo, cum ſani forent, primum quidem acres capitis fervores, & oculorum rubores, & inflammatio corripiebat. Et in-

φλόγωσις ἐλάμβανε. καὶ τὰ ἐντὸς, ἥ τε φάρυγξ καὶ ἡ γλῶσσα, εὐθὺς αἱματώδη ἦν, καὶ πνεῦμα ἄτοπον καὶ δυσῶδες ἠφίει· ἔπειτα, ἐξ αὐτῶν πταρμὸς καὶ βράγχος ἐπεγίγνετο. καὶ ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ κατέβαινεν ἐς τὰ στήθη ὁ πόνος, μετὰ βηχὸς ἰσχυροῦ· καὶ ὁπότε ἐς τὴν καρδίαν στηρίξαι, ἀνέστρεφέ τε αὐτὴν, καὶ ἀποκαθάρσεις χολῆς πᾶσαι ὅσαι ὑπὸ ἰατρῶν ὠνομασμέναι εἰσὶν, ἐπῄεσαν, καὶ αὗται μετὰ ταλαιπωρίας μεγάλης. λύγξ τε τοῖς πλείοσιν ἐνέπιπτε κενὴ, σπασμὸν ἐνδιδοῦσα ἰσχυρὸν, τοῖς μὲν, μετὰ ταῦτα λωφήσαντα, τοῖς δὲ, καὶ πολλῷ ὕστερον. καὶ τὸ μὲν ἔξωθεν ἁπτομένῳ σῶμα, οὐκ ἄγαν θερμὸν ἦν, οὔτε χλωρὸν, ἀλλ᾽ ὑπέρυθρον, πελιδνὸν, φλυκταίναις μικραῖς καὶ ἕλκεσιν ἐξηνθηκός· τὰ δὲ ἐντὸς οὕτως ἐκαίετο ὥστε μήτε τῶν πάνυ λεπτῶν ἱματίων καὶ σινδόνων τὰς ἐπιβολὰς, μήτ᾽ ἄλλο τι ἢ γυμνὸν ἀνέχεσθαι, ἥδιστά τε ἂν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς

teriora, guttur inquam, & lingua continuo cruenta erant; & halitum tetrum & graveolentem emittebant. Deinde vero ex his ſternutatio, & raucitas ſequebatur: nec multo poſt hic dolor cum vehementi tuſſi in pectus deſcendebat. Ubi vero in corde haeſerat, cum ipſum ſubvertebat, tum etiam omnes bilis eiectiones, quotquot a medicis nominatae ſunt, ſequebantur, & ipſae cum ingenti cruciatu. Singultuſque pleriſque incidebat inanis, vehementem afferens convulſionem, in aliquibus quidem ſtatim ceſſantem, in nonnullis multo ſerius. Et corpus quidem exterius, tangenti non erat admodum calidum, neque pallidum, ſed ſubrubrum, lividum, parvis puſtulis & ulceribus efflorefcens. Interiora vero ita flagrabant, ut neque tenuiſſimorum veſtimentorum, aut linteorum iniectiones ſuſtinerent,

αὐτοὺς ῥίπτειν. καὶ πολλοὶ τοῦτο τῶν ἠμελημένων [ἀνθρώπων] καὶ ἔδρασαν ἐς Φρέατα, ἀπαύστῳ τῇ δίψῃ ξυνεχόμενοι. καὶ ἐν τῷ ὁμοίῳ καθειστήκει τό, τε πλέον καὶ ἔλασσον ποτόν. καὶ ἡ ἀπορία τοῦ μὴ ἡσυχάζειν καὶ ἡ ἀγρυπνία ἐπέκειτο διαπαντός· καὶ τὸ σῶμα, ὅσον περ χρόνον καὶ ἡ νόσος ἀκμάζοι, οὐκ ἐμαραίνετο, ἀλλ᾽ ἀντεῖχε παρὰ δόξαν τῇ ταλαιπωρίᾳ. ὥστε ἢ διεφθείροντο οἱ πλεῖστοι ἐνναταῖοι καὶ ἑβδομαῖοι ὑπὸ τοῦ ἐντὸς καύματος, ἔτι ἔχοντές τι δυνάμεως, ἤ, εἰ διαφύγοιεν, ἐπικατιόντος τοῦ νοσήματος ἐς τὴν κοιλίαν, καὶ ἑλκώσεώς τε αὐτῇ ἰσχυρᾶς ἐγγιγνομένης, καὶ διαῤῥοίας ἅμα ἀκράτου ἐπιπιπτούσης, οἱ πολλοὶ ὕστερον διὰ τὴν ἀσθένειαν διεφθείροντο. [καὶ] διεξῄει γὰρ διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἄνωθεν ἀρξάμενον τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ πρῶτον ἱδρυθὲν

neque aliud quippiam praeter nuditatem; & libentiſſime in aquas gelidas ſe coniicerent. Et multi eorum, qui neglecti erant, hoc ipſum etiam fecerunt, & in puteos ſe deiecerunt ſiti inſedabili. Et largior potus perinde erat ac parcior. Et corporis vexatio, quae quieſcendi facultatem adimebat, & perpetuae vigiliae eos urgebant. Corpus etiam ipſum, quamdiu morbus vigebat, non languebat: ſed praeter opinionem cruciatui reſiſtebat. Itaque plerique intra nonum, aut etiam ſeptimum diem, propter internum ardorem interibant, aliquid virium adhuc retinentes, aut, ſi, hoc temporis ſpatio praeterito, mortem vitaſſent; tamen, quia morbus in ventrem inferiorem deſcendebat, & exulceratio vehemens in ipſo naſcebatur, ſimul etiam, quia immoderatum alvi profluvium invadebat, plerique poſtea propter debilitatem interibant. Morbus enim, qui primas in capite ſedes collocarat, per totum corpus, initio a ſum-

κακόν· καὶ εἴτις ἐκ τῶν μεγίστων περιγένοιτο, τῶν γε ἀκρωτηρίων ἀντίληψις αὐτοῦ ἐπεσήμαινε. κατέσκηπτε γὰρ καὶ ἐς τὰ αἰδοῖα, καὶ ἐς ἄκρας χεῖρας, καὶ πόδας· καὶ πολλοὶ στερισκόμενοι τούτων διέφευγον· εἰσὶ δ' οἱ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν. τοὺς δὲ καὶ λήθη ἐλάμβανε παραυτίκα ἀναστάντας τῶν πάντων ὁμοίως, καὶ ἠγνόησαν σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τοὺς ἐπιτηδείους.

ν'. Γενόμενον γὰρ κρεῖσσον λόγου τὸ εἶδος τῆς νόσου, τά τε ἄλλα χαλεπωτέρως ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν προσέπιπτεν ἑκάστῳ, καὶ ἐν τῷδε ἐδήλωσε μάλιστα ἄλλο τι ὂν ἢ τῶν ξυντρόφων τι. τὰ γὰρ ὄρνεα καὶ τετράποδα ὅσα ἀνθρώπων ἅπτεται, πολλῶν ἀτάφων γιγνομένων, ἢ οὐ προσῄει, ἢ γευσάμενα διεφθείρετο.

mis partibus ducto, pervadebat. Et si quis ex maximis illis periculis evasisset, extremae tamen corporis partes, quae captae laesaeque remanebant, eum hoc morbo laborasse testabantur. Nam in ipsa quoque pudenda, & in summas manus, summosque pedes prorumpebat, multique his membris capti mortem vitarunt; nonnulli etiam oculis amissis. Nonnullos etiam, simulac ex morbo convaluerunt, statim omnium rerum oblivio pariter cepit, ita ut, neque se ipsos, neque necessarios agnoscerent.

L. Cum enim hoc morbi genus multo fuerit atrocius, quam quod oratione possit exprimi, & aliis in rebus gravius, quam ut humana natura ferre possit, singulos invasit, ac etiam hoc indicio maxime declaravit, se aliquid aliud esse, quam aliquod familiarium. Nam alites, & quadrupedes, quotquot humanis cadaveribus vesci solent, cum multa iacerent insepulta, aut non accedebant, aut, si gustassent, interibant. Argumento autem hoc est, quod hu-

τεκμήριον δὲ, τῶν μὲν τοιούτων ὀρνίθων ἐπίλειψις σαφὴς ἐγένετο, καὶ οὐχ ἑωρῶντο οὔτε ἄλλως, οὔτε περὶ τοιοῦτον οὐδέν. οἱ δὲ κύνες μᾶλλον αἴσθησιν παρεῖχον τοῦ ἀποβαίνοντος, διὰ τὸ ξυνδιαιτᾶσθαι.

να΄. Τὸ μὲν οὖν νόσημα, πολλὰ καὶ ἄλλα παραλιπόντι ἀτοπίας, ὡς ἑκάστῳ ἐτύγχανέ τι διαφερόντως ἑτέρῳ πρὸς ἕτερον γιγνόμενον, τοιοῦτον ἦν ἐπίπαν τὴν ἰδέαν. καὶ ἄλλο παρελύπει κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον οὐδὲν τῶν εἰωθότων· ὃ δὲ καὶ γένοιτο, ἐς τοῦτο ἐτελεύτα. ἔθνησκον δὲ, οἱ μὲν, ἀμελείᾳ, οἱ δὲ, καὶ πάνυ θεραπευόμενοι. ἕν τε οὐδὲν κατέστη ἴαμα, ὡς εἰπεῖν, ὅ, τι χρῆν προσφέροντας ὠφελεῖν. τὸ γάρ τῳ ξυνενεγκὸν ἄλλον τοῦτο ἔβλαπτε. σῶμά τε αὔταρκες ὂν οὐδὲν διεφάνη πρὸς αὐτὸ, ἰσχύος πέρι ἢ ἀσθενείας, ἀλλὰ πάντα ξυνῄρει, καὶ τὰ πάσῃ διαίτῃ θεραπευόμενα. δεινότατον δὲ παν-

iusmodi avium manifestus fuit defectus; nec uspiam alibi, nec circum ulla huiusmodi cadavera visebantur. Canes vero, propter consuetudinem, quam cum hominibus habebant, maiorem eventus significationem dabant.

LI. Hic igitur morbus (ut omittam multa alia inusitatae atrocitatis, prout unicuique aliquid accidebat diversum ab eo, quod alteri contingebat,) omnino specie talis fuit. Et tunc temporis nullus alius morbus ex consuetis Athenienses infestebat. quod si quis exoriretur, in hunc desinebat. Moriebantur autem alii incuria, alii vero, vel diligentissime curati. Nec ullum prorsus remedium, ut ita loquar, repertum est, quod adhibitum prodesset. Quod enim alteri profuerat, hoc ipsum alteri nocebat: nullumque corpus, sive firmae, sive infirmae valetudinis esset, tanti mali violentiae resistere potuit: sed omnia pariter, vel ea,

τὸς ἦν τοῦ κακοῦ, ἥ τε ἀθυμία, ὁπότε τὶς αἴσθοιτο κάμνων, (πρὸς γὰρ τὸ ἀνέλπιστον εὐθὺς τραπόμενοι τῇ γνώμῃ, πολλῷ μᾶλλον προΐεντο σφᾶς αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἀντεῖχον) καὶ ὅτι ἕτερος ἀφ᾽ ἑτέρου, θεραπείας ἀναπιμπλάμενοι, ὥσπερ τὰ πρόβατα, ἔθνησκον· καὶ τὸν πλεῖστον φθόρον τοῦτο ἐνεποίει. εἴτε γὰρ μὴ θέλοιεν δεδιότες ἀλλήλοις προσιέναι, ἀπώλλυντο ἔρημοι, καὶ οἰκίαι πολλαὶ ἐκενώθησαν ἀπορίᾳ τοῦ θεραπεύσοντος· εἴ τε προσίοιεν, διεφθείροντο· καὶ μάλιστα οἱ ἀρετῆς τι μεταποιούμενοι. αἰσχύνῃ γὰρ ἠφείδουν σφῶν αὐτῶν, ἐσιόντες παρὰ τοὺς φίλους, ἐπεὶ καὶ τὰς ὀλοφύρσεις τῶν ἀπογιγνομένων τελευτῶντες καὶ οἱ οἰκεῖοι ἐξέκαμνον, ὑπὸ τοῦ πολλοῦ κακοῦ νικώμενοι. ἐπιπλέον δὲ ὅμως οἱ

quae omni victus ratione curabantur, corripiebat. Illud vero in toto hoc malo graviſſimum erat, tum quod, ſimulac quis ſe morbo correptum ſenſiſſet, animo conſternaretur, (ſtatim enim animo ad ſalutis deſperationem converſi, multo magis ſe ipſos proiiciebant, neque reſiſtebant,) tum etiam, quod propter mali contagionem, quam alter ex alterius curatione hauriebat, adeo ut ex ea oppleretur, tanquam pecudes morerentur. Atque haec fuit praecipua maximae ſtragis cauſa. ſive enim noluiſſent metu deterriti mutuo ſe inviſere, deſerti interibant, multaeque familiae propter inopiam hominum, qui aegrotos curarent, exhauſtae ſunt: ſive alteri ad alteros adiſſent, interibant. praecipue vero qui aliquam virtutis partem ſibi vindicabant. Nam prae pudore ſibi ipſis non parcebant, dum in amicorum aedes ingrediebantur, ut eos inviſerent; ſiquidem vel ipſi domeſtici tandem lamentationibus eorum, qui moriebantur, defatigati, non amplius commovebantur, mali

διαπεφευγότες τόν τε θνήσκοντα καὶ τὸν πονούμενον ᾠκτίζοντο, διὰ τὸ προειδέναι τε, καὶ αὐτοὶ ἤδη ἐν τῷ θαρσαλέῳ εἶναι. δὶς γὰρ τὸν αὐτὸν, ὥστε καὶ κτείνειν, οὐκ ἐπελάμβανε. καὶ ἐμακαρίζοντό τε ὑπὸ τῶν ἄλλων, καὶ αὐτοὶ τῷ παραχρῆμα περιχαρεῖ, καὶ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον ἐλπίδος τὶ εἶχον κούφης μηδ᾽ ἂν ὑπ᾽ ἄλλου νοσήματός ποτε ἔτι διαφθαρῆναι.

νβʹ. Ἐπίεσε δ᾽ αὐτοὺς μᾶλλον πρὸς τῷ ὑπάρχοντι πόνῳ καὶ ἡ ξυγκομιδὴ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐς τὸ ἄστυ, καὶ οὐχ ἧσσον τοὺς ἐπελθόντας. οἰκιῶν γὰρ οὐχ ὑπαρχουσῶν, ἀλλ᾽ ἐν καλύβαις πνιγηραῖς ὥρᾳ ἔτους διαιτωμένων, ὁ φθόρος ἐγίγνετο, οὐδενὶ κόσμῳ, ἀλλὰ καὶ νεκροὶ ἐπ᾽ ἀλλήλοις ἀποθνήσκοντες ἔκειντο· καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐκαλινδοῦντο, καὶ περὶ τὰς κρήνας ἁπάσας, ἡμιθνῆτες, τῇ

violentia ſuperati. Illi tamen, qui evaſerant, & eum, qui moriebatur, & eum, qui laborabat, magis miſerabantur; tum quod hoc malum prius experti cognoſcerent, tum etiam quod ipſi in tuto iam eſſent. Hic enim morbus eundem bis non corripiebat, ita ut eum etiam interimeret. Et ab aliis beati cenſebantur, ipſique propter praeſentem ſalutis inſperatae laetitiam exſultantes, quandam etiam levem ſpem habebant, ſe ne alio quidem ullo morbo in poſterum amplius unquam abſumtum iri.

LII. Ipſos autem, praeter laborem, quo iam vexabantur, ipſa quoque rerum ex agris in urbem comportatio, praecipue vero ruſticos, qui in eam confluxerant, gravius preſſit. Cum enim non eſſent aedes, ſed in tuguriolis aeſtuoſis ob anni tempus habitarent, ſtrages edebatur, nullo ordine: quin etiam alii ſuper alios morientes, mortui iacebant; & in viis, & circa fontes omnes, aquae deſide-

τοῦ ὕδατος ἐπιθυμίᾳ. τά τε ἱερὰ, ἐν οἷς ἐσκήνηντο, νεκρῶν πλέα ἦν, αὐτοῦ ἐναποθνησκόντων. ὑπερβιαζομένου γὰρ τοῦ κακοῦ, οἱ ἄνθρωποι οὐκ ἔχοντες ὅ, τι γένωνται, ἐς ὀλιγωρίαν ἐτράποντο καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων ὁμοίως· νόμοι τε πάντες συνεταράχθησαν, οἷς ἐχρῶντο πρότερον περὶ τὰς ταφάς. ἔθαπτον δὲ ὡς ἕκαστος ἠδύνατο. καὶ πολλοὶ ἐς ἀναισχύντους θήκας ἐτράποντο, σπάνει τῶν ἐπιτηδείων, διὰ τὸ συχνοὺς ἤδη προτεθνάναι σφίσιν. ἐπὶ πυρὰς γὰρ ἀλλοτρίας, φθάσαντες τοὺς νήσαντας, οἱ μὲν, ἐπιθέντες τὸν ἑαυτῶν νεκρὸν ὑφῆπτον, οἱ δὲ, καιομένου ἄλλου, ἄνωθεν ἐπιβαλόντες ὃν φέροιεν, ἀπῄεσαν.

νγ΄. Πρῶτόν τε ἦρξε καὶ ἐς τἄλλα τῇ πόλει ἐπιπλέον ἀνομίας τὸ νόσημα. ῥᾶον γὰρ ἐτόλμα τις ἃ πρότερον ἀπεκρύπτετο μὴ καθ᾽ ἡδονὴν ποιεῖν, ἀγχίστροφον τὴν

rio, ſemimortui volutabantur. Et templa, in quibus tabernacula habitandi cauſa fecerant, cadaveribus hominum, qui ibi in ipſis moriebantur, erant referta. Malo enim ſupra modum urgente, homines non habentes, quid agerent, aut quo ſe verterent, ſacra ac profana aeque negligere coeperunt. omneſque leges, quibus ante in ſepultura utebantur, pariter ſunt conturbatae. nam ſepeliebant, ut quiſque poterat. Multique, propter crebram domeſticorum iam defunctorum ſtragem, rerum neceſſariarum penuria, ad impudentia ſepulcra ſe converterunt. Nam alii quidem in alienos rogos, antevertentes illos, qui eos exſtruxerant, mortuum ſuum imponebant, igneque ſubiecto accendebant: alii vero, dum alterius cadaver arderet, ſuo cadavere, quod ipſi ferebant, ſuperiecto, diſcedebant.

LIII. Hic autem morbus aliis etiam in rebus civitati maioris improbitatis fuit initium. facilius enim quilibet aude-

μεταβολὴν ὁρῶντες τῶν τ' εὐδαιμόνων καὶ αἰφνιδίως θνησκόντων, καὶ τῶν οὐδὲν πρότερον κεκτημένων, εὐθὺς δὲ τἀκείνων ἐχόντων. ὥστε ταχείας τὰς ἐπαυρέσεις καὶ πρὸς τὸ τερπνὸν ἠξίουν ποιεῖσθαι, ἐφήμερα τά τε σώματα καὶ τὰ χρήματα ὁμοίως ἡγούμενοι. καὶ τὸ μὲν προσταλαιπωρεῖν τῷ δόξαντι καλῷ, οὐδεὶς πρόθυμος ἦν, ἄδηλον νομίζων εἰ πρὶν ἐπ' αὐτὸ ἐλθεῖν, διαφθαρήσεται· ὅ, τι δὲ ἤδη τε ἡδὺ καὶ πανταχόθεν τὸ ἐς αὐτὸν κερδαλέον, τοῦτο καὶ καλὸν καὶ χρήσιμον κατέστη. θεῶν δὲ φόβος, ἢ ἀνθρώπων νόμος οὐδεὶς ἀπεῖργε· τὸ μὲν, κρίνοντες ἐν ὁμοίῳ καὶ σέβειν καὶ μὴ, ἐκ τοῦ πάντας ὁρᾷν ἐν ἴσῳ ἀπολλυμένους· τῶν δὲ ἁμαρτημάτων οὐδεὶς ἐλπίζων μέχρι τοῦ δίκην γενέσθαι βιοὺς ἂν τὴν τιμωρίαν

bat palam facere, quae prius pudore impeditus occultabat, ita ut ex animi libidine non patraret, quod repentinam rerum mutationem fieri viderent: & homines quidem fortunatos repente mori; illos vero, qui nihil ante poſſidebant, ſtatim illorum bona poſſidere animadverterent. Itaque bonis illis celeriter perfruendum, operamque voluptatibus dandam cenſebant, quod pariter & corpora & bona momentanea, & in diem tantum duratura eſſe exiſtimarent. Nemoque promtus erat ad labores tolerandos rei cauſa, quae honeſta videretur, incertum exiſtimans, an eſſet interiturus, priuſquam ad illam perveniret. Quod autem unuſquiſque iucundum, & undique ſibi quaeſtuoſum fore noverat, hoc etiam honeſtum, & utile conſtituebatur. nec ullus Deorum metus, aut hominum lex eos arcebat: partim quidem, quia Deos colere, perinde eſſe iudicabant, ac non colere, quod omnes pariter mori viderent; partim vero, quia nullus ſe tamdiu ſuperſtitem futurum ſperabat, dum

ἀντιδοῦναι· πολὺ δὲ μείζω τὴν ἤδη κατεψηφισμένην σφῶν ἐπικρεμασθῆναι, ἣν πρὶν ἐμπεσεῖν, εἰκὸς εἶναι τοῦ βίου τι ἀπολαῦσαι.

νδ΄. Τοιούτῳ μὲν πάθει οἱ Ἀθηναῖοι περιπεσόντες ἐπιέζοντο, ἀνθρώπων τε ἔνδον θνησκόντων, καὶ γῆς ἔξω δῃουμένης. ἐν δὲ τῷ κακῷ, οἷα εἰκὸς, ἀνεμνήσθησαν καὶ τοῦδε τοῦ ἔπους, φάσκοντες οἱ πρεσβύτεροι πάλαι ᾄδεσθαι,

Ἥξει Δωριακὸς πόλεμος, καὶ λοιμὸς ἅμ᾽ αὐτῷ.

Ἐγένετο μὲν οὖν ἔρις τοῖς ἀνθρώποις μὴ λοιμὸν ὠνομάσθαι ἐν τῷ ἔπει ὑπὸ τῶν παλαιῶν, ἀλλὰ λιμόν. ἐνίκησε δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰκότως, λοιμὸν εἰρῆσθαι. οἱ γὰρ ἄνθρωποι πρὸς ἃ ἔπασχον, τὴν μνήμην ἐποιοῦντο. ἢν δέ γε, οἶμαι, ποτὲ ἄλλος πόλεμος καταλάβῃ Δωρικὸς τοῦδε ὕστερος, καὶ ξυμβῇ γενέσθαι λιμὸν, κατὰ

instituto iudicio poenas suorum delictorum daret. Multoque maiorem poenam, fatorum iudicio iam decretam, sibi impendere existimabant: ante cuius adventum, aliquibus vitae voluptatibus sibi perfruendum esse censebant.

LIV. Athenienses igitur in huiusmodi morbum inciderunt, eoque graviter premebantur, tum quod homines intra muros morerentur, tum etiam quod foris ager ab hostibus vastaretur. Dum autem hoc malo vexarentur, ut verisimile est, hoc etiam carmen in memoriam revocarunt, quod seniores olim decantatum dicebant:

Doriacum veniet loimo comitante duellum.

Inter homines autem altercatio erat, non λοιμὸν in isto carmine ab antiquis nominatum, sed λιμόν. Sed in praesentia illud merito evicit, pestilentiam significatam fuisse. Homines enim ad mala, quae patiebantur, carminis mentionem accommodabant. Quod si unquam aliud Doricum bellum

τὸ εἰκὸς οὕτως ᾄσονται. μνήμη δὲ ἐγένετο καὶ τοῦ Λακεδαιμονίων χρηστηρίου τοῖς εἰδόσιν, ὅτε ἐπερωτῶσιν αὐτοῖς τὸν θεὸν εἰ χρὴ πολεμεῖν, ἀνεῖλε κατὰ κράτος πολεμοῦσι νίκην ἔσεσθαι, καὶ αὐτὸς ἔφη ξυλλήψεσθαι. περὶ μὲν οὖν τοῦ χρηστηρίου, τὰ γιγνόμενα εἴκαζον ὅμοια εἶναι. ἐσβεβληκότων δὲ τῶν Πελοποννησίων, ἡ νόσος ἤρξατο εὐθύς. καὶ ἐς μὲν Πελοπόννησον οὐκ ἐσῆλθεν, ὅ, τι καὶ ἄξιον εἰπεῖν, ἐπενείματο δὲ Ἀθήνας μὲν μάλιστα, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων χωρίων τὰ πολυανθρωπότατα. ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὴν νόσον γενόμενα.

νέ. Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, ἐπειδὴ ἔτεμον τὸ πεδίον, παρῆλθον ἐς τὴν Πάραλον γῆν καλουμένην, μέχρι Λαυρίου ὄρους, οὗ τὰ ἀργύρεια μέταλλα ἐστὶν Ἀθηναίοις.

poſt hoc eos invaſerit, & λιμὸν eſſe contigerit, veriſimiliter hoc modo canent. Oraculum etiam Lacedaemoniis redditum, ab illis, qui hoc noverant, memorabatur, cum ipſis oraculum conſulentibus, an bellum eſſet movendum, Deus reſpondit, ipſos fore victores, ſi bellum totis viribus gererent, ſeque ipſis opem laturum dixit. Quod igitur attinet ad oraculum, ea, quae tunc fiebant, cum ipſo convenire coniiciebant. Cum autem Peloponneſii in Atticam irrupiſſent, hic morbus ſtatim graſſari coepit. Nec ipſam Peloponneſum invaſit, nec ullo malo eam affecit, quod ſit relatu dignum: depaſtus vero eſt Athenas praecipue, deinde ex aliis locis ea, quae maxima populi frequentia erant referta. Atque haec quidem ſunt ea, quae in morbo evenerunt.

LV. Peloponneſii vero, poſtquam Atticae planitiem vaſtarunt, in agrum, qui maritimus appellatur, proceſſerunt uſque ad montem Laurium, ubi ſunt argenti fodinae, quas

καὶ πρῶτον μὲν ἔτεμον ταύτην ἣ πρὸς Πελοπόννησον ὁρᾷ, ἔπειτα δὲ τὴν πρὸς Εὔβοιάν τε καὶ Ἄνδρον τετραμμένην. Περικλῆς δὲ, στρατηγὸς ὢν καὶ τότε, περὶ μὲν τοῦ μὴ ἐπεξιέναι τοὺς Ἀθηναίους, τὴν αὐτὴν γνώμην εἶχεν ὥσπερ καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ ἐσβολῇ.

νϛʹ. Ἔτι δ᾽ αὐτῶν ἐν τῷ πεδίῳ ὄντων, πρὶν ἐς τὴν παραλίαν γῆν ἐλθεῖν, ἑκατὸν νεῶν ἐπίπλουν τῇ Πελοποννήσῳ παρεσκευάζετο, καὶ ἐπειδὴ ἑτοῖμα ἦν, ἀνήγετο. ἦγε δ᾽ ἐπὶ τῶν νεῶν ὁπλίτας Ἀθηναίων τετρακισχιλίους, καὶ ἱππέας τριακοσίους, ἐν ναυσὶν ἱππαγωγοῖς πρῶτον τότε ἐκ τῶν παλαιῶν [νεῶν] ποιηθείσαις. ξυνεστρατεύοντο δὲ καὶ Χῖοι καὶ Λέσβιοι πεντήκοντα ναυσίν. ὅτε δὲ ἀνήγετο ἡ στρατιὰ αὕτη Ἀθηναίων, Πελοποννησίους κατέλιπον τῆς Ἀττικῆς ὄντας ἐν τῇ παραλίᾳ.

Athenienſes poſſident. ac primum quidem eam agri partem vaſtarunt, quae Peloponneſum ſpectat, deinde vero eam, quae ad Euboeam, & Andrum vergit. Pericles autem, qui tunc quoque dux erat, in eadem ſententia perſeverabat, quemadmodum & in ſuperiore expeditione fecerat, non oportere Athenienſes ex urbe contra hoſtem exire.

LVI. Cum autem Lacedaemonii in Atticae planitie adhuc eſſent, antequam ad oram maritimam venirent, ipſe centum navium claſſem, Peloponneſo bellum illaturus, inſtruebat; & poſtquam omnia parata fuerunt, ſolvit. Ducebat autem in navibus quatuor millia gravis armaturae militum Athenienſium, & trecentos equites in aliis navibus, quae equis vehendis erant aptae, quae ex vetuſtis navigiis tunc primum factae fuerant. ad eandem autem expeditionem & Chii & Lesbii cum quinquaginta navibus proficiſcebantur. Cum autem hic Athenienſium exercitus

ἀφικόμενοι δὲ ἐς Ἐπίδαυρον τῆς Πελοποννήσου, ἔτεμον τῆς γῆς τὴν πολλήν· καὶ πρὸς τὴν πόλιν προσβαλόντες, ἐς ἐλπίδα μὲν ἦλθον τοῦ ἑλεῖν, οὐ μέντοι προεχώρησέ γε. ἀναγαγόμενοι δὲ ἐκ τῆς Ἐπιδαύρου, ἔτεμον τήν τε Τροιζηνίδα γῆν καὶ τὴν Ἁλιάδα, καὶ τὴν Ἑρμιονίδα. ἔστι δὲ πάντα ταῦτα ἐπιθαλάσσια τῆς Πελοποννήσου. ἄραντες δὲ ἀπ' αὐτῶν, ἀφίκοντο ἐς Πρασιάς, τῆς Λακωνικῆς πόλισμα ἐπιθαλάσσιον, καὶ τῆς τε γῆς ἔτεμον καὶ αὐτὸ τὸ πόλισμα εἷλον, καὶ ἐπόρθησαν. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ἐπ' οἴκου ἀνεχώρησαν. τοὺς δὲ Πελοποννησίους οὐκέτι κατέλαβον ἐν τῇ Ἀττικῇ ὄντας, ἀλλ' ἀνακεχωρηκότας.

νζ΄. Ὅσον δὲ χρόνον οἵ τε Πελοποννήσιοι ἦσαν ἐν τῇ γῇ τῶν Ἀθηναίων, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐστράτευον ἐπὶ τῶν νεῶν, ἡ νόσος ἔν τε τῇ στρατιᾷ τοὺς Ἀθηναίους ἔφθειρε

ſolvit, Peloponneſios in Atticae ora maritima verſantes reliquerunt. cumque ad Epidaurum Peloponneſi urbem perveniſſent, magnam agri partem vaſtarunt, & adorti urbem, in ſpem quidem eius expugnandae venerunt; res tamen ipſis non ſucceſſit. cum autem ab Epidauro ſolviſſent, Troezenium, Halienſem, & Hermionenſem agrum vaſtarunt: haec autem omnia loca ſunt in maritima Peloponneſi ora. Hinc vero ſolventes, ad Praſias, agri Laconici oppidum maritimum, pervenerunt, eiuſque agrum vaſtarunt, & ipſum oppidum ceperunt ac diripuerunt. His autem actis, domum redierunt. Peloponneſios vero non amplius in Attica verſantes, ſed domum reverſos invenerunt.

LVII. Quamdiu autem Peloponneſii in Attica, & Athenienſes in navali expeditione erant, hic morbus & militiae & domi Athenienſes abſumſit. Quamobrem etiam aiunt,

καὶ ἐν τῇ πόλει. ὥστε καὶ ἐλέχθη, τοὺς Πελοποννησίους δείσαντας τὸ νόσημα, ὡς ἐπυνθάνοντο τῶν αὐτομόλων ὅτι ἐν τῇ πόλει εἴη, καὶ θάπτοντας ἅμα ᾐσθάνοντο, θᾶσσον ἐκ τῆς γῆς ἐξελθεῖν. τῇ δὲ ἐσβολῇ ταύτῃ πλεῖστόν τε χρόνον ἐνέμειναν, καὶ τὴν γῆν πᾶσαν ἔτεμον. ἡμέρας γὰρ τεσσαράκοντα μάλιστα ἐν τῇ γῇ τῇ Ἀττικῇ ἐγένοντο.

Bell. Pelop. an. 2. Olymp. 87. 3. U. C. Varr. 324.

νη'. Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους, Ἅγνων ὁ Νικίου καὶ Κλεόπομπος ὁ Κλεινίου, ξυστράτηγοι ὄντες Περικλέους, λαβόντες τὴν στρατιὰν ἧπερ ἐκεῖνος ἐχρήσατο, ἐστράτευσαν [εὐθὺς] ἐπὶ Χαλκιδέας τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης, καὶ Ποτίδαιαν ἔτι πολιορκουμένην. ἀφικόμενοι δὲ, μηχανάς τε τῇ Ποτιδαίᾳ προσέφερον, καὶ παντὶ τρόπῳ ἐπειρῶντο ἑλεῖν. προὐχώρει δὲ αὐτοῖς οὔτε ἡ αἵρεσις τῆς πόλεως, οὔτε τἆλλα τῆς παρασκευῆς ἀξίως. ἐπιγενομένη γὰρ ἡ νόσος, ἐνταῦθα δὴ πάνυ ἐπίεσε τοὺς Ἀθηναίους, φθεί-

Ante Iun. 25.

Peloponnesios morbi metu, cum ex transfugis eum in urbe grassari intellexissent, simul etiam cum sepelientes viderent, citius, quam statuerant, inde discessisse. Hac autem expeditione in agro hostili diutissime sunt commorati, totumque vastarunt. nam quadraginta ferme dies in Attica manserunt.

LVIII. Eadem aestate Agnon Niciae, & Cleopompus Cliniae filius, Periclis in praetura collegae, sumtis copiis, quibus ille fuerat usus, Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, & Potidaeae adhuc obsessae bellum statim intulerunt. Cum autem venissent, machinas ei admoverunt, omnique ope expugnare conabantur. Sed neque urbis expugnatio, neque cetera pro apparatus magnitudine ipsis succedebant. Nam morbus iste superveniens, hic Athenienses tum graviter afflixit, absumens exercitum, adeo ut & priores Athe-

ρ·υσα τὴν στρατιὰν, ὥστε καὶ τοὺς προτέρους στρατιώτας νοσῆσαι τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ τῆς ξὺν Ἅγνωνι στρατιᾶς, ἐν τῷ πρὸ τοῦ χρόνῳ ὑγιαίνοντας. Φορμίων δὲ, καὶ οἱ ἑξακόσιοι καὶ χίλιοι οὐκέτι ἦσαν περὶ Χαλκιδέας. ὁ μὲν οὖν Ἅγνων ταῖς ναυσὶν ἀνεχώρησεν ἐς τὰς Ἀθήνας, ἀπὸ τετρακισχιλίων ὁπλιτῶν χιλίους καὶ πεντήκοντα τῇ νόσῳ ἀπολέσας, ἐν τεσσαράκοντα μάλιστα ἡμέραις. οἱ δὲ πρότεροι στρατιῶται κατὰ χώραν μένοντες ἐπολιόρκουν τὴν Ποτίδαιαν.

νθ΄. Μετὰ δὲ τὴν δευτέραν ἐσβολὴν τῶν Πελοποννησίων, οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς ἥ τε γῆ αὐτῶν ἐτέτμητο τὸ δεύτερον, καὶ ἡ νόσος ἐπέκειτο ἅμα καὶ ὁ πόλεμος, ἠλλοίωντο τὰς γνώμας. καὶ τὸν μὲν Περικλέα ἐν αἰτίᾳ εἶχον, ὡς πείσαντα σφᾶς πολεμεῖν, καὶ δι᾽ ἐκεῖνον ταῖς ξυμφοραῖς περιπεπτωκότες· πρὸς δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους

nienſium milites morbum contraxerint ex contagio copiarum, quae cum Agnone venerant, quamvis antea recte valerent. Phormion vero, & mille ac ſexcenti milites, apud Chalcidenſes non amplius erant. Agnon igitur cum navibus Athenas rediit, ex quatuor millibus militum, mille & quinquaginta morbo amiſſis, intra dies circiter quadraginta. Priores vero milites in ſuo loco remanentes Potidaeam obſidebant.

LIX. Poſt ſecundam vero Peloponneſiorum irruptionem Athenienſes, cum ager ipſorum iterum eſſet vaſtatus, & morbus ſimul & bellum ipſos premeret, ſententiam mutarunt; & Periclem culpare coeperunt, tum quod ſibi ſuaſiſſet, ut bellum hoc ſuſciperent, tum etiam quod propter ipſum in has calamitates incidiſſent. ad compoſitionem vero cum Lacedaemoniis faciendam animis inclinabant: cum-

ὥρμηντο ξυγχωρεῖν, καὶ πρέσβεις τινὰς πέμψαντες ὡς αὐτοὺς, ἄπρακτοι ἐγένοντο. πανταχόθεν τε τῇ γνώμῃ ἄποροι καθεστῶτες, ἐνέκειντο τῷ Περικλεῖ. ὁ δὲ, ὁρῶν αὐτοὺς πρὸς τὰ παρόντα χαλεπαίνοντας, καὶ πάντα ποιοῦντας ἅπερ αὐτὸς ἤλπιζε, ξύλλογον ποιήσας (ἔτι δ' ἐστρατήγει) ἐβούλετο θαρσῦναί τε, καὶ ἀπαγαγὼν τὸ ὀργιζόμενον τῆς γνώμης, πρὸς τὸ ἠπιώτερον καὶ ἀδεέστερον καταστῆσαι. καὶ παρελθὼν ἔλεξε τοιάδε.

ξ. ΚΑΙ προσδεχομένῳ μοὶ τὰ τῆς ὀργῆς ὑμῶν ἔς με γεγένηται (αἰσθάνομαι γὰρ τὰς αἰτίας) καὶ ἐκκλησίαν τούτου ἕνεκα ξυνήγαγον, ὅπως ὑπομνήσω, καὶ μέμψωμαι εἴτι μὴ ὀρθῶς ἢ ἐμοὶ χαλεπαίνετε, ἢ ταῖς ξυμφοραῖς εἴκετε. ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι πόλιν πλέω ξύμπασαν ὀρθουμένην ὠφελεῖν τοὺς ἰδιώτας, ἢ καθ' ἕκαστον τῶν πολιτῶν εὐπραγοῦσαν, ἀθρόαν δὲ σφαλλο-

que nonnullos legatos ad ipſos miſiſſent, nihil impetrare potuerunt. Tunc autem in maxima dubitatione conſtituti, omniſque conſilii inopes, in Periclem invehebantur. Ille vero, cum ipſos ob praeſentem rerum ſtatum indignari videret, omniaque facere, quae ipſe ſperaverat, coacta concione, (adhuc enim erat exercitus praetor) illos ad fiduciam adhortari, &, ira ſedata, animos illorum mitigare, omnemque metum illis adimere volebat. Quamobrem in medium progreſſus hanc orationem habuit.

LX. *Vestra in me indignatio mihi exſpectanti contigit: (eius enim cauſas intelligo) atque propterea concionem coëgi, ut vos commonefacerem, & vobiſcum expoſtularem, ſi quid vos haud recte vel mihi ſuccenſetis, vel rebus adverſis ceditis. Ego enim exiſtimo, civitatem, cuius univerſus ſtatus manet erectus, maiorem utilitatem privatis hominibus afferre, quam ſi ſingulorum ci-*

μένην. καλῶς μὲν γὰρ φερόμενος ἀνὴρ τὸ καθ' ἑαυτὸν, διαφθειρομένης τῆς πατρίδος, οὐδὲν ἧσσον ξυναπόλλυται· κακοτυχῶν δὲ ἐν εὐτυχούσῃ, πολλῷ μᾶλλον διασώζεται. ὁπότε οὖν πόλις μὲν τὰς ἰδίας ξυμφορὰς οἵα τε φέρειν, εἷς δὲ ἕκαστος τὰς ἐκείνης ἀδύνατος, πῶς οὐ χρὴ πάντας ἀμύνειν αὐτῇ; καὶ μὴ (ὃ νῦν ὑμεῖς δρᾶτε, ταῖς κατ' οἶκον κακοπραγίαις ἐκπεπληγμένοι) τοῦ κοινοῦ τῆς σωτηρίας ἀφίεσθε, καὶ ἐμὲ τὸν παραινέσαντα πολεμεῖν, καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς, οἳ ξυνέγνωτε, δι' αἰτίας ἔχετε. καίτοι ἐμοὶ τοιούτῳ ἀνδρὶ ὀργίζεσθε, ὃς οὐδενὸς ἥσσων οἴομαι εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα· φιλόπολίς τε, καὶ χρημάτων κρείσσων· ὅ, τε γὰρ γνοὺς, καὶ μὴ σαφῶς διδάξας, ἐν ἴσῳ εἰ καὶ μὴ ἐνεθυμήθη· ὅ, τ' ἔχων ἀμφότερα, τῇ δὲ πόλει δύσνους,

vium felicitate privatim floreat, ipsa vero universa iaceat afflicta. Qui enim privatim rem feliciter gerit, si patria evertatur, ipse quoque nihilominus una cum ea perit. Qui vero in republica florente rem infeliciter gerit, is longe facilius conservatur. Cum igitur respublica quidem privatas calamitates sustinere potest, singuli vero publicas ipsius calamitates ferre nequeunt, quomodo non convenit universos opem ipsi ferre? nec oportet facere id, quod vos nunc facitis, qui, domesticis iacturis attoniti, reipublicae salutem deseritis, & me, qui vobis suasi, ut bellum hoc susciperetis, atque adeo vos ipsos, qui mihi assensi estis, accusatis. Atque mihi tali viro irascimini, qui me nulli secundum esse puto, aut in cognoscendis rebus, quae sunt faciendae, aut etiam in his explicandis: quique civitatis insuper amore insignis sum, & pecunia invictus. Nam qui novit, neque aperte docet, perinde est ac si nunquam cogitasset. Et qui utrumque habet, sed reipublicae est malevolus, is pariter nullum amicum consilium ipsi da-

οὐκ ἂν ὁμοίως τι οἰκείως φράζοι· προσόντος δὲ καὶ τοῦδε, χρήμασι δὲ νικωμένου, τὰ ξύμπαντα τούτου ἑνὸς ἂν πωλοῖτο. ὥστ᾽ εἴ μοι καὶ μέσως ἡγούμενοι μᾶλλον ἑτέρων προσεῖναι αὐτὰ, πολεμεῖν ἐπείσθητε, οὐκ ἂν εἰκότως νῦν γε τοῦ ἀδικεῖν αἰτίαν φεροίμην.

ξα΄. Καὶ γὰρ οἷς μὲν αἵρεσις γεγένηται τἆλλα εὐτυχοῦσι, πολλὴ ἄνοια πολεμῆσαι· εἰ δ᾽ ἀναγκαῖον ἦν, ἢ εἴξαντας, εὐθὺς τοῖς πέλας ὑπακοῦσαι, ἢ κινδυνεύσαντας περιγενέσθαι, ὁ φυγὼν τὸν κίνδυνον, τοῦ ὑποστάντος μεμπτότερος. καὶ ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὐκ ἐξίσταμαι. ὑμεῖς δὲ μεταβάλλετε, ἐπειδὴ ξυνέβη ὑμῖν πεισθῆναι μὲν ἀκεραίοις, μεταμέλειν δὲ κακουμένοις· καὶ τὸν ἐμὸν λόγον ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἀσθενεῖ τῆς γνώμης μὴ ὀρθὸν φαίνεσθαι· διότι τὸ μὲν λυποῦν ἔχει ἤδη τὴν

bit: sed si hoc etiam illi affuerit, sed pecunia vincatur, hanc unam ob rem cetera omnia venalia habebit. Quare si mihi vel mediocriter haec praeter ceteros adesse existimantes, me auctorem in hoc bello suscipiendo secuti estis, nullo meo merito nunc saltem iniuriae culpam sustineam.

LXI. *Quibus enim, dum ceteris in rebus fortuna secunda utuntur, optio datur, magna est stultitia, si bellum gerant. Sed si necesse erat, aut cedentes finitimis statim parere, aut periculum subeuntes hoste superato servari; is, qui periculum subterfugit, maiorem reprehensionem meretur, quam ille, qui hoc fortiter sustinuit. Atque ego quidem nunc etiam idem sum, qui & ante; nec a sententia discedo. Vos vero sententiam mutatis, postquam vobis accidit, ut rebus quidem integris bellum susciperetis auctoritatem meam secuti, calamitatibus vero afflicti, poenitentia ducamini; meique consilii ratio, propter vestri iudicii imbecillitatem, non recta videatur: quia id quidem, quod molestiam af-*

αἴσθησιν ἑκάστῳ, τῆς δὲ ὠφελείας ἄπεστιν ἔτι ἡ δήλωσις ἅπασι· καὶ μεταβολῆς μεγάλης, καὶ ταύτης ἐξ ὀλίγου ἐμπεσούσης, ταπεινὴ ὑμῶν ἡ διάνοια ἐγκαρτερεῖν ἃ ἔγνωτε. δουλοῖ γὰρ φρόνημα, τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον, καὶ τὸ πλείστῳ παραλόγῳ ξυμβαῖνον. ὃ ὑμῖν πρὸς τοῖς ἄλλοις οὐχ ἥκιστα καὶ κατὰ τὴν νόσον γεγένηται. ὅμως δὲ, πόλιν μεγάλην οἰκοῦντας, καὶ ἐν ἤθεσιν ἀντιπάλοις αὐτῇ τεθραμμένους, χρεὼν καὶ ξυμφοραῖς ταῖς μεγίσταις ἐθέλειν ὑφίστασθαι, καὶ τὴν ἀξίωσιν μὴ ἀφανίζειν. (ἐν ἴσῳ γὰρ οἱ ἄνθρωποι δικαιοῦσι τῆς τε ὑπαρχούσης δόξης αἰτιᾶσθαι ὅστις μαλακίᾳ ἐλλείπει, καὶ τῆς μὴ προσηκούσης μισεῖν τὸν θρασύτητι ὀρεγόμενον.) ἀπαλγήσαντας δὲ τὰ ἴδια, τοῦ κοινοῦ τῆς σωτηρίας ἀντιλαμβάνεσθαι.

ξβʹ. Τὸν δὲ πόνον τὸν κατὰ τὸν πόλεμον, μὴ γένη-

fert, ab unoquoque veſtrûm iam ſentitur; communis vero utilitas, quae adhuc eſt remota, nondum patet. Itaque quia paulo maior rerum converſio, eaque repente incidit, imbecillo abiectoque animo eſtis ad ſententiam veſtram tuendam. Repentinus enim & inexſpectatus caſus, & qui maxime praeter opinionem accidit, animum deiicit. Quod cum aliis in rebus, tum vero praecipue in hoc morbo vobis accidit. Tamen cum civitatem magnam incolatis, & in inſtitutis ipſi paribus ſitis educati, vos etiam decet animis excelſis graviſſimas quaſque calamitates ſuſtinere, nec dignitatem delere: (perinde enim homines damnare ſolent eum, qui per ignaviam deſerit ſuam gloriam, ac eum odiſſe, qui per confidentiam, alienam affectat) ſed deponentes rerum privatarum dolorem, reipublicae ſuccurrere, eiuſque ſalutem tueri.

LXII. *Quod autem attinet ad belli laborem, & ad veſtram opinionem, qua adducti veremini ne ſit diuturnus, nec tamen*

ταί τε πολὺς, καὶ οὐδὲν μᾶλλον περιγενώμεθα, ἀρκείτω μὲν ὑμῖν καὶ ἐκεῖνα ἐν οἷς ἄλλοτε πολλάκις γε δὴ ἀπέδειξα οὐκ ὀρθῶς αὐτὸν ὑποπτευόμενον. δηλώσω δὲ καὶ τόδε, ὅ μοι δοκεῖτε οὔτ' αὐτοὶ πώποτε ἐνθυμηθῆναι ὑπάρχον ὑμῖν μεγέθους πέρι ἐς τὴν ἀρχὴν, οὔτ' ἐγὼ ἐν τοῖς πρὶν λόγοις. οὐδ' ἂν νῦν ἐχρησάμην κομπωδεστέραν ἔχοντι τὴν προσποίησιν, εἰ μὴ καταπεπληγμένους ὑμᾶς παρὰ τὸ εἰκὸς ἑώρων. οἴεσθε μὲν γὰρ τῶν ξυμμάχων μόνον ἄρχειν· ἐγὼ δὲ ἀποφαίνω, δύο μερῶν τῶν ἐς χρῆσιν φανερῶν, γῆς καὶ θαλάσσης, τοῦ ἑτέρου ὑμᾶς παντὸς κυριωτάτους ὄντας, ἐφ' ὅσον τε νῦν νέμεσθε, καὶ ἢν ἐπὶ πλέον βουληθῆτε· καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις τῇ ὑπαρχούσῃ παρασκευῇ τοῦ ναυτικοῦ πλέοντας ὑμᾶς οὔτε βασιλεὺς κωλύσει, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἔθνος τῶν ἐν τῷ παρόντι. ὥστε οὐ κατὰ τὴν τῶν οἰκιῶν καὶ τῆς γῆς χρείαν (ὧν μεγά-

ideo magis victoriam obtineamus, vobis & illa sufficiant, in quibus iam saepe alias demonstravi, ipsum non recte suspectum esse. Declarabo autem hoc quoque, quod neque vos ipsi unquam antehac cogitasse mihi videmini, licet vobis adsit, de magnitudine, inquam, imperii; neque ego in superioribus meis orationibus declaravi. Et ne nunc quidem hac oratione uterer, quae quandam inflationis speciem habet, nisi vos praeter rationem animis consternatos viderem. Existimatis enim, vos sociis tantum imperare. Ego vero pronuntio, duarum orbis terrarum partium, terrae & maris, quarum usus est manifestus, alteram totam in vestra potissimum potestate esse, non modo quoad nunc tenetis, verum etiam quoad progredi voletis. Nec enim ullus est rex, nec ulla alia gens earum, quae nunc vivunt, quae vos cum praesenti classis apparatu navigantes prohibere possit. Itaque constat, istam potentiam non esse conferendam cum usu, vel aedificiorum, vel agri, qui-

λων νομίζετε ἐστερῆσθαι) αὕτη ἡ δύναμις φαίνεται· οὐδ᾽ εἰκὸς χαλεπῶς φέρειν αὐτῶν μᾶλλον, ἢ οὐ κήπιον, καὶ ἐγκαλλώπισμα πλούτου πρὸς ταύτην νομίσαντας, ὀλιγωρῆσαι· καὶ γνῶναι ἐλευθερίαν μὲν, ἢν ἀντιλαμβανόμενοι αὐτῆς διασώσωμεν, ῥᾳδίως ταῦτα ἀναληψομένην, ἄλλων δ᾽ ὑπακούσασι, καὶ τὰ προσκεκτημένα φιλεῖν ἐλασσοῦσθαι. τῶν τε πατέρων μὴ χείρους κατ᾽ ἀμφότερα φανῆναι, οἳ μετὰ πόνων καὶ οὐ παρ᾽ ἄλλων δεξάμενοι κατέσχον τε καὶ προσέτι διασώσαντες παρέδοσαν ἡμῖν αὐτά. αἴσχιον δὲ ἔχοντας ἀφαιρεθῆναι, ἢ κτωμένους ἀτυχῆσαι. ἰέναι δὲ τοῖς ἐχθροῖς ὁμόσε, μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι. αὔχημα μὲν γὰρ καὶ ἀπὸ ἀμαθίας εὐτυχοῦς καὶ δειλῷ τινι ἐγγίγνεται· καταφρόνησις δὲ, ὃς ἂν καὶ γνώμῃ πιστεύῃ

bus quasi magnis quibusdam rebus vos privatos putatis: neque vos decet iniquò potius, quam sedato animo rerum istarum iacturam ferre; sed leve quoddam divitiarum decus, & ornamentum haec existimare, & negligere: & vobis persuadere, libertatem quidem, si eam fortiter retineamus & conservemus, haec facile recuperaturam: sed si aliorum imperio pareamus, reliquas etiam fortunas, quas iam possidemus, imminutum iri; quod illis, qui suam libertatem produnt, accidere solet. Et neutrà in re nos a nostris maioribus degenerare decet, qui res istas non ab aliis acceptas, sed suis laboribus partas retinuerunt, & praeterea conservatas nobis tradiderunt. Turpius autem est, rebus, quas possidemus, privari, quam rem infeliciter gerere, dum quaerimus. Decet etiam nos adversus hostes ire non solum cum fidentia, sed etiam cum contemtione. Gloriatio enim etiam ex felici imperitia vel cuilibet ignavo innascitur. At contemtio ei innascitur, qui vel consilio se adversariis superiorem esse confidit. id, quod no-

τῶν ἐναντίων προέχειν· ὃ ἡμῖν ὑπάρχει. καὶ τὴν τόλμαν ἀπὸ τῆς ὁμοίας τύχης ἡ ξύνεσις ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος ἐχυρωτέραν παρέχεται· ἐλπίδι τε ἧσσον πιστεύει, ἧς ἐν τῷ ἀπόρῳ ἡ ἰσχύς· γνώμῃ δὲ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων, ἧς βεβαιοτέρα ἡ πρόνοια.

ξγ. Τῆς τε πόλεως ὑμᾶς εἰκὸς τῷ τιμωμένῳ ἀπὸ τοῦ ἄρχειν (ᾧπερ ἅπαντες ἀγάλλεσθε) βοηθεῖν, καὶ μὴ φεύγειν τοὺς πόνους, ἢ μηδὲ τὰς τιμὰς διώκειν· μηδὲ νομίσαι περὶ ἑνὸς μόνου δουλείας ἀντ᾽ ἐλευθερίας ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀρχῆς στερήσεως, καὶ κινδύνου ὧν ἐν τῇ ἀρχῇ ἀπήχθεσθε. ἧς οὐδ᾽ ἐκστῆναι ἔτι ὑμῖν ἐστιν· εἴτις καὶ τόδε ἐν τῷ παρόντι δεδιὼς ἀπραγμοσύνῃ ἀνδραγαθίζεται. ὡς τυραννίδα γὰρ ἤδη ἔχετε αὐτήν· ἣν λαβεῖν μὲν, ἄδικον δοκεῖ εἶναι, ἀφεῖναι δὲ, ἐπικίνδυνον. τάχιστ᾽ ἄν τε πόλιν οἱ τοιοῦτοι ἑτέρους τε πείσαντες

bis adest. Et prudentia, si fortunae conditio sit aequalis, propter animi celsitudinem, audaciam reddit tutiorem, & spei minus fidit, cuius vires sunt in dubio: sed consilio fidit, cuius providentia ex praesentibus copiis est exploratior.

LXIII. *Decet etiam vos dignitati, quam respublica propter imperium habet, (qua vos omnes laetamini) opem ferre: nec labores subterfugere, aut ne honores quidem consectari: neque existimare, de una tantum re, de libertate videlicet in servitutem commutanda, certamen esse; sed & de imperio amittendo, & de periculo ob offensas in imperio contractas impendente. a quo ne discedere quidem vobis amplius licet: etiamsi quis vestrûm hoc in praesentia veritus, vitam quietam agendo se viri boni fortisque officio defungi existimet. nam ut tyrannidem, hoc imperium iam tenetis: quod occupare quidem videtur iniustum; deponere vero, periculosum. Nam huiusmodi homines, qui pacis & otii*

ἀπολέσειαν, καὶ εἴπου ἐπὶ σφῶν αὐτῶν αὐτόνομοι οἰκήσειαν. τὸ γὰρ ἄπραγμον οὐ σώζεται, μὴ μετὰ τοῦ δραστηρίου τεταγμένον, οὐδὲ ἐν ἀρχούσῃ πόλει ξυμφέρει, ἀλλ' ἐν ὑπηκόῳ, ἀσφαλῶς δουλεύειν.

ξδ'. Ὑμεῖς δὲ μήτε ὑπὸ τῶν τοιῶνδε πολιτῶν παράγεσθε, μήτε ἐμὲ δι' ὀργῆς ἔχετε, (ᾧ καὶ αὐτοὶ ξυνδιέγνωτε πολεμεῖν) εἰ καὶ ἐπελθόντες οἱ ἐναντίοι ἔδρασαν ἅπερ εἰκὸς ἦν, μὴ ἐθελησάντων ὑμῶν ὑπακούειν. ἐπεὶ γεγένηταί τε πέρα ὧν προσεδεχόμεθα ἡ νόσος ἥδε (πρᾶγμα μόνον δὴ τῶν πάντων ἐλπίδος κρεῖσσον γεγενημένον) καὶ δι' αὐτὴν οἶδ' ὅτι μέρος τι μᾶλλον ἔτι μισοῦμαι οὐ δικαίως, εἰ μὴ καὶ ὅταν παρὰ λόγον τι εὖ πράξητε, ἐμοὶ ἀναθήσετε. φέρειν τε χρὴ τά τε δαιμόνια ἀναγκαίως, τά τε ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀνδρείως.

ſunt cupidi, ſi ceteris quoque idem perſuaderent, & ſi forte liberi, & arbitratu ſuo viventes, per ſe, & ſeorſum ab aliis civitatem incolerent, eam protinus perderent. Etenim tranquillitas, niſi cum agendi ſtudio ſit coniuncta, ſervari non poteſt; neque civitati principatum obtinenti, ſed ſubditae, quietam ſecuramque agere ſervitutem conducit.

LXIV. *Vos vero neque ab huiuſmodi civibus decipiamini, neque mihi ſuccenſeatis, (cui vos etiam de bello gerendo aſſenſi eſtis) licet hoſtes, qui nobis bellum intulerunt, fecerint ea, quae illos facturos eſſe veriſimile erat, quia vos ipſis parere noluiſtis. quandoquidem morbus iſte praeter omnem noſtram exſpectationem accidit, (res profecto, quae una omnium ſpem ſuperarit) eiuſque cauſa magna ex parte me in longe maiora veſtrûm odia incurriſſe ſcio. ſed immerito, niſi etiam cum aliquid praeter veſtram exſpectationem feliciter geſſeritis, mihi tribuatis. Mala enim, quae divinitus accidunt, neceſſario; quae ab hoſtibus proficiſcuntur,*

ταῦτα γὰρ ἐν ἔθει τῇδε τῇ πόλει πρότερόν τε ἦν, νῦν τε μὴ ἐν ὑμῖν κωλυθῇ. γνῶτε δὲ ὄνομα μέγιστον αὐτὴν ἔχουσαν ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις, διὰ τὸ ταῖς ξυμφοραῖς μὴ εἴκειν· πλεῖστα δὲ σώματα καὶ πόνους ἀναλωκέναι πολέμῳ, καὶ δύναμιν μεγίστην δὴ μέχρι τοῦδε κεκτημένην, ἧς ἐς ἀίδιον τοῖς ἐπιγιγνομένοις, ἢν καὶ νῦν ὑπενδῶμέν ποτε (πάντα γὰρ πέφυκε καὶ ἐλασσοῦσθαι) μνήμη καταλελείψεται. Ἑλλήνων τε, ὅτι Ἕλληνες πλείστων δὴ ἤρξαμεν, καὶ πολέμοις μεγίστοις ἀντέσχομεν, πρός τε ξύμπαντας, καὶ καθ' ἑκάστους· πόλιν τε τοῖς πᾶσιν εὐπορωτάτην καὶ μεγίστην ᾠκήσαμεν. καίτοι ταῦτα ὁ μὲν ἀπράγμων μέμψαιτ' ἄν, ὁ δὲ δρᾷν τι βουλόμενος, καὶ αὐτὸς ζηλώσει· εἰ δέ τις μὴ κέκτηται, φθονήσει. τὸ δὲ μισεῖσθαι καὶ λυπηροὺς εἶναι ἐν τῷ παρόντι, πᾶσι μὲν ὑπῆρξε δὴ ὅσοι ἕτεροι ἑτέρων ἠξίω-

fortiter sunt ferenda. haec enim & antea in huius civitatis more posita erant; nunc vero cavete, ne in vobis prohibeantur, neve a vobis dissolvantur. Sciatis autem, hanc urbem maximum nomen apud omnes mortales consecutam, quod rebus adversis minime cedat; eamque & plurimos milites ac labores bello impendisse, maximamque potentiam ad hoc usque tempus habuisse, cuius apud posteros in aeternum, etiamsi tandem aliquando succumbamus, (natura enim comparatum est, ut omnia decrescant) memoria relinquetur: quod videlicet nos Graeci plurimorum Graecorum imperium iam obtinuerimus, & gravissima bella, tum adversus universos, tum adversus singulos, sustinuerimus, praeterea quod urbem rerum omnium copia instructissimam, & frequentissimam incoluerimus. Quamquam is quidem, qui segnis est, haec vituperabit: sed qui est agendi studiosus, ipse quoque aemulabitur. si quis vero non possideat, invidebit. Ceterum aliis invisos & gra-

σαν ἄρχειν· ὅστις δ' ἐπὶ μεγίστοις τὸ ἐπίφθονον λαμβάνει, ὀρθῶς βουλεύεται. μῖσος μὲν γὰρ οὐκ ἐπιπολὺ ἀντέχει· ἡ δὲ παραυτίκα τε λαμπρότης, καὶ ἐς τὸ ἔπειτα δόξα ἀείμνηστος καταλείπεται. ὑμεῖς δὲ ἔς τε τὸ μέλλον καλὸν προγνόντες, ἔς τε τὸ αὐτίκα μὴ αἰσχρὸν, τῷ ἤδη προθύμῳ ἀμφότερα κτήσασθε· καὶ Λακεδαιμονίοις μήτε ἐπικηρυκεύεσθε, μήτε ἔνδηλοί ἐστε τοῖς παροῦσι πόνοις βαρυνόμενοι. ὡς οἵτινες πρὸς τὰς ξυμφορὰς γνώμῃ μὲν ἥκιστα λυποῦνται, ἔργῳ δὲ μάλιστα ἀντέχουσιν, οὗτοι καὶ πόλεων καὶ ἰδιωτῶν κράτιστοί εἰσι.

ξέ. Τοιαῦτα ὁ Περικλῆς λέγων, ἐπειρᾶτο τοὺς Ἀθηναίους τῆς τε ἐπ' αὐτὸν ὀργῆς παραλύειν, καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων δεινῶν ἀπάγειν τὴν γνώμην. οἱ δὲ δημοσίᾳ μὲν τοῖς λόγοις ἀνεπείθοντο, καὶ οὔτε πρὸς τοὺς Λακεδαι-

ves in praesentia esse omnibus contingit, quotquot alteri alteris imperare voluerunt. Qui vero maximarum rerum gratia suscipit invidiam, is quidem recte sibi consulit. Odium enim non diu durat: sed & praesens splendor, & gloria in posterum perpetuo celebranda relinquitur. Vos igitur, quod in reliquum tempus honestum futurum est, nec est in praesenti inhonestum, cogitatione prospicientes, praesenti animorum alacritate utrumque quaeratis: neque ullum caduceatorem ad Lacedaemonios mittatis, neque significationem detis, vos praesentibus incommodis premi. Nam qui in calamitatibus animo minimum affliguntur, & re ipsa plurimum ipsis resistunt, isti & publice & privatim omnium sunt praestantissimi.

LXV. His verbis Pericles Atheniensium iram in se conceptam mitigare, animosque illorum a praesentibus malis abducere conabatur. Illi vero publice quidem eius oratione flectebantur, nec ullos legatos ad Lacedaemonios am-

μενίους ἔτι ἔπεμπον, ἔς τε τὸν πόλεμον μᾶλλον ὥρμηντο· ἰδίᾳ δὲ τοῖς παθήμασιν ἐλυποῦντο· ὁ μὲν πένης, ὅτι ἀπ᾽ ἐλασσόνων ὁρμώμενος, ἐστέρητο καὶ τούτων· οἱ δὲ δυνατοὶ, καλὰ κτήματα κατὰ τὴν χώραν οἰκοδομίαις τε καὶ πολυτελέσι κατασκευαῖς ἀπολωλεκότες· τὸ δὲ μέγιστον, πόλεμον ἀντ᾽ εἰρήνης ἔχοντες. οὐ μέντοι πρότερόν γε οἱ ξύμπαντες ἐπαύσαντο ἐν ὀργῇ ἔχοντες αὐτὸν πρὶν ἐζημίωσαν χρήμασιν. ὕστερον δ᾽ αὖθις οὐ πολλῷ (ὅπερ φιλεῖ ὅμιλος ποιεῖν) στρατηγὸν εἵλοντο καὶ πάντα τὰ πράγματα ἐπέτρεψαν· ὧν μὲν περὶ τὰ οἰκεῖα ἕκαστος ἤλγει, ἀμβλύτεροι ἤδη ὄντες, ὧν δὲ ἡ ξύμπασα πόλις προσεδεῖτο, πλείστου ἄξιον νομίζοντες εἶναι. ὅσον τε γὰρ χρόνον προὔστη τῆς πόλεως ἐν τῇ εἰρήνῃ, μετρίως ἐξη-

plius mittebant, & in bellum animis impenſius incumbebant; ſed privatim calamitates, quibus premebantur, aegre ferebant. Pauper quidem, quod, tenuiores facultates habens, bellum ingreſſus eſſet, & tamen his ipſis privatus eſſet. Illi vero, qui opibus pollebant, quod egregia in agris praedia, villaſque magnifice aedificatas, & ſumtuoſa ſupellectile inſtructas amiſiſſent: ſed, quod omnium erat graviſſimum, quod pro pace bellum haberent. Nec prius univerſi iram, quam in eum conceperant, depoſuerunt, quam eum pecunia mulctarunt. Rurſus tamen non multo poſt (id quod vulgus facere ſolet) ipſum belli ducem elegerunt, eique rerum omnium adminiſtrationem commiſerunt: quod domeſtici quidem luctus, & iacturae, quam ſinguli privatim fecerant, dolorem iam minus ſentirent; ipſum vero in rebus, quibus univerſa civitas indigebat, adminiſtrandis, plurimi faciendum eſſe iudicarent. Quamdiu enim reipublicae praefuit in pace, eam moderate rexit,

γεῖτο, καὶ ἀσφαλῶς διεφύλαξεν αὐτὴν, καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐκείνου μεγίστη· ἐπειδή τε ὁ πόλεμος κατέστη, ὁ δὲ φαίνεται καὶ ἐν τούτῳ προγνοὺς τὴν δύναμιν. ἐπεβίω δὲ δύο ἔτη, καὶ ἓξ μῆνας· καὶ ἐπειδὴ ἀπέθανεν, ἐπιπλέον ἔτι ἐγνώσθη ἡ πρόνοια αὐτοῦ ἡ ἐς τὸν πόλεμον. ὁ μὲν γὰρ, ἡσυχάζοντάς τε καὶ τὸ ναυτικὸν θεραπεύοντας, καὶ ἀρχὴν μὴ ἐπικτωμένους ἐν τῷ πολέμῳ μηδὲ τῇ πόλει κινδυνεύοντας, ἔφη περιέσεσθαι. οἱ δὲ ταῦτά τε πάντα ἐς τοὐναντίον ἔπραξαν, καὶ ἄλλα ἔξω τοῦ πολέμου δοκοῦντα εἶναι, κατὰ τὰς ἰδίας φιλοτιμίας, καὶ ἴδια κέρδη, κακῶς ἔς τε σφᾶς αὐτοὺς καὶ τοὺς ξυμμάχους ἐπολίτευσαν· ἃ κατορθούμενα μὲν, τοῖς ἰδιώταις τιμὴ καὶ ὠφέλεια μᾶλλον ἦν· σφαλέντα δὲ, τῇ πόλει ἐς τὸν πόλεμον βλάβη καθίστατο. αἴτιον δ' ἦν, ὅτι ἐκεῖ-

eamque bona fide tutatus eſt; eiuſque ſub imperio ad maximam potentiam evecta erat. Poſtquam autem hoc bellum ſuſceptum eſt, in hoc etiam ille reipublicae vires videtur praevidiſſe. Duos autem annos & ſex menſes a bello moto praeterea vixit: & poſt eius mortem, eius providentia in bello magis cognita eſt. Ille enim dicebat, victores evaſuros, ſi quieſcerent, rebuſque nauticis operam darent; neque novum imperium quaererent, dum hoc bellum gererent; neque rempublicam in diſcrimen vocarent. Illi vero & haec omnia contra egerunt, & alia, quae ad hoc bellum pertinere non videbantur, ob privatam ambitionem, & privatos quaeſtus, in ſuam ſociorumque perniciem adminiſtrarunt. Nam cum ea, quae gerenda ſuſcipiebant, feliciter ſuccedebant, honor & fructus ad privatos potius, quam ad rempublicam redibat: cum vero infeliciter ſuccedebant, reipublicae detrimentum in

νος μὲν δυνατὸς ὢν τῷ τε ἀξιώματι καὶ τῇ γνώμῃ, χρημάτων τε διαφανῶς ἀδωρότατος γενόμενος, κατεῖχε τὸ πλῆθος ἐλευθέρως, καὶ οὐκ ἤγετο μᾶλλον ὑπ᾽ αὐτοῦ ἢ αὐτὸς ἦγε, διὰ τὸ μὴ, κτώμενος ἐξ οὐ προσηκόντων τὴν δύναμιν, πρὸς ἡδονήν τι λέγειν, ἀλλ᾽ ἔχων ἐπ᾽ ἀξιώσει καὶ πρὸς ὀργήν τι ἀντειπεῖν. ὁπότε γοῦν αἴσθοιτό τι αὐτοὺς παρὰ καιρὸν ὕβρει θαρσοῦντας, λέγων κατέπλησσεν ἐπὶ τὸ φοβεῖσθαι· καὶ δεδιότας αὖ ἀλόγως, ἀντικαθίστη πάλιν ἐπὶ τὸ θαρσεῖν. ἐγίγνετό τε λόγῳ μὲν, δημοκρατία, ἔργῳ δὲ, ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή. οἱ δὲ ὕστερον, ἴσοι αὐτοὶ μᾶλλον πρὸς ἀλλήλους ὄντες, καὶ ὀρεγόμενοι τοῦ πρῶτος ἕκαστος γίγνεσθαι, ἐτράποντο καθ᾽ ἡδονὰς τῷ δήμῳ καὶ τὰ πράγματα ἐνδιδόναι. ἐξ

hoc bello afferebant. Huius autem rei haec fuit caufa, quod cum ille & dignitate & confilio polleret, & manifefte omnium civium integerrimus effet, ut nullis pecuniae muneribus fe corrumpi pateretur, plebem in officio liberaliter contineret, nec ab ea magis regeretur, quam ipfe eam regeret. Nam cum non malis artibus potentiam adeptus effet, ad multitudinis voluntatem nihil dicebat: fed eam pro fua auctoritate caftigare, quin etiam nonnullis in rebus ei palam adverfari poterat. Quoties igitur eos aliquid intempeftive ac petulantiae confidentia pulfos audere animadvertebat, eos, incuffo metu, dicendo reprimebat. Contra vero, eos temere & abfque caufa trepidantes ad fiduciam reducebat. Quare verbo quidem erat dominatus popularis; fed re ipfa penes primarium populi virum principatus erat. Qui vero eum funt fecuti, cum potius inter fe dignitate pares effent, & eorum finguli principem in republica locum affectarent, omnia ad populi voluntatem

ὢν ἄλλα τε πολλὰ, ὡς ἐν μεγάλῃ πόλει καὶ ἀρχὴν ἐχούσῃ, ἡμαρτήθη, καὶ ὁ ἐς Σικελίαν πλοῦς· ὃς οὐ τοσοῦτον γνώμης ἁμάρτημα ἦν πρὸς οὓς ἐπῄεσαν, ὅσον οἱ ἐκπέμψαντες, οὐ τὰ πρόσφορα τοῖς οἰχομένοις ἐπιγιγνώσκοντες, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἰδίας διαφορὰς περὶ τῆς τοῦ δήμου προστασίας, τά τε ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἀμβλύτερα ἐποίουν, καὶ τὰ περὶ τὴν πόλιν πρῶτον ἐν ἀλλήλοις ἐταράχθησαν. σφαλέντες δ' ἐν Σικελίᾳ ἄλλῃ τε παρασκευῇ καὶ τοῦ ναυτικοῦ τῷ πλέονι μορίῳ, καὶ κατὰ τὴν πόλιν ἤδη ἐν στάσει ὄντες, ὅμως τρία μὲν ἔτη ἀντεῖχον τοῖς τε πρότερον ὑπάρχουσι πολεμίοις, καὶ τοῖς ἀπὸ Σικελίας μετ' αὐτῶν, καὶ τῶν ξυμμάχων ἔτι τοῖς πλέοσιν ἀφεστηκόσι· Κύρῳ τε ὕστερον βασιλέως παιδὶ

dicere, eiusque libidini rempublicam permittere coeperunt. Unde cum multis aliis in rebus peccatum est, (ut in ampla civitate, & quae principatum obtinet, accidere plerumque solet) tum etiam in expeditione in Siciliam facta, quae suscepta est non tam peccato iudicii, & culpa eorum, ad quos ipsi Athenienses proficiscebantur, quam illorum, qui classem illam emiserunt, qui non cognoscebant ea, quae suis illuc profectis conducebant: sed propter privatas simultates, de populi principatu contendentes, & res, quae militiae gerebantur, debilitarunt, & domi totum reipublicae statum mutuis discordiis tunc primum conturbarunt. Quamvis autem in Sicilia rem infeliciter gessissent, & cum alium apparatum, tum etiam maiorem classis partem amisissent, & in ipsa urbe seditione iam laborarent, tamen tres annos restiterunt & prioribus hostibus, & Siculis, qui se illis adiunxerant, quin etiam plerisque sociorum, qui ab ipsis defecerant: mox etiam Cy-

προσγενομένῳ, ὃς παρεῖχε χρήματα Πελοποννησίοις ἐς τὸ ναυτικόν. καὶ οὐ πρότερον ἐνέδοσαν ἢ αὐτοὶ ἐν σφίσι κατὰ τὰς ἰδίας διαφορὰς περιπεσόντες ἐσφάλησαν. τοσοῦτον τῷ Περικλεῖ ἐπερίσσευσε τότε, ἀφ' ὧν αὐτὸς προέγνω, καὶ πάνυ ἂν ῥᾳδίως περιγενέσθαι τὴν πόλιν τῶν Πελοποννησίων αὐτῶν τῷ πολέμῳ.

ξϛ'. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι τοῦ αὐτοῦ θέρους ἐστράτευσαν ναυσὶν ἑκατὸν ἐς Ζάκυνθον τὴν νῆσον, ἣ κεῖται ἀντιπέρας Ἤλιδος· εἰσὶ δὲ Ἀχαιῶν τῶν ἐκ Πελοποννήσου ἄποικοι, καὶ Ἀθηναίοις ξυνεμάχουν. ἐπέπλεον δὲ Λακεδαιμονίων χίλιοι ὁπλῖται, καὶ Κνῆμος Σπαρτιάτης ναύαρχος. ἀποβάντες δὲ ἐς τὴν γῆν, ἐδῄωσαν τὰ πολλά. καὶ ἐπειδὴ οὐ ξυνεχώρουν, ἀπέπλευσαν ἐπ' οἴκου. Maio exeunte.

ξζ'. Καὶ τοῦ αὐτοῦ θέρους τελευτῶντος, Ἀριστεὺς Ante Sept. 21.

ro, regis Perſarum filio, qui ſe Lacedaemoniis adiunxerat, & pecunias Peloponneſiis ad claſſem dederat. Nec prius hoſtibus imperio ceſſerunt, quam ipſi mutuis diſcordiis colliſi conciderunt. Tanta prudentia tunc in Pericle fuit, qua ceteros cives longe ſuperans, civitatem Peloponneſiis eo bello vel facillime ſuperiorem fore praeviderat.

LXVI. Lacedaemonii vero, eorumque ſocii, eadem aeſtate cum centum navibus profecti ſunt in inſulam Zacynthum, quae iacet e regione Elidis. Zacynthii autem ſunt Achaeorum ex Peloponneſo coloni, & Athenienſium erant ſocii. Illa autem claſſe adverſus illos vehebantur mille gravis armaturae milites Spartani, & Cnemus Spartanus, claſſis praefectus; exſcenſuque ex navibus in terram facto, magnam illius agri partem vaſtarunt. cumque illi deditionem facere nollent, domum redierunt.

Κορίνθιος, καὶ Λακεδαιμονίων πρέσβεις, Ἀνήριστος, καὶ Νικόλαος, καὶ Πρατόδημος, καὶ Τεγεάτης Τιμαγόρας, καὶ Ἀργεῖος ἰδίᾳ, Πόλις, πορευόμενοι ἐς τὴν Ἀσίαν ὡς βασιλέα, εἴπως πείσειαν αὐτὸν χρήματά τε παρέχειν καὶ ξυμπολεμεῖν, ἀφικνοῦνται ὡς Σιτάλκην πρῶτον τὸν Τήρεω ἐς Θρᾴκην, βουλόμενοι πεῖσαί τε αὐτὸν, εἰ δύναιντο, μεταστάντα τῆς Ἀθηναίων ξυμμαχίας, στρατεῦσαι ἐπὶ τὴν Ποτίδαιαν, οὗ ἦν στράτευμα τῶν Ἀθηναίων πολιορκοῦν· καὶ παῦσαι βοηθεῖν τε αὐτοῖς, καὶ ᾗπερ ὥρμηντο, δι' ἐκείνου πορευθῆναι πέραν τοῦ Ἑλλησπόντου ὡς Φαρνάκην τὸν Φαρναβάζου, ὃς αὐτοὺς ἔμελλεν ὡς βασιλέα ἀναπέμψειν. παρατυχόντες δὲ Ἀθηναίων πρέσβεις, Λέαρχος ὁ Καλλιμάχου, καὶ Ἀμεινιάδης ὁ Φιλήμονος παρὰ τῷ Σιτάλκῃ, πείθουσι

LXVII. Eadem aeſtate iam extrema, Ariſteus Corinthius, & Lacedaemoniorum legati, Aneriſtus, Nicolaus, Pratodemus, & Timagoras Tegeates, & ſuo nomine Polis Argivus, dum iter facerent in Aſiam ad regem, ſi qua ratione ei perſuadere poſſent, ut ſibi pecuniam daret, bellique ſocietatem ſecum iniret, primum in Thraciam ad Sitalcem Terae filium iverunt, cupientes, ſi poſſent, ei perſuadere, ut, relicta Athenienſium ſocietate, ad ſuam tranſiret, & coniunctis armis ſecum Potidaeam iret, ubi erat Athenienſium exercitus, qui urbem obſidebat; utque eos ſuis auxiliis iuvandi finem faceret, ſibique adeſſet, ut illo adiuvante, quo proficiſcebantur, ire poſſent trans Helleſpontum ad Pharnacem Pharnabazi filium, qui eos ad regem erat deducturus. Sed cum forte Athenienſium legati, Learchus Callimachi, & Ameniades Philemonis filius, apud Sitalcem tunc adeſſent, Sadoco Sitalcae filio, qui civis

τὸν Σάδοκον τὸν γεγενημένον Ἀθηναῖον, Σιτάλκου υἱὸν, τοὺς ἄνδρας ἐγχειρίσαι σφίσιν, ὅπως μὴ διαβάντες ὡς βασιλέα, τὴν ἐκείνου πόλιν τὸ μέρος βλάψωσιν. ὁ δὲ, πεισθεὶς, πορευομένους αὐτοὺς διὰ τῆς Θράκης ἐπὶ τὸ πλοῖον, ᾧ ἔμελλον τὸν Ἑλλήσποντον περαιώσειν, πρὶν ἐσβαίνειν, ξυλλαμβάνει, ἄλλους ξυμπέμψας μετὰ τοῦ Λεάρχου καὶ Ἀμεινιάδου· καὶ ἐκέλευσεν ἐκείνοις παραδοῦναι. οἱ δὲ, λαβόντες, ἐκόμισαν ἐς τὰς Ἀθήνας. ἀφικομένων δὲ αὐτῶν, δείσαντες οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Ἀριστέα, μὴ αὖθις σφᾶς ἔτι πλέω κακουργῇ διαφυγὼν, ὅτι καὶ πρὸ τούτων τὰ τῆς Ποτιδαίας καὶ τῶν ἐπὶ Θράκης πάντ' ἐφαίνετο πράξας, ἀκρίτους καὶ βουλομένους ἔστιν ἃ εἰπεῖν, αὐθημερὸν ἀπέκτειναν πάντας, καὶ ἐς φάραγγας ἐσέβαλον· δικαιοῦντες τοῖς αὐτοῖς ἀμύνεσθαι οἷσπερ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ὑπῆρξαν, τοὺς ἐμπόρους οὓς ἔλαβον

Atheniensis factus fuerat, persuaserunt, ut eos sibi traderet, ne, si ad regem transivissent, quantum in ipso situm esset, illi suae civitati nocerent. Ille vero eorum verbis adductus, illos, dum per Thraciam iter facerent ad navigium, quo Hellespontum erant traiecturi, antequam id conscenderent, comprehendit, missis aliis quibusdam cum Learcho & Ameniade: illosque his tradi iussit. Hi vero eos acceptos Athenas detulerunt. Qui cum eo pervenissent, Athenienses veriti, ne Aristeus, si evasisset, longe pluribus maleficiis se afficeret, quia eum & ante rerum omnium, quae ad Potidaeam, & in Thracia gestae fuerant, auctorem fuisse constabat, omnes eodem die, indemnatos, & quaedam dicere volentes, interfecerunt, & in profundas fossas deiecerunt: aequum esse censentes, parem gratiam Lacedaemoniis referre, eosque eodem modo tractare, quo

Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων, ἐν ὁλκάσι περὶ Πελοπόννησον πλέοντας ἀποκτείναντες, καὶ ἐς φάραγγας ἐσβαλόντες. πάντας γὰρ δὴ κατ' ἀρχὰς τοῦ πολέμου οἱ Λακεδαιμόνιοι ὅσους λάβοιεν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὡς πολεμίους διέφθειρον, καὶ τοὺς μετὰ Ἀθηναίων ξυμπολεμοῦντας, καὶ τοὺς μηδὲ μεθ' ἑτέρων.

ξη'. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, τοῦ θέρους τελευτῶντος, καὶ Ἀμπρακιῶται, αὐτοί τε καὶ τῶν βαρβάρων πολλοὺς ἀναστήσαντες, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὸ Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν, καὶ τὴν ἄλλην Ἀμφιλοχίαν. ἔχθρα δὲ πρὸς τοὺς Ἀργείους ἀπὸ τοῦδε αὐτοῖς ἤρξατο πρῶτον γενέσθαι. Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν καὶ Ἀμφιλοχίαν τὴν ἄλλην ἔκτισε μετὰ τὰ Τρωϊκὰ οἴκαδε ἀναχωρήσας, καὶ οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ ἐν Ἄργει καταστάσει, Ἀμφί-

ipſi ſuos ante tractarant, qui negotiatores Athenienſium & ſociorum, quos ceperant in onerariis navibus circa Peloponneſum navigantes, interfecerant, & in profundas foſſas deiecerant. Lacedaemonii enim huius belli initio omnes, quos in mari cepiſſent, ut hoſtes trucidabant, tam Athenienſium ſocios, quam eos, qui neutrorum partes ſequebantur.

LXVIII. Sub idem tempus, extrema iam aeſtate, & Ambraciotae, cum ipſi, tum etiam multi barbari, quos ex ſuis ſedibus excitarant, expeditionem fecerunt adverſus Argos Amphilochicum, ceteramque Amphilochiam. Inimicitiae autem, quae ipſis cum Argivis interceſſerant, hinc initium duxerunt. Argos Amphilochicum, & reliquam Amphilochiam, Amphilochus Amphiarai filius, poſt bellum Troianum, domum reverſus, cum rerum ſtatus, qui Argis erat, ei non placeret, condidit in ſinu Ambracico,

λοχος ὁ Ἀμφιάρεω, ἐν τῷ Ἀμπρακικῷ κόλπῳ, ὁμώνυμον τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι Ἄργος ὀνομάσας. καὶ ἦν ἡ πόλις αὕτη μεγίστη τῆς Ἀμφιλοχίας, καὶ τοὺς δυνατωτάτους εἶχεν οἰκήτορας. ὑπὸ ξυμφορῶν δὲ πολλαῖς γενεαῖς ὕστερον πιεζόμενοι, Ἀμπρακιώτας ὁμόρους ὄντας τῇ Ἀμφιλοχικῇ ξυνοίκους ἐπηγάγοντο· καὶ Ἑλληνίσθησαν τὴν νῦν γλῶσσαν τότε πρῶτον ἀπὸ τῶν Ἀμπρακιωτῶν ξυνοικησάντων. οἱ δὲ ἄλλοι Ἀμφίλοχοι, βάρβαροί εἰσιν. ἐκβάλλουσιν οὖν τοὺς Ἀργείους οἱ Ἀμπρακιῶται χρόνῳ, καὶ αὐτοὶ ἴσχουσι τὴν πόλιν. οἱ δ' Ἀμφίλοχοι, γενομένου τούτου, διδόασιν ἑαυτοὺς Ἀκαρνᾶσι, καὶ προσεκαλέσαντο ἀμφότεροι Ἀθηναίους· οἳ αὐτοῖς Φορμίωνά τε στρατηγὸν ἔπεμψαν, καὶ ναῦς τριάκοντα. ἀφικομένου δὲ τοῦ Φορμίωνος, αἱροῦσι κατὰ κράτος Ἄργος, καὶ τοὺς Ἀμπρακιώτας ἠνδραπόδισαν. κοινῇ τε

de eodem patriae ſuae nomine Argos, cognomine vero Amphilochicum appellans. Haec autem urbs omnium in Amphilochia ſitarum maxima erat, & potentiſſimos quoſque habebat incolas. Sed eius incolae multis poſt ſeculis, calamitatibus afflicti, Ambraciotas agro Amphilochico finitimos, in civitatis ſocietatem arceſſiverunt. Linguamque Graecam, quae nunc eſt in uſu, tunc primum didicerunt ex Ambraciotis, qui in eadem urbe cum ipſis habitarant. At reliqui Amphilochi barbari ſunt. Ambraciotae igitur progreſſu temporis Argivos urbe pellunt, ipſique retinent urbem. Amphilochi vero urbe pulſi ſeſe Acarnanibus dediderunt: & utrique Athenienſes in auxilium advocarunt, qui Phormionem ducem, & triginta naves ipſis miſerunt. Cum autem Phormio eo perveniſſet, Argos per vim ceperunt, & Ambraciotas in ſervitutem abſtraxerunt; ur-

ῴκησαν αὐτὸ Ἀμφίλοχοι καὶ Ἀκαρνᾶνες. μετὰ δὲ τοῦτο ἡ ξυμμαχία ἐγένετο πρῶτον Ἀθηναίοις καὶ Ἀκαρνᾶσιν. οἱ δὲ Ἀμπρακιῶται τὴν μὲν ἔχθραν ἐς τοὺς Ἀργείους ἀπὸ τοῦ ἀνδραποδισμοῦ σφῶν αὐτῶν πρῶτον ἐποιήσαντο, ὕστερον δὲ ἐν τῷ πολέμῳ τήνδε τὴν στρατείαν ποιοῦνται αὐτῶν τε καὶ Χαόνων καὶ ἄλλων τινῶν τῶν πλησιοχώρων βαρβάρων· ἐλθόντες τε πρὸς τὸ Ἄργος, τῆς μὲν χώρας ἐκράτουν, τὴν δὲ πόλιν ὡς οὐκ ἐδύναντο ἑλεῖν προσβαλόντες, ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου, καὶ διελύθησαν κατὰ ἔθνη. τοσαῦτα μὲν ἐν τῷ θέρει ἐγένετο.

ξθ'. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος Ἀθηναῖοι ναῦς ἔστειλαν εἴκοσι μὲν περὶ Πελοπόννησον, καὶ Φορμίωνα στρατηγόν· ὃς ὁρμώμενος ἐκ Ναυπάκτου, φυλακὴν εἶχε μήτ' ἐκπλεῖν ἐκ Κορίνθου καὶ τοῦ Κρισαίου κόλπου

bemque Amphilochi & Acarnanes communiter incoluerunt. Postea vero societas inter Athenienses & Acarnanes tunc primum est inita. Ambraciotae igitur tunc primum inimicitias cum Argivis, propter suos in servitutem ab illis abstractos, susceperunt; posteaquam in hoc bello hanc expeditionem fecerunt, exercitu ex suis militibus, & Chaonibus, & aliis quibusdam finitimis barbaris collecto. Et ad Argos profecti, agrum quidem in suam potestatem redegerunt: sed cum urbem aggressi expugnare non potuissent, domum redierunt, & alii ab aliis diremti ad suam quique gentem reverterunt. Atque haec quidem aestate ista sunt gesta.

LXIX. Ineunte autem hieme, Athenienses viginti naves, & Phormionem ducem circa Peloponnesum miserunt: qui ex belli sede, quam Naupacti habebat, proficiscens, diligenter observabat, ne quis Corintho, & ex sinu Cri-

μηδένα, μήτ' ἐσπλεῖν· ἑτέρας δὲ ἓξ ἐπὶ Καρίας καὶ Λυκίας, καὶ Μελήσανδρον στρατηγὸν, ὅπως ταῦτά τε ἀργυρολογῶσι, καὶ τὸ λῃστικὸν τῶν Πελοποννησίων μὴ ἐῶσιν, αὐτόθεν ὁρμώμενον, βλάπτειν τὸν πλοῦν τῶν ὁλκάδων τῶν ἀπὸ Φασήλιδος καὶ Φοινίκης, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἠπείρου. ἀναβὰς δὲ στρατιᾷ Ἀθηναίων τε τῶν ἀπὸ τῶν νεῶν καὶ τῶν ξυμμάχων ἐς τὴν Λυκίαν ὁ Μελήσανδρος, ἀποθνήσκει, καὶ τῆς στρατιᾶς μέρος τι διέφθειρε, νικηθεὶς μάχῃ.

ό. Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος οἱ Ποτιδαιᾶται, ἐπειδὴ οὐκέτι ἐδύναντο πολιορκούμενοι ἀντέχειν, ἀλλ' αἵ τε ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολαὶ Πελοποννησίων οὐδὲν μᾶλλον ἀπανίστασαν τοὺς Ἀθηναίους, ὅ, τε σῖτος ἐπελελοίπει, καὶ ἄλλα τε πολλὰ ἐπεγεγένητο αὐτόθι ἤδη βρώσεως πέρι ἀναγκαίας, καί τινες καὶ ἀλλήλων ἐγεύοντο, οὕτω Bell. Pelop. an. 2. Olymp. 87. 3. U. C. Varr. 325. Ante Maet. 16.

ſaeo enavigaret, neve eo intraret. alias etiam ſex in Cariam, & Lyciam, & Meleſandrum ducem miſerunt, ut pecunias ab iſtarum regionum incolis exigerent; neque oneraria navigia ex Phaſelide, & Phoenice, & ex illa continente proficiſcentia, a Peloponneſiis latronibus, qui ex ipſa Peloponneſo veniebant, infeſtari ſinerent. Meleſander autem cum exercitu Athenienſium, & ſociorum, qui navibus ſimul vehebantur, in Lyciam ingreſſus, proelio ſuperatus occidit, & quandam copiarum partem amiſit.

LXX. Eadem hieme Potidaeatae, cum diutius obſidionem tolerare non poſſent, & Peloponneſiorum irruptiones in Atticam factae nihilo magis Athenienſes removerent, & res frumentaria defeciſſet, & alia multa praeterea pro neceſſario victu illic iam accidiſſent, quin etiam nonnulli mutuo ſe guſtaſſent, ita demum in colloquium de deditio-

δὴ λόγους προσφέρουσι περὶ ξυμβάσεως τοῖς στρατηγοῖς τῶν Ἀθηναίων τοῖς ἐπὶ σφίσι τεταγμένοις, Ξενοφῶντί τε τῷ Εὐριπίδου, καὶ Ἑστιοδώρῳ τῷ Ἀριστοκλείδου, καὶ Φανομάχῳ τῷ Καλλιμάχου. οἱ δὲ προσεδέξαντο, ὁρῶντες μὲν τῆς στρατιᾶς τὴν ταλαιπωρίαν ἐν χωρίῳ χειμερινῷ, ἀναλωκυίας τε ἤδη τῆς πόλεως δισχίλια τάλαντα ἐς τὴν πολιορκίαν. ἐπὶ τοῖσδε οὖν ξυνέβησαν, ἐξελθεῖν αὐτοὺς, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας, καὶ τοὺς ἐπικούρους, ξὺν ἑνὶ ἱματίῳ, γυναῖκας δὲ ξὺν δυοῖν καὶ ἀργύριόν τι ῥητὸν ἔχοντας ἐφόδιον. καὶ οἱ μὲν, ὑπόσπονδοι ἐξῆλθον ἔς τε τὴν Χαλκιδικὴν, καὶ ἕκαστος ᾗ ἐδύνατο. Ἀθηναῖοι δὲ τούς τε στρατηγοὺς ἐπῃτιάσαντο ὅτι ἄνευ αὐτῶν ξυνέβησαν (ἐνόμιζον γὰρ ἂν κρατῆσαι τῆς πόλεως ᾗ ἐβούλοντο) καὶ ὕστερον ἐποίκους ἑαυτῶν

ne venerunt cum Atheniensium ducibus, quibus ea urbis obsidendae cura mandata fuerat, Xenophonte Euripidis, Hestiodoro Aristoclidae, & Phanomacho Callimachi filio. Illi vero conditiones oblatas acceperunt, tum quod exercitum in loco frigido magna incommoda ferre animadverterent, tum etiam quod respublica duo talentorum millia in illam obsidionem iam impendisset. His igitur conditionibus deditionem fecerunt, ut ipsi exirent, & liberi, & uxores, & milites auxiliarii, cum privis tunicis, feminae vero cum binis, cumque certa singuli ad viaticum pecunia. Atque hi quidem interposita fide publica egressi abierunt, & in agrum Chalcidicum, & quo quisque potuit. Athenienses vero ducibus crimini dederunt, quod populi iniussu compositionem fecissent; (existimabant enim, illos urbem expugnare potuisse, quemadmodum volebant) postea vero colonos ex suo corpore Potidaeam miserunt, eam-

ἔπεμψαν ἐς τὴν Ποτίδαιαν, καὶ κατῴκισαν. ταῦτα μὲν ἐν τῷ χειμῶνι ἐγένετο· καὶ τὸ δεύτερον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε.

οα΄. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους, οἱ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐς μὲν τὴν Ἀττικὴν οὐκ ἐσέβαλον, ἐστράτευσαν δ' ἐπὶ Πλάταιαν. ἡγεῖτο δὲ Ἀρχίδαμος ὁ Ζευξιδάμου, Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, καὶ καθίσας τὸν στρατὸν ἔμελλε δῃώσειν τὴν γῆν· οἱ δὲ Πλαταιῆς, εὐθὺς πρέσβεις πέμψαντες πρὸς αὐτὸν, ἔλεγον τοιάδε. Ἀρχίδαμε, καὶ Λακεδαιμόνιοι, οὐ δίκαια ποιεῖτι, οὐδ' ἄξια οὔτε ὑμῶν, οὔτε πατέρων ὧν ἐστε, ἐς γῆν τὴν Πλαταιέων στρατεύοντες. Παυσανίας γὰρ ὁ Κλεομβρότου Λακεδαιμόνιος, ἐλευθερώσας τὴν Ἑλλάδα ἀπὸ τῶν Μήδων, μετὰ Ἑλλήνων τῶν ἐθελησάντων ξυνάρασθαι τὸν κίνδυνον τῆς μάχης, ἣ παρ' ἡμῖν ἐγένετο, θύσας ἐν τῇ Πλαταιέων ἀγορᾷ Διὶ ἐλευθερίῳ ἱερὰ, καὶ ξυγκα-

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 3/4. U. C. Varr. 32 5/6. Post Mart. 16.

que incoluerunt. Atque haec quidem hac hieme sunt gesta; & secundus huius belli annus finitus est, quod Thucydides conscripsit.

LXXI. Ineunte aestate, Peloponnesii, eorumque socii in Atticam quidem nullam irruptionem fecerunt: sed cum copiis adversus Plataeam iverunt. Archidamus vero Zeuxidami filius, Lacedaemoniorum rex, illis praeerat, & castris positis agrum vastaturus erat. Sed Plataeenses, legatis statim ad ipsum missis, haec dixerunt: *Archidame, & Lacedaemonii, neque iuste, neque ex dignitate vestra, patrumque vestrorum facitis, qui agrum Plataeensem hostiliter invaditis. Pausanias enim Cleombroti filius, Lacedaemonius, qui Graeciam Medorum dominatu liberavit, cum Graecis, qui pugnae apud nos commissae idem periculum subire voluerunt, cum victimas Iovi*

λέσας πάντας τοὺς ξυμμάχους, ἀπεδίδου Πλαταιεῦσι, γῆν καὶ πόλιν τὴν σφετέραν ἔχοντας αὐτονόμους οἰκεῖν· στρατεῦσαί τε μηδένα ποτὲ ἀδίκως ἐπ' αὐτοὺς, μηδ' ἐπὶ δουλείᾳ· εἰ δὲ μὴ, ἀμύνειν τοὺς παρόντας ξυμμάχους κατὰ δύναμιν. τάδε μὲν ἡμῖν πατέρες οἱ ὑμέτεροι ἔδοσαν, ἀρετῆς ἕνεκα, καὶ προθυμίας τῆς ἐν ἐκείνοις τοῖς κινδύνοις γενομένης· ὑμεῖς δὲ τἀναντία δρᾶτε. μετὰ γὰρ Θηβαίων τῶν ἡμῖν ἐχθίστων ἐπὶ δουλείᾳ τῇ ἡμετέρᾳ ἥκετε. μάρτυρας δὲ θεοὺς τούς τε ὁρκίους τότε γενομένους ποιούμενοι, καὶ τοὺς ὑμετέρους πατρῴους, καὶ ἡμετέρους ἐγχωρίους, λέγομεν ὑμῖν τὴν γῆν τὴν Πλαταιΐδα μὴ ἀδικεῖν, μηδὲ παραβαίνειν τοὺς ὅρκους, ἐᾶν δὲ οἰκεῖν αὐτονόμους, καθάπερ Παυσανίας ἐδικαίωσε.

οβ'. Τοσαῦτα εἰπόντων Πλαταιέων, Ἀρχίδαμος ὑπολαβὼν εἶπεν. Δίκαια λέγετε, ὦ ἄνδρες Πλαταιῆς,

Liberatori in Plataeensi foro immolasset, omnesque socios convocasset, Plataeensibus & agrum & urbem reddidit, ut sua possidentes, hic suis legibus viverent, & dixit, nullum unquam iniuste, ne servitutis quidem imponendae gratia; bellum ipsis illaturum; alioqui socios, qui aderant, pro viribus vim ab ipsis propulsaturos. Haec igitur patres vestri propter virtutem, & animi alacritatem, quam in illis periculis demonstravimus, nobis tradiderunt. Vos vero contra facitis. Nam cum Thebanis, qui nobis sunt inimicissimi, huc venitis, ut nos in servitutem redigatis. Deos autem contestati, & eos, qui iurisiurandi testes tunc fuerunt, & vestros patrios, & nostros indigenas, vos rogamus, ne agrum Plataeensem laedatis, neve iusiurandum violetis: sed iure nostro nos vivere sinatis, quemadmodum Pausanias statuit.

LXXII. Cum autem Plataeenses haec dixissent, Archidamus illorum orationem excipiens, haec respondit: *Aequa*

ἢν ποιῆτε ὅμοια τοῖς λόγοις. καθάπερ γὰρ Παυσανίας ὑμῖν παρέδωκεν, αὐτοί τε αὐτονομεῖσθε, καὶ τοὺς ἄλλους ξυνελευθεροῦτε, ὅσοι μετασχόντες τῶν τότε κινδύνων, ὑμῖν τε ξυνώμοσαν, καὶ εἰσὶ νῦν ὑπ' Ἀθηναίοις. παρασκευή τε τοσήδε καὶ πόλεμος γεγένηται αὐτῶν ἕνεκα καὶ τῶν ἄλλων ἐλευθερώσεως· ἧς μάλιστα μὲν μετασχόντες καὶ αὐτοὶ ἐμμείνατε τοῖς ὅρκοις· εἰ δὲ μὴ (ἅπερ καὶ τοπρότερον ἤδη προὐκαλεσάμεθα) ἡσυχίαν ἄγετε, νεμόμενοι τὰ ὑμέτερα αὐτῶν· καὶ ἔστε μηδὲ μεθ' ἑτέρων· δέχεσθε δὲ ἀμφοτέρους φίλους, ἐπὶ πολέμῳ δὲ, μηδ' ἑτέρους. καὶ τάδε ἡμῖν ἀρέσκει. Ὁ μὲν Ἀρχίδαμος τοσαῦτα εἶπεν· οἱ δὲ Πλαταιέων πρέσβεις ἀκούσαντες ταῦτα, ἐσῆλθον ἐς τὴν πόλιν, καὶ τῷ πλήθει τὰ ῥηθέντα κοινώσαντες, ἀπεκρίναντο αὐτῷ· Ὅτι

est vestra oratio, viri Plataeenses, si verbis facta respondeant. Quemadmodum igitur Pausanias vobis praestitit, cum vos ipsi vestro iure vivatis, tum etiam alios pro vestra virili parte in libertatem vindicetis, quotquot eadem pericula tunc vobiscum subierunt, & eiusdem foederis, ac iurisiurandi participes fuerunt, & qui nunc Atheniensibus serviunt. Nam vestri ipsorum causa, & aliorum in libertatem asserendorum gratia, tantus apparatus tunc factus fuit, tantumque bellum fuit susceptum, cuius libertatis, cum vos quoque maxime participes fueritis, iusiurandum etiam servetis: sin minus, (ad quae vel ante vos iam invitavimus,) quiescatis, res vestras possidentes, ac neutrorum partes sequamini, & utrosque quidem amicitiae causa, neutros vero belli gratia recipiatis. Atque haec quidem nobis placent. Archidamus igitur haec dixit. Plataeensium vero legati, his auditis, in urbem redierunt, cumque rem ad populum retulissent, Archidamo responderunt: *Nihil a se eorum, quae ab ipso pete-*

ἀδύνατα σφίσιν εἴη ποιεῖν ἃ προκαλεῖται, ἄνευ Ἀθηναίων· παῖδες γὰρ σφῶν καὶ γυναῖκες παρ᾽ ἐκείνοις εἴησαν. δεδιέναι δὲ καὶ περὶ τῇ πάσῃ πόλει, μὴ ἐκείνων ἀποχωρησάντων, Ἀθηναῖοι ἐλθόντες σφίσιν οὐκ ἐπιτρέπωσιν, ἢ Θηβαῖοι, ὡς ἔνορκοι ὄντες κατὰ τὸ ἀμφοτέρους δέχεσθαι, αὖθις σφῶν τὴν πόλιν πειράσωσι καταλαβεῖν. ὁ δὲ, θαρσύνων αὐτοὺς, πρὸς ταῦτα ἔφη· Ὑμεῖς δὲ πόλιν μὲν καὶ οἰκίας παράδοτε ἡμῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ γῆς ὅρους ἀποδείξατε, καὶ δένδρα ἀριθμῷ τὰ ὑμέτερα, καὶ ἄλλο εἴτι δυνατὸν ἐς ἀριθμὸν ἐλθεῖν. αὐτοὶ δὲ μεταχωρήσατε ὅποι βούλεσθε, ἕως ἂν ὁ πόλεμος ᾖ· ἐπειδὰν δὲ παρέλθῃ, ἀποδώσομεν. μέχρι δὲ τοῦδε ἕξομεν παρακαταθήκην, ἐργαζόμενοι, καὶ φορὰν φέροντες ἢ ἂν ὑμῖν μέλλῃ ἱκανὴ ἔσεσθαι.

ογ΄. Οἱ δ᾽ ἀκούσαντες, ἐσῆλθον αὖθις ἐς τὴν πόλιν. καὶ βουλευσάμενοι μετὰ τοῦ πλήθους, ἔλεξαν· Ὅτι

bantur, sine Atheniensibus fieri posse. suos quippe liberos & coniuges apud illos esse. seque toti civitati timere, ne post ipsorum discessum, Athenienses venirent, & impedirent, aut etiam Thebani, propterea quod cautum esset de utrisque recipiendis, suam urbem rursus occupare conarentur. Ille vero illos bene sperare iubens, ad haec respondit: *Vos igitur urbem & aedificia nobis Lacedaemoniis tradite, & fines agri demonstrate, & numerum vestrarum arborum, & quidquid aliud in numerum cadere potest. vos vero abite, quocunque vultis, quamdiu bellum durarit. ubi autem hoc fuerit confectum, reddemus. Interea vero, ut depositum servabimus, agrum colentes, & tributum pendentes, quod vobis suppetere possit.*

LXXIII. Illi vero, his auditis, in urbem redierunt. cumque his de rebus cum multitudine consultassent, respon-

βούλονται ἃ προκαλεῖται, Ἀθηναίοις κοινῶσαι πρῶτον, καὶ, ἢν πείθωσιν αὐτοὺς, ποιεῖν ταῦτα. μέχρι δὲ τούτου, σπείσασθαι σφίσιν ἐκέλευον, καὶ τὴν γῆν μὴ δῃοῦν. ὁ δὲ, ἡμέρας τε ἐσπείσατο ἐν αἷς εἰκὸς ἦν κομισθῆναι, καὶ τὴν γῆν οὐκ ἔτεμνεν. ἐλθόντες δὲ οἱ Πλαταιῆς πρέσβεις ὡς τοὺς Ἀθηναίους, καὶ βουλευσάμενοι μετ' αὐτῶν, πάλιν ἦλθον ἀπαγγέλλοντες τοῖς ἐν τῇ πόλει τοιάδε. Οὔτ' ἐν τῷ προτοῦ χρόνῳ, ὦ ἄνδρες Πλαταιῆς, ἀφ' οὗ ξύμμαχοι ἐγενόμεθα, Ἀθηναῖοί φασιν ἐν οὐδενὶ ἡμᾶς προέσθαι ἀδικουμένους, οὔτε νῦν περιόψεσθαι, βοηθήσειν δὲ κατὰ δύναμιν. ἐπισκήπτουσί τε ὑμῖν, πρὸς τῶν ὅρκων οὓς οἱ πατέρες ὤμοσαν, μηδὲν νεωτερίζειν περὶ τὴν ξυμμαχίαν.

οδ'. Τοιαῦτα τῶν πρέσβεων ἀπαγγειλάντων, οἱ Πλαταιῆς ἐβουλεύσαντο Ἀθηναίους μὴ προδιδόναι, ἀλλ'

derunt: *Se velle conditiones sibi ab eo oblatas cum Atheniensibus prius communicare; & si illis persuadere possent, se ad haec facienda paratos esse.* Interea vero petierunt, ut inducias secum faceret, & ab agro vastando sibi temperaret. Ille vero inducias fecit tot dierum, intra quot verisimile videbatur, responsum Athenis afferri posse; & ab agro vastando sibi temperavit. Plataeenses vero legati ad Athenienses profecti, & agitato cum illis consilio, redierunt, haecque civitati retulerunt: *Neque in superiore tempore, viri Plataeenses, ex quo societatem inivimus, Athenienses dicunt, se passos esse nobis iniuriam fieri, neque nunc passuros; at pro viribus opem laturos: vobisque mandant, per iusiurandum, quod vestri patres iurarunt, ne quid novi in societate moliamini.*

LXXIV. Cum legati haec renuntiassent, Plataeenses decreverunt, non deserere Athenienses; sed pati & agrum

ἀνέχεσθαι καὶ γῆν τεμνομένην, εἰ δεῖ, ὁρῶντας, καὶ ἄλλο πάσχοντας ὅ, τι ἂν ξυμβαίνῃ· ἐξελθεῖν τε μηδένα ἔτι, ἀλλ' ἀπὸ τεῦ τείχους ἀποκρίνασθαι, Ὅτι ἀδύνατα σφίσι ποιεῖν ἐστιν ἃ Λακεδαιμόνιοι προκαλοῦνται. ὡς δὲ ἀπεκρίναντο, ἐντεῦθεν δὴ πρῶτον μὲν ἐς ἐπιμαρτυρίαν καὶ θεῶν καὶ ἡρώων τῶν ἐγχωρίων Ἀρχίδαμος ὁ βασιλεὺς κατέστη, λέγων ὧδε· Θεοὶ ὅσοι γῆν τὴν Πλαταιΐδα ἔχετε, καὶ ἥρωες, ξυνίστορές ἐστε ὅτι οὔτε τὴν ἀρχὴν ἀδίκως ἐκλιπόντων τῶνδε πρότερον τὸ ξυνώμοτον, ἐπὶ γῆν τήνδε ἤλθομεν, ἐν ᾗ οἱ πατέρες ἡμῶν εὐξάμενοι ὑμῖν Μήδων ἐκράτησαν, καὶ παρέσχετε αὐτὴν εὐμενῆ ἐναγωνίσασθαι τοῖς Ἕλλησιν· οὔτε νῦν, ἤν τι ποιῶμεν, ἀδικήσομεν. προκαλεσάμενοι γὰρ πολλὰ καὶ εἰκότα, οὐ τυγχάνομεν. ξυγγνώμονες δέ ἐστε, τῆς μὲν ἀδικίας κολάζεσθαι τοῖς ὑπάρχουσι προτέροις, τῆς δὲ τιμωρίας τυγχάνειν τοῖς ἐπιφέρουσι νομίμως.

ante ſuos oculos vaſtari, ſi neceſſe eſſet, & perferre, quidquid aliud contingere poſſet: nec quemquam amplius emittere, ſed ex muris reſpondere, *ſe non poſſe facere ea, quae a Lacedaemoniis petebantur.* Cum autem hoc reſponſum illis dediſſent; tunc vero rex Archidamus primum Deos & heroës indigenas conteſtari coepit, his verbis: *Dii, quotquot agri Plataeenſis praeſides eſtis, & heroës, teſtes eſtote, neque primum, cum iſti ſocietatis iusiurandum prius violarint, nos in hunc agrum iniuſte veniſſe, in quo patres noſtri poſt vota vobis nuncupata, Medos ſuperarunt, & quem Graecis benignum praebuiſtis, ut in eo dimicarent: neque nunc, ſi quid faciamus, nos iniuſte facturos. nam cum multas, aequaſque conditiones obtulerimus, nihil ab illis impetrare potuimus. Teſtes igitur eſtote, illos quidem, qui nos iniuriis provocarunt, pro iniuriis illatis*

οέ. Τοσαῦτα ἐπιθειάσας, καθίστη ἐς πόλεμον τὸν στρατόν· καὶ πρῶτον μὲν περιεσταύρωσεν αὐτοὺς τοῖς δένδρεσιν ἃ ἔκοψαν, τοῦ μηδένα ἔτι ἐξιέναι· ἔπειτα χῶμα ἔχουν πρὸς τὴν πόλιν, ἐλπίζοντες ταχίστην αἵρεσιν ἔσεσθαι αὐτῶν, στρατεύματος τοσούτου ἐργαζομένου. ξύλα μὲν οὖν τέμνοντες ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος, παρῳκοδόμουν ἑκατέρωθεν, φορμηδὸν ἀντὶ τοίχων τιθέντες, ὅπως μὴ διαχέοιτο ἐπιπολὺ τὸ χῶμα. ἐφόρουν δὲ ὕλην ἐς αὐτὸ, καὶ λίθους, καὶ γῆν, καὶ εἴτι ἄλλο ἀνύτειν μέλλοι ἐπιβαλλόμενον. ἡμέρας δὲ ἔχουν ἑβδομήκοντα καὶ νύκτας ξυνεχῶς, διῃρημένοι κατ' ἀναπαύλας, ὥστε τοὺς μὲν, φέρειν, τοὺς δὲ, ὕπνον τε καὶ σῖτον αἱρεῖσθαι. Λακεδαιμονίων τε οἱ ξεναγοὶ ἑκάστης πόλεως ξυνεφεστῶτες

poenas nobis daturos: nos vero, qui bellum ipsis iure inferimus, merito poenas de illis sumturos.

LXXV. His verbis Deos obtestatus, aciem ad proelium instruxit. ac primum quidem ipsos, ne quis amplius exiret, circumvallavit arboribus, quas ceciderant. Deinde vero aggerem ad urbem aggesserunt, illam propediem expugnatum iri sperantes, tanta militum manu in opere occupata. Itaque caesam e Cithaerone materiam aggeri utrinque adhibebant, storearum instar, murorum loco admoventes, ne humus aggesta latius diffunderetur. In hunc autem aggerem ingerebant ligna, lapides, humum, & si quid aliud iniectum ad opus absolvendum facere videbatur. In hoc autem aggeris opere septuaginta dies cum totidem noctibus coniunctos continenter consumserunt, ita inter se opus quietis gratia partiti, ut alii quidem materiam congererent, alii vero somnum & cibum caperent. Et Lacedaemonii, qui peregrinis singularum civitatum militibus

ἠνάγκαζον ἐς τὸ ἔργον. οἱ δὲ Πλαταιῆς, ὁρῶντες τὸ χῶμα αἰρόμενον, ξύλινον τεῖχος ξυνθέντες, καὶ ἐπιστήσαντες τῷ ἑαυτῶν τείχει ᾗ προσεχοῦτο, ἐσῳκοδόμουν ἐς αὐτὸ πλίνθους, ἐκ τῶν ἐγγὺς οἰκιῶν καθαιροῦντες. ξύνδεσμος δ' ἦν αὐτοῖς τὰ ξύλα, τοῦ μὴ, ὑψηλὸν γιγνόμενον, ἀσθενὲς εἶναι τὸ οἰκοδόμημα. καὶ προκαλύμματα εἶχε δέῤῥεις, καὶ διφθέρας, ὥστε τοὺς ἐργαζομένους καὶ τὰ ξύλα μήτε πυρφόροις οἰστοῖς βάλλεσθαι, ἐν ἀσφαλείᾳ τε εἶναι. ἤρετο δὲ τὸ ὕψος τοῦ τείχους μέγα, καὶ τὸ χῶμα οὐ σχολαίτερον ἀντανῄει αὐτῷ. καὶ οἱ Πλαταιῆς τοιόνδε τι ἐπινοοῦσι. διελόντες τοῦ τείχους ᾗ προσέπιπτε τὸ χῶμα, ἐσεφόρουν τὴν γῆν.

οϛʹ. Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι αἰσθόμενοι, ἐν ταρσοῖς καλάμου πηλὸν ἐνείλλοντες ἐσέβαλον ἐς τὸ διῃρημένον,

praeerant, operi praepositi, ad opus urgebant. Plataeenses vero hunc aggerem extolli cernentes, murum ligneum composuerunt, suisque muris imposuerunt ab illa parte, qua agger excitabatur; alterumque murum lateritium intra ligneum aedificarunt, materiam ex vicinis aedibus, quas demoliebantur, detrahentes. Lignis autem intermixtis materiam colligabant, ne succrescens aedificium infirmum esset. Habebat autem munimenta obiecta, quibus protegeretur, coria, & centones; ut & qui in opere erant occupati, & ligna ipsa nullis igniferis missilibus peterentur; utque in tuto essent. Murus autem in magnam altitudinem extollebatur, & agger non segnius ex adverso contra ipsum surgebat. Plataeenses vero tale quiddam excogitant. Interciso muro, qua agger urbi imminebat, illius humum in eam importabant.

LXXVI. At Peloponnesii, hac re cognita, coenum in

ὅπως μὴ διαχεόμενον, ὥσπερ ἡ γῆ, φοροῖτο. οἱ δὲ, ταύτῃ ἀποκλειόμενοι, τοῦτο μὲν ἐπέσχον· ὑπόνομον δ' ἐκ τῆς πόλεως ὀρύξαντες, καὶ ξυντεκμηράμενοι ὑπὸ τὸ χῶμα, ὑφεῖλκον αὖθις παρὰ σφᾶς τὸν χοῦν· καὶ ἐλάνθανον ἐπιπολὺ τοὺς ἔξω, ὥστ' ἐπιβάλλοντας ἧσσον ἀνύτειν, ὑπαγομένου αὐτοῖς κάτωθεν τοῦ χώματος, καὶ ἱζάνοντος ἀεὶ ἐπὶ τὸ κενούμενον. δεδιότες δὲ μὴ οὐδ' οὕτω δύνωνται ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς ἀντέχειν, προσεπεξεῦρον τόδε· τὸ μὲν μέγα οἰκοδόμημα ἐπαύσαντο ἐργαζόμενοι τὸ κατὰ τὸ χῶμα, ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν αὐτοῦ ἀρξάμενοι, ἀπὸ τοῦ βραχέος τείχους ἐκ τοῦ ἐντὸς ἐς τὴν πόλιν μηνοειδὲς προσῳκοδόμουν, ὅπως εἰ τὸ μέγα τεῖχος ἁλίσκοιτο, τοῦτ' ἀντέχοι, καὶ δέοι τοὺς ἐναντίους αὖθις πρὸς

cratibus arundineis involventes, in aggeris partem humo ſubtracta divisam coniecerunt, ne, ſicut humus diffluens, in urbem portaretur. Illi vero iſto conatu excluſi, ab hoc quidem abſtinuerunt: ſed cuniculos egerunt, eoſque coniectura ab urbe ſub ipſum aggerem dirigentes, humum ad ſe rurſus ſubducere coeperunt; diuque illos, qui foris erant, latuerunt, adeo ut illis humum etiam atque etiam aggerentibus, minus tamen opus abſolverent, quod ipſorum agger deorſum ſubduceretur, & in partem, quae evacuabatur, ſemper ſubſidens caderet. Sed veriti, ſe ne ſic quidem paucos multis reſiſtere poſſe, hoc quoque excogitarunt: magnum quidem aedificium, quod aggeri oppoſitum exſtruebatur, aedificare deſierunt; at ab utroque eius latere ducto initio, qua muro humiliori, cum altero urbis muro coniungebatur, murum lunata forma urbem verſus ducere coeperunt, ut ſi magnus caperetur, hic hoſtibus reſiſteret, eoſque novum aggerem ad eum rurſus aggerere co-

αὐτὸ χοῦν· καὶ προχωροῦντας εἴσω, διπλάσιόν τε πόνον ἔχειν, καὶ ἐν ἀμφιβόλῳ μᾶλλον γίγνεσθαι. ἅμα δὲ τῇ χώσει καὶ μηχανὰς προσῆγον τῇ πόλει οἱ Πελοποννήσιοι· μίαν μὲν, ἣ τοῦ μεγάλου οἰκοδομήματος κατὰ τὸ χῶμα προσαχθεῖσα, ἐπὶ μέγα τε κατέσεισε, καὶ τοὺς Πλαταιῆς ἐφόβησεν· ἄλλας δὲ ἄλλῃ τοῦ τείχους, ἃς βρόχους τε περιβάλλοντες ἀνέκλων οἱ Πλαταιῆς, καὶ δοκοὺς μεγάλας ἀρτήσαντες ἁλύσεσι μακραῖς σιδηραῖς ἀπὸ τῆς τομῆς ἑκατέρωθεν, ἀπὸ κεραιῶν δύο ἐπικεκλιμένων, καὶ ὑπερτεινουσῶν, ὑπὲρ τοῦ τείχους ἀνελκύσαντες ἐγκαρσίως, ὁπότε προσπεσεῖσθαί πῃ μέλλοι ἡ μηχανὴ, ἀφίεσαν τὴν δοκὸν χαλαραῖς ταῖς ἁλύσεσι, καὶ οὐ διὰ χειρὸς ἔχοντες. ἡ δὲ, ῥύμῃ ἐμπίπτουσα, ἀπεκαύλιζε τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς.

οζ΄. Μετὰ δὲ τοῦτο οἱ Πελοποννήσιοι, ὡς αἵ τε μηχαναὶ οὐδὲν ὠφέλουν, καὶ τῷ χώματι τὸ ἀντιτείχισμα

geret; & ulterius procedentes, duplicem laborem sustinere, & in maiore periculo constitui. Peloponnesii vero dum aggerem iacerent, simul etiam urbi machinas admoverunt: unam quidem, quae per aggerem admota, magnam ingentis illius aedificii partem conquassavit, & Plataeenses perterrefecit: alias vero ab alia muri parte, quas ipsi Plataeenses laqueis circumiectis reflectebant, & trabes ingentes, quas ab utroque capite longis ferreis catenis suspenderant, ex binis antennis supra murum inclinatis ac prominentibus transversas sursum tradebant, & quoties machina aliquam muri partem petitura erat, trabem laxatis catenis, atque e manu remissis, cum impetu demittebant. illa vero cum impetu delata, prominens rostrum refringebat.

LXXVII. Postea vero Peloponnesii, cum machinae ni-

ἐγίγνετο, νομίσαντες ἄπορον εἶναι ἀπὸ τῶν παρόντων δεινῶν ἑλεῖν τὴν πόλιν, πρὸς τὴν περιτείχισιν παρεσκευάζοντο. πρότερον δὲ πυρὶ ἔδοξεν αὐτοῖς πειρᾶσαι, εἰ δύναιντο, πνεύματος γενομένου, ἐπιφλέξαι τὴν πόλιν, οὖσαν οὐ μεγάλην. πᾶσαν γὰρ δὴ ἰδέαν ἐπενόουν, εἴπως σφίσιν ἄνευ δαπάνης καὶ πολιορκίας προσαχθείη. φοροῦντες δὲ ὕλης φακέλλους, παρέβαλον ἀπὸ τοῦ χώματος ἐς τὸ μεταξὺ πρῶτον τοῦ τείχους καὶ τῆς προσχώσεως. ταχὺ δὲ πλήρους γενεμένου διὰ πολυχειρίαν, ἐπιπαρένησαν καὶ τῆς ἄλλης πόλεως ὅσον ἐδύναντο ἀπὸ τοῦ μετεώρου πλεῖστον ἐπισχεῖν. ἐμβαλόντες δὲ πῦρ ξὺν θείῳ καὶ πίσσῃ, ἧψαν τὴν ὕλην, καὶ ἐγένετο φλὸξ τοσαύτη ὅσην οὐδείς πω ἔς γε ἐκεῖνον τὸν χρόνον χειροποίητον εἶδεν. ἤδη γὰρ ἐν ὄρεσιν ὕλη τριφθεῖσα ὑπ᾽ ἀνέμων πρὸς αὑτὴν,

hil proficerent, & adverſus aggerem munitio erigeretur, exiſtimantes praeſentibus terroribus urbem capi non poſſe, ſe ad eam muro cingendam parabant. Ipſis tamen urbem prius igne tentare placuit, ſi poſſent coorto vento eam incendere, quod ſpatioſa non eſſet. Nullum enim oppugnationis genus intentatum praetermittebant, ſi forte ſine ſumtu & obſidione in ſuam poteſtatem redigere poſſent. comportatos igitur materiae faſciculos primum quidem in eam partem, quae erat inter murum & aggerem, ex ipſo aggere coniecerunt. Cum autem propter tantam hominum manum celeriter fuiſſet repleta, in reliquum etiam urbis, quantum de loco ſuperiore plurimum occupare potuerunt, materiam congeſſerunt: eamque iniecto igne, cum ſulphure & pice, incenderunt; tantaque flamma excitata eſt, quantam nullus unquam ad illud uſque tempus ſaltem manu excitatam viderat. Iam enim & alias arbores, quae ſunt

ἀπὸ ταυτομάτου πῦρ καὶ φλόγα ἀπ' αὐτοῦ ἀνῆκε. τοῦτο δὲ μέγα τε ἦν, καὶ τοὺς Πλαταιέας τἄλλα διαφυγόντας, ἐλαχίστου ἐδέησε διαφθεῖραι. ἐντὸς γὰρ πολλοῦ χωρίου τῆς πόλεως οὐκ ἦν πελάσαι· πνεῦμά τε εἰ ἐπεγένετο αὐτῇ ἐπίφορον (ὅπερ καὶ ἤλπιζον οἱ ἐναντίοι) οὐκ ἂν διέφυγον. νῦν δὲ καὶ τόδε λέγεται ξυμβῆναι, ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ πολὺ καὶ βροντὰς γενομένας σβέσαι τὴν φλόγα, καὶ οὕτω παυσθῆναι τὸν κίνδυνον.

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 3. U. C. Varr. 325. Iul. 6.

οη'. Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, ἐπειδὴ καὶ τούτου διήμαρτον, μέρος μέν τι καταλιπόντες τοῦ στρατοῦ, τὸ δὲ λοιπὸν ἀφέντες, περιετείχιζον τὴν πόλιν κύκλῳ, διελόμενοι κατὰ πόλεις τὸ χωρίον. τάφρος δὲ ἐντός τε ἦν καὶ ἔξωθεν, ἐξ ἧς ἐπλινθεύσαντο. καὶ ἐπειδὴ πᾶν ἐξείργαστο περὶ ἀρκτούρου ἐπιτολὰς, καταλιπόντες φύλακας τοῦ

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 4. U. C. Varr. 325. Sept. 19.

in montium silvis, casu, vi ventorum, mutuo concursu collisae, ignem, flammamque ex hoc conceptam emiserunt. Hoc vero incendium & magnum exstitit, & Plataeenses, qui cetera vitarant, propemodum absumsit. Nam intra ad complures urbis regiones accedere tutum non erat. Quod si ventus secundus (ut adversarii speraverant) ad ipsam accessisset, effugere non potuissent. Nunc vero hoc etiam accidisse fertur, magnam vim aquae de coelo cum tonitruis effusae flammam restinxisse, & ita periculo liberasse.

LXXVIII. Peloponnesii vero, cum hoc quoque conatu frustrati fuissent, quadam copiarum parte ibi relicta, & ceteris dimissis, muro urbem undique cingere coeperunt, ambitus loco inter singulas civitates distributo. Fossa autem erat, & interna, & externa, ex qua lateres fecerunt. Postquam autem totum opus absolutum fuit sub Arcturi ortum, praesidio ad dimidii muri custodiam relicto, (nam

ἡμίσεος τείχους (τὸ δὲ ἥμισυ Βοιωτοὶ ἐφύλασσον) ἀνεχώρησαν τῷ στρατῷ, καὶ διελύθησαν κατὰ πόλεις. Πλαταιῆς δὲ παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας, καὶ τοὺς πρεσβυτάτους τε, καὶ πλῆθος τὸ ἀχρεῖον τῶν ἀνθρώπων πρότερον ἐκκεκομισμένοι ἦσαν ἐς τὰς Ἀθήνας. αὐτοὶ δ' ἐπολιορκοῦντο ἐγκαταλελειμμένοι τετρακόσιοι, Ἀθηναίων δὲ ὀγδοήκοντα, γυναῖκες δὲ δέκα καὶ ἑκατὸν σιτοποιοί. τοσοῦτοι ἦσαν οἱ ξύμπαντες ὅτε ἐς τὴν πολιορκίαν καθίσταντο· καὶ ἄλλος οὐδεὶς ἦν ἐν τῷ τείχει, οὔτε δοῦλος, οὔτε ἐλεύθερος. τοιαύτη μὲν ἡ Πλαταιέων πολιορκία κατεσκευάσθη.

οθ'. Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους, καὶ ἅμα τῇ τῶν Πλαταιέων ἐπιστρατείᾳ, Ἀθηναῖοι δισχιλίοις ὁπλίταις ἑαυτῶν καὶ ἱππεῦσι διακοσίοις ἐστράτευσαν ἐπὶ Χαλκιδέας τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης, καὶ Βοττιαίους, ἀκμάζοντος τοῦ Iulio exeunte.

alterum dimidium Boeoti custodiebant) cum exercitu redierunt, & alii ab aliis digressi, in suas quique urbes se receperunt. Plataeenses vero liberos, & uxores, & maximos quosque natu, & hominum nullius usus multitudinem iam ante Athenas exportarant. Ipsi vero, qui relicti obsidebantur, erant numero quadringenti, & Athenienses octoginta, & centum ac decem mulieres, quae panem faciebant. Tot erant universi, cum obsidionem tolerare coeperunt: nec ullus alius aut servus, aut liber in urbe erat. Huiusmodi igitur fuit obsidio contra Plataeenses instituta.

LXXIX. Eadem autem aestate, simul atque expeditio contra Plataeenses est a Lacedaemoniis suscepta, Athenienses cum duobus millibus sui corporis militum graviter armatorum, & ducentis equitibus, bellum intulerunt Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, & Bottiaeis, frumento

σίτου. ἐστρατήγει δὲ Ξενοφῶν ὁ Εὐριπίδου, τρίτος αὐτός. ἐλθόντες δὲ ὑπὸ Σπάρτωλον τὴν Βοττικὴν, τὸν σῖτον διέφθειραν. ἐδόκει δὲ καὶ προσχωρήσειν ἡ πόλις ὑπό τινων ἔνδοθεν πρασσόντων. προπεμψάντων δὲ ἐς Ὄλυνθον τῶν μὴ ταῦτα βουλομένων, ὁπλῖταί τε ἦλθον καὶ στρατιὰ ἐς φυλακήν. ἧς ἐπεξελθούσης ἐς τῆς Σπαρτώλου, ἐς μάχην καθίστανται Ἀθηναῖοι ὑπ' αὐτῇ τῇ πόλει. καὶ οἱ μὲν ὁπλῖται τῶν Χαλκιδέων, καὶ ἐπίκουροί τινες μετ' αὐτῶν, νικῶνται ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἀναχωροῦσιν ἐς τὴν Σπάρτωλον· οἱ δὲ ἱππῆς τῶν Χαλκιδέων καὶ ψιλοὶ νικῶσι τοὺς τῶν Ἀθηναίων ἱππέας καὶ ψιλούς. εἶχον δέ τινας οὐ πολλοὺς πελταστὰς ἐκ τῆς Κρουσίδος γῆς καλουμένης. ἄρτι δὲ τῆς μάχης γεγενημένης, ἐπι-

iam maturo. His vero praeerat Xenophon Euripidis filius, cum duobus aliis ducibus. Cum autem ad Spartolum Botticam copias duxiſſent, frumentum corruperunt. Haec autem civitas quorundam civium opera, qui hoc moliebantur, deditionem factura videbatur. Sed cum adverſae factionis homines, qui haec pati nolebant, Olynthum nuntios auxilium petituros ante miſiſſent, gravis armaturae milites venerunt, & reliquus exercitus ad urbis cuſtodiam. Qui cum Spartolo adverſus hoſtem prodiiſſet, Athenienſes proelium ad ipſam urbem cum eo commiſerunt. Et Chalcidenſium gravis armatura, & cum illis nonnulli auxiliarii milites ab Athenienſibus vincuntur, & in urbem ſeſe recipiunt. Chalcidenſium vero equitatus, ac levis armatura vincit Athenienſium equitatum, & levem armaturam. Chalcidenſes autem habebant aliquot, non multos tamen, cetratos ex agro, qui Cruſis appellatur, cumque non multo ante proelium commiſſum fuiſſet, alia cetratorum manus,

βοηθοῦσιν ἄλλοι πελτασταὶ ἐκ τῆς Ὀλύνθου. καὶ οἱ ἐκ τῆς Σπαρτώλου ψιλοὶ, ὡς εἶδον, θαρσήσαντες τοῖς τε προσγιγνομένοις, καὶ ὅτι πρότερον οὐχ ἥσσηντο, ἐπιτίθενται αὖθις μετὰ τῶν Χαλκιδέων ἱππέων, καὶ τῶν προσβοηθησάντων τοῖς Ἀθηναίοις. καὶ ἀναχωροῦσι πρὸς τὰς δύο τάξεις, ἃς κατέλιπον παρὰ τοῖς σκευοφόροις. καὶ ὁπότε μὲν ἐπίοιεν οἱ Ἀθηναῖοι, ἐνεδίδοσαν, ἀποχωροῦσι δὲ ἐνέκειντο, καὶ ἐσηκόντιζον. οἵ τε ἱππῆς τῶν Χαλκιδέων προσιππεύοντες ᾗ δοκοῖ ἐσέβαλλον, καὶ οὐχ ἥκιστα φοβήσαντες ἔτρεψαν τοὺς Ἀθηναίους, καὶ ἐπεδίωξαν ἐπὶ πολύ. καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἐς τὴν Ποτίδαιαν καταφεύγουσι, καὶ ὕστερον τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους κομισάμενοι, ἐς τὰς Ἀθήνας ἀναχωροῦσι τῷ περιόντι τοῦ στρατοῦ. ἀπέθανον δὲ αὐτῶν τριάκοντα καὶ τετρα-

Olyntho miſſa, ſuis ſubſidio venit. Tunc vero levis armaturae milites, qui Spartoli erant, cum novum ſubſidium vidiſſent, tum recentium copiarum acceſſione magis confirmati, tum etiam quod antea victi non fuiſſent, cum Chalcidenſium equitatu & ſubſidiariis Athenienſes iterum invadunt. Illi vero ſe recipiunt ad duas cohortes, quas ad impedimenta reliquerant. Quoties autem Athenienſes armis infeſtis eos petebant, illi recedebant; quoties vero recedebant, eos urgebant, & tela in eos iaculabantur. Et Chalcidenſium equites adequitantes, qua locus ad hoſtes invadendum opportunus videbatur, impreſſionem in eos faciebant; & Athenienſes maxime perculſos in fugam verterunt, & longe ſunt perſecuti. Atque Athenienſes quidem fuga Potidaeam ſe receperunt, poſteaque, ſuorum cadaveribus fide publica interpoſita receptis, cum copiarum reliquiis Athenas reverterunt. Ex eorum autem numero

κόσιοι, καὶ οἱ στρατηγοὶ ἅπαντες. οἱ δὲ Χαλκιδῆς καὶ οἱ Βοττιαῖοι τροπαῖόν τε ἔστησαν, καὶ τοὺς νεκροὺς τοὺς αὑτῶν ἀνελόμενοι, διελύθησαν κατὰ πόλεις.

Septembri. π'. Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους, οὐ πολλῷ ὕστερον τούτων, Ἀμπρακιῶται καὶ Χάονες βουλόμενοι Ἀκαρνανίαν πᾶσαν καταστρέψασθαι, καὶ Ἀθηναίων ἀποστῆσαι, πείθουσι Λακεδαιμονίους ναυτικὸν παρασκευάσασθαι ἐκ τῆς ξυμμαχίδος, καὶ ὁπλίτας χιλίους πέμψαι ἐς Ἀκαρνανίαν· λέγοντες ὅτι ἢν ναυσὶ καὶ πεζῷ ἅμα μετὰ σφῶν ἔλθωσιν, ἀδυνάτων ὄντων ξυμβοηθεῖν τῶν ἀπὸ θαλάσσης Ἀκαρνάνων, ῥᾳδίως ἂν Ἀκαρνανίαν σχόντες, καὶ τῆς Ζακύνθου καὶ Κεφαλληνίας κρατήσουσι, καὶ ὁ περίπλους οὐκέτι ἔσοιτο Ἀθηναίοις ὁμοίως περὶ Πελοπόννησον. ἐλπίδα δ' εἶναι καὶ Ναύπακτον λαβεῖν. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι πεισθέντες Κνῆμον μὲν, ναύαρχον ἔτι

quadringenti & triginta, omnesque duces obierunt. Chalcidenses vero & Bottiaei tropaeum statuerunt, susceptisque suorum cadaveribus, in suas quique urbes discesserunt.

LXXX. Eadem aestate, non multo post haec, Ambraciotae, & Chaones, cupientes totam Acarnaniam subigere, & ab Atheniensibus alienare, Lacedaemoniis persuaserunt, ut classem ex sociis civitatibus pararent, & mille gravis armaturae milites in Acarnaniam mitterent. Dicebant enim, illos, si cum navibus, simul & peditatu secum venirent, (quod Acarnanes, qui maritimam oram incolebant, copiis coactis opem suis laborantibus ferre non possent) Acarnania facile potitos, Zacynthum etiam, & Cephalleniam in suam potestatem redacturos, ut non amplius ita libera Atheniensibus circum Peloponnesum navigatio esset: quin etiam Naupacti capiendae spem esse. Lace-

ὄντα, καὶ τοὺς ὁπλίτας ἐπὶ ναυσὶν ὀλίγαις εὐθὺς πέμπουσι· τῷ δὲ ναυτικῷ περιήγγειλαν παρασκευασαμένῳ ὡς τάχιστα πλεῖν ἐς Λευκάδα. ἦσαν δὲ Κορίνθιοι ξυμπροθυμούμενοι μάλιστα τοῖς Ἀμπρακιώταις, ἀποίκοις οὖσι. καὶ τὸ μὲν ναυτικὸν ἔκ τε Κορίνθου καὶ Σικυῶνος καὶ τῶν ταύτῃ χωρίων, ἐν παρασκευῇ ἦν. τὸ δ' ἐκ Λευκάδος καὶ Ἀνακτορίου καὶ Ἀμπρακίας πρότερον ἀφικόμενον, ἐν Λευκάδι περιέμενε. Κνῆμος δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ χίλιοι ὁπλῖται, ἐπειδὴ ἐπεραιώθησαν λαθόντες Φορμίωνα, ὃς ἦρχε τῶν εἴκοσι νεῶν τῶν Ἀττικῶν, αἳ περὶ Ναύπακτον ἐφρούρουν, εὐθὺς παρεσκευάζοντο τὴν κατὰ γῆν στρατείαν. καὶ αὐτῷ παρῆσαν Ἑλλήνων μὲν Ἀμπρακιῶται καὶ Λευκάδιοι καὶ Ἀνακτόριοι, καὶ οὓς αὐτὸς ἔχων ἦλθε, χίλιοι Πελοποννησίων· βάρβαροι δὲ,

daemonii vero, illorum verbis adducti, Cnemum, qui classis Praetor adhuc erat, & gravis armaturae milites eo cum aliquot navibus e vestigio mittunt. Nuntiis autem circummissis imperarunt sociis, ut classem expedirent, & primo quoque tempore Leucadem venirent. Corinthii autem potissimum Ambraciotis, suis colonis, studiose favebant; & classis quidem Corinthiorum, Sicyoniorum, & oppidorum in illa regione sitorum instruebatur. Nam Leucadiorum, Anactoriorum, & Ambraciotarum classis, iam ante eo profecta, ad Leucada praestolabatur. Cnemus vero & mille gravis armaturae milites, quos secum ducebat, postquam mare traiecerunt clam Phormione, qui viginti navibus Atticis praeerat, quae circa Naupactum in praesidio erant, se confestim ad expeditionem itinere terrestri faciendam parare coeperunt. eique praesto fuerunt ex Graecis quidem, Ambraciotae, Leucadii, & Anactorii, & mille Pe-

Χάονες χίλιοι, ἀβασίλευτοι, ὧν ἡγοῦντο ἐπ' ἐτησίῳ προστασίᾳ [ἐκ] τοῦ ἀρχικοῦ γένους Φώτιος καὶ Νικάνωρ. ἐστρατεύοντο δὲ μετὰ Χαόνων καὶ Θεσπρωτοὶ ἀβασίλευτοι. Μολοσσοὺς δὲ ἦγε καὶ Ἀντιτᾶνας Σαβύλινθος, ἐπίτροπος ὢν Θάρυπος τοῦ βασιλέως, ἔτι παιδὸς ὄντος· καὶ Παραυαίους Ὄροιδος, βασιλεὺς ὤν. Ὀρέσται δὲ χίλιοι, ὧν ἐβασίλευεν Ἀντίοχος, μετὰ Παραυαίων ξυνεστρατεύοντο Ὀροίδῳ, Ἀντιόχου ἐπιτρέψαντος. ἔπεμψε δὲ καὶ Περδίκκας κρύφα τῶν Ἀθηναίων χιλίους Μακεδόνων, οἱ ὕστερον ἦλθον. τούτῳ τῷ στρατῷ ἐπορεύετο Κνῆμος, οὐ περιμείνας τὸ ἀπὸ Κορίνθου ναυτικόν· καὶ διὰ τῆς Ἀργείας ἰόντες, Λιμναίαν κώμην ἀτείχιστον ἐπόρθησαν. ἀφικνοῦνταί τε ἐπὶ Στράτον, πόλιν μεγίστην τῆς Ἀκαρνανίας, νομίζοντες, εἰ

loponnesii, quos ipse secum ducebat. Ex barbaris vero, mille Chaones, qui regio dominatu non regebantur, quibus praeerant annuum magistratum gerentes Photius & Nicanor, ex familia, cui ad magistratus patebat aditus. Cum Chaonibus vero militabant & Thesproti, qui & ipsi dominatu regio non gubernabantur. Molossos vero ducebat & Antitanas Sabylinthus, Tharypis regis adhuc pupilli tutelam gerens: & Parauaeos, Oroedus rex. Mille etiam Orestae, permissu Antiochi, qui rex ipsorum erat, cum Parauaeis & Oroedo ad eandem militiam proficiscebantur. Perdiccas etiam clam Atheniensibus mille Macedonas misit, qui postea supervenerunt. Cum hoc exercitu Cnemus, non exspectata Corinthiorum classe, discessit; & per agrum Argivum iter facientes, Limnaeam pagum nullis cinctum muris diripuerunt. Et ad Stratum pervenerunt, maximam Acarnaniae urbem; existimantes, si hanc primam cepissent,

πρώτην ταύτην λάβοιεν, ῥᾳδίως ἂν σφίσι τἄλλα προσχωρήσειν.

πα΄. Ἀκαρνᾶνες δὲ, αἰσθόμενοι κατά τε τὴν γῆν πολλὴν στρατιὰν ἐσβεβληκυῖαν, ἔκ τε θαλάσσης ναυσὶν ἅμα τοὺς πολεμίους παρεσομένους, οὔτε ξυνεβοήθουν, ἐφύλασσόν τε τὰ αὑτῶν ἕκαστοι· παρά τε Φορμίωνα ἔπεμπον, κελεύοντες ἀμύνειν. ὁ δὲ ἀδύνατος ἔφη εἶναι, ναυτικοῦ ἐκ Κορίνθου μέλλοντος ἐκπλεῖν, Ναύπακτον ἐρήμην ἀπολιπεῖν. οἱ δὲ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, τρία τέλη ποιήσαντες σφῶν αὐτῶν, ἐχώρουν πρὸς τὴν τῶν Στρατίων πόλιν, ὅπως ἐγγὺς στρατοπεδευσάμενοι, εἰ μὴ λόγῳ πείθοιεν, ἔργῳ πειρῶντο τοῦ τείχους. καὶ τὸ μέσον μὲν ἔχοντες προσῄεσαν Χάονες, καὶ οἱ ἄλλοι βάρβαροι· ἐκ δεξιᾶς δ' αὐτῶν, Λευκάδιοι καὶ Ἀνακτόριοι, καὶ οἱ μετὰ τούτων· ἐν ἀριστερᾷ δὲ

ceteras etiam haud aegre in ſuam poteſtatem venturas.

LXXXI. Acarnanes vero, cum intellexiſſent, & terra magnas copias in agrum ſuum irruptionem feciſſe, & mari ſimul hoſtes cum claſſe contra ſe venturos, copias non coëgerunt, ut ſuis laborantibus opem ferrent; ſed ſua quique cuſtodiebant. Et ad Phormionem nuntios miſerunt, per quos eum rogarunt, ut auxilium ſibi ferret. Ille vero reſpondit, ſe non poſſe, quod claſſis Corintho eſſet ventura, Naupactum praeſidio nudatam relinquere. Peloponneſii vero, eorumque ſocii, ſuas copias in tres acies partiti, ad urbem Stratiorum iverunt; ut, caſtris prope illam poſitis, niſi verbis eos ad deditionem faciendam inducere poſſent, re ipſa muros tentarent. Atque dum ad urbem accederent, medium quidem agmen tenebant Chaones, & ceteri barbari: ad dextram vero ipſorum erant Leucadii,

Κνῆμος, καὶ οἱ Πελοποννήσιοι, καὶ οἱ Ἀμπρακιῶται. διεῖχον δὲ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ἔστιν ὅτε οὐδὲ ἑωρῶντο. καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες τεταγμένοι τε προσῄεσαν, καὶ διὰ φυλακῆς ἔχοντες, ἕως ἐστρατοπεδεύσαντο ἐν ἐπιτηδείῳ. οἱ δὲ Χάονες, σφίσι τε αὐτοῖς πιστεύοντες, καὶ ἀξιούμενοι ὑπὸ τῶν ἐκείνῃ ἠπειρωτῶν μαχιμώτατοι εἶναι, οὔτ' ἐπέσχον τὸ στρατόπεδον καταλαβεῖν, χωρήσαντές τε ῥύμῃ μετὰ τῶν ἄλλων βαρβάρων, ἐνόμισαν [καὶ] αὐτοβοεὶ ἂν τὴν πόλιν ἑλεῖν, καὶ αὐτῶν τὸ ἔργον γενέσθαι. γνόντες δ' αὐτοὺς οἱ Στράτιοι ἔτι προσιόντας, καὶ ἡγησάμενοι, μεμονωμένων εἰ κρατήσειαν, οὐκ ἂν ἔτι σφίσι τοὺς Ἕλληνας ὁμοίως προσελθεῖν, προλοχίζουσι τὰ περὶ τὴν πόλιν ἐνέδραις· καὶ ἐπειδὴ ἐγγὺς ἦσαν, ἔκ τε τῆς πόλεως ὁμόσε χωρήσαντες καὶ ἐκ τῶν ἐνεδρῶν,

Anactorii, & qui cum ipsis veniebant; ad laevam, Cnemus, Peloponnesii, & Ambraciotae. Magno autem intervallo alii ab aliis distabant, quin etiam interdum a mutuo conspectu remoti erant. Et Graeci quidem servatis ordinibus, & caute procedebant, donec in opportuno loco castra posuerunt. Chaones vero, qui suis ipsorum viribus confiderent, & ab illius continentis incolis bellicosissimi esse indicarentur, castris ponendis locum deligere non sustinuerunt; impetuque cum ceteris barbaris lati, urbem vel ipso clamore tantum se capturos, atque hoc facinus sibi tributum iri existimarunt. Stratii vero cum eos propius accedere vidissent, & existimassent, si eos a ceteris sciunctos superassent, Graecos non amplius pariter ad se accessuros, in locis urbi circumcirca vicinis insidias ante collocant. Postquam autem illi propius accesserunt, ex urbe pariter, & ex insidiis prosilientes impressionem faciunt.

προσπίπτουσι· καὶ ἐς φόβον καταστάντων, διαφθείρονταί τε πολλοὶ τῶν Χαόνων· καὶ οἱ ἄλλοι βάρβαροι, ὡς εἶδον αὐτοὺς ἐνδόντας, οὐκέτι ὑπέμειναν, ἀλλ' ἐς φυγὴν κατέστησαν. τῶν δὲ Ἑλληνικῶν στρατοπέδων οὐδέτερον ᾔσθετο τῆς μάχης, διὰ τὸ πολὺ προελθεῖν αὐτοὺς, καὶ στρατόπεδον οἰηθῆναι καταληψομένους ἐπείγεσθαι. ἐπεὶ δὲ ἐνέκειντο φεύγοντες οἱ βάρβαροι, ἀνελάμβανόν τε αὐτοὺς, καὶ ξυναγαγόντες τὰ στρατόπεδα, ἡσύχαζον αὐτοῦ τὴν ἡμέραν· ἐς χεῖρας μὲν οὐκ ἰόντων σφίσι τῶν Στρατίων, διὰ τὸ μήπω τοὺς ἄλλους Ἀκαρνᾶνας ξυμβεβοηθηκέναι, ἄποθεν δὲ σφενδονώντων, καὶ ἐς ἀπορίαν καθιστάντων. οὐ γὰρ ἦν ἄνευ ὅπλων κινηθῆναι. δοκοῦσι δ' οἱ Ἀκαρνᾶνες κράτιστοι εἶναι τοῦτο ποιεῖν.

πβ'. Ἐπειδὴ δὲ νὺξ ἐγένετο, ἀναχωρήσας ὁ Κνῆμος τῇ στρατιᾷ κατὰ τάχος ἐπὶ τὸν Ἄναπον ποταμὸν, ὃς

Illisque timore perculsis, multi Chaones caeduntur; ceterique barbari, postquam eos cedentes animadverterunt, ne ipsi quidem hostium impetum amplius sustinuerunt, sed in fugam se coniecerunt. Neutrum autem Graecorum agmen hanc pugnam sensit, quod illi longius processissent, eosque Graeci properare crederent, ut locum castris faciendis opportunum occuparent. Sed cum effusa fuga barbari ferrentur, eos ad se recipiebant, castrisque iunctis, ibi per diem quieverunt: quod Stratii cum ipsis ad manus venire nollent, quia ceterorum Acarnanum auxilia ad ipsos nondum convenerant; sed hostem fundis eminus lacesserent, & ad inopiam consilii compellerent. Nec enim sine gravis armaturae militibus loco sese movere audebant. Acarnanes autem hoc pugnae genere excellere existimantur.

LXXXII. Ubi vero nox advenit, Cnemus cum exerci-

ἀπέχει σταδίους ὀγδοήκοντα Στράτου, τούς τε νεκροὺς κομίζεται τῇ ὑστεραίᾳ ὑποσπόνδους· καὶ Οἰνιαδῶν ξυμπαραγενομένων κατὰ φιλίαν, ἀναχωρεῖ παρ' αὐτοὺς, πρὶν τὴν ξυμβοήθειαν ἐλθεῖν. κἀκεῖθεν ἐπ' οἴκου ἀπῆλθον ἕκαστοι. οἱ δὲ Στράτιοι τροπαῖον ἔστησαν τῆς μάχης τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους.

πγ. Τὸ δ' ἐκ τῆς Κορίνθου καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων τῶν ἐκ τοῦ Κρισαίου κόλπου ναυτικὸν, ὃ ἔδει παραγενέσθαι τῷ Κνήμῳ, ὅπως μὴ ξυμβοηθῶσιν οἱ ἀπὸ θαλάσσης ἄνω Ἀκαρνᾶνες, οὐ παραγίγνεται, ἀλλ' ἠναγκάσθησαν περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας τῆς ἐν Στράτῳ μάχης ναυμαχῆσαι πρὸς Φορμίωνα, καὶ τὰς εἴκοσι ναῦς τῶν Ἀθηναίων, αἳ ἐφρούρουν ἐν Ναυπάκτῳ. ὁ γὰρ Φορμίων παραπλέοντας αὐτοὺς ἔξω τοῦ κόλπου ἐτήρει,

tu celeriter ſeſe recipiens ad fluvium Anapum, octoginta ſtadiis a Strato diſtantem, poſtero die, impetrata fide publica, ſuorum cadavera recepit. cumque Oeniadae per amicitiam ſe illi adiunxiſſent, ad eos conceſſit, antequam ceterorum Acarnanum auxilia in unum convenirent: atque illinc omnes domum redierunt. Stratii vero tropaeum ſtatuerunt proelii cum barbaris commiſſi.

LXXXIII. Claſſis autem, quam Corintho, & ab aliis ſociis ex ſinu Criſaeo ad Cnemum venire oportuerat, ne Acarnanes, qui maritimam oram incolebant, illis, qui in ſuperioribus ac mediterraneis locis habitabant, copiis undique collectis auxilium ferrent, non venit: ſed per illos ipſos dies proelii ad Stratum facti, coacti ſunt navalem pugnam committere cum Phormione, & viginti navibus Athenienſium, quae Naupacti in ſtatione praeſidii cauſa manebant. Phormio enim ipſos terram legentes extra ſinum

Digitized by Google

βουλόμενος ἐν τῇ εὐρυχωρίᾳ ἐπιθέσθαι. οἱ δὲ Κορίνθιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἔπλεον μὲν, ὡς οὐκ ἐπὶ ναυμαχίᾳ ἀλλὰ στρατιωτικώτερον παρεσκευασμένοι, ἐς τὴν Ἀκαρνανίαν· καὶ οὐκ ἂν οἰόμενοι πρὸς ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα ναῦς τὰς σφετέρας τολμῆσαι τοὺς Ἀθηναίους εἴκοσι ταῖς ἑαυτῶν ναυμαχίαν ποιήσασθαι· ἐπειδὴ μέντοι ἀντιπαραπλέοντάς τε ἑώρων αὐτοὺς, παρὰ γῆν σφῶν κομιζομένων, καὶ ἐκ Πατρῶν τῆς Ἀχαΐας πρὸς τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον διαβαλλόντων ἐπὶ Ἀκαρνανίας, κατεῖδον τοὺς Ἀθηναίους ἀπὸ τῆς Χαλκίδος καὶ τοῦ Εὐηνοῦ ποταμοῦ προσπλέοντας σφίσι, καὶ οὐκ ἔλαθον νυκτὸς ὑφορμισάμενοι· οὕτω δὴ ἀναγκάζονται ναυμαχεῖν κατὰ μέσον τὸν πορθμόν. στρατηγοὶ δὲ ἦσαν μὲν καὶ κατὰ πόλεις ἑκάστων, οἳ παρεσκευάζοντο· Κορινθίων δὲ, Μά-

observabat, eo consilio, ut in apertum & patens mare progressos aggrederetur. Corinthii vero, eorumque socii, non ut ad navale proelium, sed potius more peditum instructi, in Acarnaniam navigabant: simul etiam quia putabant, Athenienses, qui viginti tantum naves habebant, cum suis septem & quadraginta navibus pugnam committere non ausuros. Verumtamen postquam ipsos infesta classe contra se navigantes viderunt, dum ipsi maritimam oram legerent, & dum e Patris Achaiae oppido ad oppositam continentem in Acarnaniam traiicerent, animadverterunt Athenienses ex Chalcide & Eueno fluvio contra se tendentes: (quamvis enim Athenienses prope illos portum noctu cepissent, Peloponnesios tamen non latuerunt.) Ita demum in medio freto navale proelium committere coguntur. Duces autem & oppidatim omnium erant, qui se ad pugnam parabant. Corinthiorum vero, Machon, Iso-

χων, καὶ Ἰσοκράτης, καὶ Ἀγαθαρχίδας. καὶ οἱ μὲν Πελοποννήσιοι ἐτάξαντο, κύκλον τῶν νεῶν ποιήσαντες ὡς μέγιστον οἷοί τ' ἦσαν, μὴ διδόντες διέκπλουν, τὰς πρώρας μὲν ἔξω, εἴσω δὲ τὰς πρύμνας· καὶ τά τε λεπτὰ πλοῖα ἃ ξυνέπλει, ἐντὸς ποιοῦνται, καὶ πέντε ναῦς τὰς ἄριστα πλεούσας, ὅπως ἐκπλέοιεν διαβραχέος παραγιγνόμενοι, εἴπη προσπίπτοιεν οἱ ἐναντίοι.

πδ΄. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι, κατὰ μίαν ναῦν τεταγμένοι, περιέπλεον αὐτοὺς κύκλῳ, καὶ ξυνῆγον ἐς ὀλίγον, ἐν χρῷ ἀεὶ παραπλέοντες, καὶ δόκησιν παρέχοντες αὐτίκα ἐμβαλεῖν. προείρητο δ' αὐτοῖς ὑπὸ Φορμίωνος μὴ ἐπιχειρεῖν πρὶν ἂν αὐτὸς σημήνῃ. ἤλπιζε γὰρ αὐτῶν οὐ μενεῖν τὴν τάξιν, ὥσπερ ἐν γῇ πεζὴν, ἀλλὰ ξυμπεσεῖ-

crates, & Agatharchidas. Ac Peloponnesii quidem aciem instruxerunt, facto suarum navium orbe quam maximo potuerunt, non permittentes, ut hostium naves per mediam suam classem transcurrerent: & proras quidem extra, puppes vero intro verterunt; parvaque navigia, quae simul navigabant, intra navium orbem receperunt, & quinque naves celeritate praestantes, ut, si qua hostes irruerent, per intervallum, quod exiguum erat, ipsae praesto essent ad eruptionem in eos faciendam.

LXXXIV. Athenienses vero, cum suas naves in longiorem seriem disposuissent, ita ut singulae singulas deinceps sequerentur, eos undique circumvehi, & in angustum contrahere coeperunt, hostilium navium proras semper cursu propemodum radentes, & impressionis iamiam faciendae opinionem praebentes. Sed Phormio ipsis ante praeceperat, ne hostem prius aggrederentur, quam ipse signum dedisset. Sperabat enim, hunc ipsorum ordinem in eodem

σθαι πρὸς ἀλλήλας τὰς ναῦς, καὶ τὰ πλοῖα ταραχὴν παρέξειν· εἴτ' ἐκπνεῦσαι ἐκ τοῦ κόλπου τὸ πνεῦμα, ὅπερ ἀναμένων τε περιέπλει, καὶ εἰώθει γίγνεσθαι ἐπὶ τὴν ἕω, οὐδένα χρόνον ἡσυχάσειν αὐτούς. καὶ τὴν ἐπιχείρησιν ἐφ' ἑαυτῷ τε ἐνόμιζεν εἶναι, ὁπόταν βούληται, τῶν νεῶν ἄμεινον πλεουσῶν, καὶ τότε καλλίστην γίγνεσθαι. ὡς δὲ τό, τε πνεῦμα κατῄει, καὶ αἱ νῆες ἐν ὀλίγῳ ἤδη οὖσαι ὑπ' ἀμφοτέρων, τοῦ τε ἀνέμου, τῶν τε πλοίων ἅμα προσκειμένων, ἐταράσσοντο, καὶ ναῦς τε νηὶ προσέπιπτε, καὶ τοῖς κοντοῖς διωθοῦντο, βοῇ τε χρώμενοι, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀντιφυλακῇ τε καὶ λοιδορίᾳ, οὐδὲν κατήκουον οὔτε τῶν παραγγελλομένων, οὔτε τῶν κελευστῶν·

ſtatu, ut in pedeſtri pugna, quae in terra committitur, non permanſurum; ſed naves inter ſe concurſuras, & parva navigia perturbationem illis allatura: praeterea ventum ex ſinu Criſaeo ſpiraturum, qui ſub auroram quotidie ſlare conſueverat, quem ille exſpectans navibus circumvehebatur, ratus, ne momento quidem temporis Corinthiorum naves ſtaturas. Exiſtimabat etiam, ipſum hoſtes invadendi tempus in ſua poteſtate fore, ita ut eos arbitratu ſuo aggrederetur, ob maiorem ſuarum navium celeritatem, qua longe praeſtabat: & tunc, cum ventus ſpirare coepiſſet, pulcherrimam hoſtis adoriendi occaſionem fore. Ubi autem & ventus ſlare coepit, & naves iam in arctum redactae duabus de cauſis, cum ob ventum, tum etiam quod parva navigia ſimul ipſis incumberent, turbari coeperunt; & navis cum navi concurrebat, & viri naves alienas contis a ſuis repellebant; &, quia clamores edebant, & viciſſim alii aliorum naves, earumque mutuum concurſum vitare conabantur, & conviciis utebantur, nec ea, quae praeci-

καὶ τὰς κώπας ἀδύνατοι ὄντες ἐν κλυδωνίῳ ἀναφέρειν ἄνθρωποι ἄπειροι, τοῖς κυβερνήταις ἀπειθεστέρας τὰς ναῦς παρεῖχον· τότε δὴ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον σημαίνει, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι προσπεσόντες, πρῶτον μὲν καταδύουσι τῶν στρατηγίδων νεῶν μίαν, ἔπειτα δὲ καὶ τὰς ἄλλας, ᾗ χωρήσειαν, διέφθειρον· καὶ κατέστησαν ἐς ἀλκὴν μὲν μηδένα τρέπεσθαι αὐτῶν ὑπὸ τῆς ταραχῆς, φεύγειν δ' ἐς Πάτρας, καὶ Δύμην τῆς Ἀχαίας. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, καταδιώξαντες, καὶ ναῦς δώδεκα λαβόντες, τούς τε ἄνδρας ἐξ αὐτῶν τοὺς πλείστους ἀνελόμενοι, ἐς Μολύκρειον ἀπέπλεον· καὶ τροπαῖον στήσαντες ἐπὶ τῷ Ῥίῳ, καὶ ναῦν ἀναθέντες τῷ Ποσειδῶνι, ἀνεχώρησαν ἐς Ναύπακτον. παρέπλευσαν δὲ καὶ οἱ Πελοποννήσιοι εὐθὺς ταῖς περιλοίποις τῶν νεῶν ἐκ τῆς Δύμης καὶ Πατρῶν ἐς

piebantur, nec hortatorum voces exaudire poterant. Quoniam autem homines imperiti remos in maris agitati fluctibus attollere non poterant, naves gubernatoribus minus obtemperantes praebebant. Tunc vero Phormio, hoc ipso temporis articulo, suis dat signum: & Athenienses, facta impressione, primum quidem unam ex praetoriis navibus deprimunt; deinde vero & alias, quacunque transibant, corrumpebant. Et effecerunt, ut nullus ipsorum, propter perturbationem, ad resistendum se converteret; sed Patras versus, & Dymen Achaiae fugerent. Athenienses vero illos persecuti, captisque duodecim navibus, & occisa maxima parte hominum, qui in illis erant, ad Molycricum navigarunt, & tropaeum in promontorio Rhio statuerunt, navique Neptuno consecrata, Naupactum redierunt. Peloponnesii quoque cum reliquis navibus ex Dyme & Patris ad Cyllenen, Eleorum navale, confestim praetervecti

Κυλλήνην, τὸ Ἠλείων ἐπίνειον· καὶ ἀπὸ Λευκάδος, Κνῆμος, καὶ αἱ ἐκεῖθεν νῆες, ἃς ἔδει ταύταις ξυμμῖξαι, ἀφικνοῦνται μετὰ τὴν ἐν Στράτῳ μάχην ἐς τὴν Κυλλήνην.

πέ. Πέμπουσι δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ Κνήμῳ ξυμβούλους ἐπὶ τὰς ναῦς, Τιμοκράτην καὶ Βρασίδαν καὶ Λυκόφρονα, κελεύοντες ἄλλην ναυμαχίαν βελτίω κατασκευάζεσθαι, καὶ μὴ ὑπ' ὀλίγων νεῶν εἴργεσθαι τῆς θαλάσσης. ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς, ἄλλως τε καὶ πρῶτον ναυμαχίας πειρασαμένοις, πολὺς ὁ παράλογος εἶναι· καὶ οὐ τοσούτῳ ᾤοντο σφῶν τὸ ναυτικὸν λείπεσθαι, γεγενῆσθαι δέ τινα μαλακίαν· οὐκ ἀντιτιθέντες τὴν Ἀθηναίων ἐκ πολλοῦ ἐμπειρίαν τῆς σφετέρας δι' ὀλίγου μελέτης. ὀργῇ οὖν ἀπέστελλον. οἱ δέ, ἀφικόμενοι μετὰ

pervenerunt. Huc etiam Cnemus ex Leucade, & naves Leucadiae, quas cum his antea coniungi oportuerat, post pugnam ad Stratum commissam, venerunt.

LXXXV. Lacedaemonii vero Cnemo miserunt Timocratem, Brasidam, & Lycophronem, quorum consilio in rebus nauticis uteretur; imperantes, ut alterum navale proelium superiore melius pararet, nec a paucis navibus maris usu prohiberetur. Ipsis enim videbatur (praecipue vero, quia tunc primum navalis proelii periculum fecerant) haec res admodum praeter exspectationem accidisse. neque adeo classem suam inferiorem esse, sed potius quandam ignaviam in suis militibus fuisse, existimabant: non reputantes, quantum ab ipsorum brevi in re nautica exercitatione distaret Atheniensium peritia longo usu confirmata. Quare cum indignatione hos ad Cnemum miserunt. Hi autem, cum ad Cnemum pervenissent, de communi consilio nuntiis circummissis, certum navium numerum

Κνήμου, ναῦς τε περιήγγελλον κατὰ πόλεις, καὶ τὰς προϋπαρχούσας ἐξηρτύοντο ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν. πέμπει δὲ καὶ ὁ Φορμίων ἐς τὰς Ἀθήνας τήν τε παρασκευὴν αὐτῶν ἀγγελοῦντας, καὶ περὶ τῆς ναυμαχίας ἣν ἐνίκησαν φράσοντας, καὶ κελεύων αὐτῷ ναῦς ὅτι πλείστας διὰ τάχους ἀποστεῖλαι, ὡς καθ' ἡμέραν ἑκάστην ἐλπίδος οὔσης ἀεὶ ναυμαχήσειν. οἱ δὲ ἀποπέμπουσιν εἴκοσι ναῦς αὐτῷ. τῷ δὲ κομίζοντι αὐτὰς προσεπέστειλαν ἐς Κρήτην πρῶτον ἀφικέσθαι. Νικίας γὰρ Κρὴς Γορτύνιος, πρόξενος ὤν, πείθει αὐτοὺς ἐπὶ Κυδωνίαν πλεῦσαι, φάσκων προσποιήσειν αὐτὴν οὖσαν πολεμίαν. ἐπῆγε δὲ, Πολιχνίταις χαριζόμενος ὁμόροις τῶν Κυδωνιατῶν. καὶ ὁ μὲν, λαβὼν τὰς ναῦς, ᾤχετο ἐς Κρήτην, καὶ μετὰ τῶν Πολιχνιτῶν ἐδῄουν τὴν γῆν τῶν Κυδωνιατῶν καὶ ὑπὸ

ſingulis civitatibus imperarunt, & quas iam habebant, ad navale proelium committendum reficiebant. Phormio & ipſe Athenas miſit, qui Lacedaemoniorum apparatum indicarent, & proelii navalis victoriam a ſe partam ſignificarent. petiitque, ut quam plurimas naves primo quoque tempore ad ſe mitterent, quod quotidie proelii navalis committendi ſpes eſſet. Illi vero viginti naves ad eum mittunt. Ei autem, qui eas adducebat, praeterea mandarunt, ut primum in Cretam navigaret. Nicias enim Cretenſis Gortynius, qui erat Athenienſium hoſpes, ipſis perſuaſit, ut in Cydoniam navigarent, dicens fore, ut eam, quae ipſis erat inimica, in ipſorum poteſtatem redigeret. Illos autem ad hoc faciendum induxit, Polichnitis, qui Cydoniatis erant finitimi, gratificari cupiens. Atque ille quidem cum navibus, quas acceperat, in Cretam abiit, & cum Polichnitis Cydoniatarum agrum vaſtavit. Ibique cum

ἀνέμων καὶ ὑπὸ ἀπλοίας ἐνδιέτριψεν οὐκ ὀλίγον χρόνον.

πϛʹ. Οἱ δ' ἐν τῇ Κυλλήνῃ Πελοποννήσιοι, ἐν τούτῳ ἐν ᾧ οἱ Ἀθηναῖοι περὶ τὴν Κρήτην κατείχοντο, παρεσκευασμένοι ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν, παρέπλευσαν ἐς Πάνορμον τὸν Ἀχαϊκὸν οὗπερ αὐτοῖς ὁ κατὰ γῆν στρατὸς τῶν Πελοποννησίων προσεβεβοηθήκει. παρέπλευσε δὲ καὶ ὁ Φορμίων ἐπὶ τὸ Ῥίον τὸ Μολυκρικὸν, καὶ ὡρμίσατο ἔξω αὐτοῦ ναυσὶν εἴκοσιν, αἷσπερ καὶ ἐναυμάχησεν. ἦν δὲ τοῦτο μὲν τὸ Ῥίον φίλιον τοῖς Ἀθηναίοις, τὸ δ' ἕτερον Ῥίον ἐστὶν ἀντιπέρας, τὸ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ· διέχετον δὲ ἀπ' ἀλλήλων σταδίους μάλιστα ἑπτὰ τῆς θαλάσσης. τοῦ δὲ Κρισαίου κόλπου στόμα τοῦτό ἐστιν. ἐπὶ οὖν τῷ Ῥίῳ τῷ Ἀχαϊκῷ οἱ Πελοποννήσιοι, ἀπέχοντι οὐ πολὺ τοῦ Πανόρμου, ἐν ᾧ αὐτοῖς ὁ πεζὸς ἦν, ὡρμίσαντο καὶ αὐτοὶ ναυσὶν ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα, ἐπειδὴ

propter ventos, tum etiam propter navigandi difficultatem, tempus non exiguum consuinsit.

LXXXVI. Peloponnesii vero, qui ad Cyllenen erant, interea dum Athenienses circa Cretam detinebantur, ad navale proelium instructi, ad Panormum Achaicum navigarunt; ubi erant terrestres Peloponnesiorum copiae in unum coactae, ut ipsis auxilium ferrent. Ipse quoque Phormio ad Rhium Molycricum ivit, ac extra ipsum cum viginti navibus stationem habuit, quibus etiam in proelio navali est usus. Hoc autem Rhium Atheniensibus erat amicum. Alterum vero Rhium, quod est in Peloponneso, est e regione: maris autem intervallo stadiorum fere septem alterum ab altero distat. hoc vero est Crisaei sinus os. Peloponnesii igitur ad Rhium Achaicum, quod a Panormo non multum aberat, in quo erant pedestres ipsorum co-

καὶ τοὺς Ἀθηναίους εἶδον. καὶ ἐπὶ μὲν ἓξ ἢ ἑπτὰ ἡμέρας ἀνθώρμουν ἀλλήλοις, μελετῶντές τε καὶ παρασκευαζόμενοι τὴν ναυμαχίαν· γνώμην ἔχοντες, οἱ μὲν, μὴ ἐκπλεῖν ἔξω τῶν Ῥίων ἐς τὴν εὐρυχωρίαν, φοβούμενοι τὸ πρότερον πάθος· οἱ δὲ, μὴ ἐσπλεῖν ἐς τὰ στενὰ, νομίζοντες πρὸς ἐκείνων εἶναι τὴν ἐν ὀλίγῳ ναυμαχίαν. ἔπειτα ὁ Κνῆμος καὶ ὁ Βρασίδας, καὶ οἱ ἄλλοι τῶν Πελοποννησίων στρατηγοὶ, βουλόμενοι ἐν τάχει τὴν ναυμαχίαν ποιῆσαι, πρίν τι καὶ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων ἐπιβοηθῆσαι, ξυνεκάλεσαν τοὺς στρατιώτας πρῶτον, καὶ ὁρῶντες αὐτῶν τοὺς πολλοὺς διὰ τὴν προτέραν ἧσσαν φοβουμένους, καὶ οὐ προθύμους ὄντας, παρεκελεύσαντο, καὶ ἔλεξαν τοιάδε.

πζʹ. Ἡ ΜΕΝ γενομένη ναυμαχία, ὦ ἄνδρες Πελοποννήσιοι, εἴτις ἄρα δι' αὐτὴν ὑμῶν φοβεῖται τὴν μέλ-

piae, & ipſi, poſtquam & Athenienſes conſpexerunt, cum ſeptem & ſeptuaginta navibus appulſi caſtra poſuerunt. Et per ſex ſeptemve dies adverſas ſtationes habuerunt, proelium navale meditantes ac praeparantes. Eo conſilio, hi quidem, quod extra haec Rhia in latum mare progredi non auderent, ſuperiore clade territi: illi vero, quod in anguſtias ingredi nollent, quia exiſtimabant pro illis facere, proelium in anguſtiis committi. Deinde Cnemus, Braſidas, ceterique Peloponneſiorum duces, cum proelium navale primo quoque tempore committere vellent, priuſquam nova claſſis Athenis miſſa iſtis ſubſidio veniret, primum milites convocarunt; cumque multos ipſorum propter ſuperiorem cladem territos, nec alacres animadverterent, ut animos illis adderent, haec verba fecerunt.

LXXXVII. *Si quis veſtrûm, viri Peloponneſii, propter ſu-*

λεῦσαι, οὐχὶ δικαίαν ἔχει τέκμαρσιν τὸ ἐκφοβῆσαι. τῇ τε γὰρ παρασκευῇ ἐνδεὴς ἐγένετο, ὥσπερ ἴστε, καὶ οὐχὶ ἐς ναυμαχίαν μᾶλλον ἢ ἐπὶ στρατείαν ἐπλέομεν. ξυνέβη δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῆς τύχης οὐκ ὀλίγα ἐναντιωθῆναι. καί που τὶ καὶ ἡ ἀπειρία πρῶτον ναυμαχοῦντας ἔσφηλεν· ὥστε οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν κακίαν τὸ ἡσσῆσθαι προσεγένετο. οὐδὲ δίκαιον, τῆς γνώμης τὸ μὴ κατὰ κράτος νικηθὲν, ἔχον δέ τινα ἐν αὐτῷ ἀντιλογίαν, τῆς [γε] ξυμφορᾶς τῷ ἀποβάντι ἀμβλύνεσθαι· νομίσαι δὲ ταῖς μὲν τύχαις ἐνδέχεσθαι σφάλλεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ταῖς δὲ γνώμαις τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ ἀνδρείους ὀρθῶς εἶναι· καὶ μὴ ἀπειρίαν, τοῦ ἀνδρείου παρόντος, προβαλλομένους, εἰκότως ἂν ἔν τινι κακοὺς γενέσθαι. ὑμῶν δὲ οὐδ' ἡ ἀπειρία τοσοῦτον λείπεται ὅσον τόλμη προέχετε· τῶνδε δὲ ἡ ἐπιστήμη, ἣν μάλιστα φοβεῖσθε, ἀνδρείαν μὲν

periorem navalem pugnam, futuram etiam reformidat, is non iustam formidinis coniecturam habet. nam & apparatu fuit inferior, quemadmodum scitis, nec ad navale proelium potius, quam ad terrestrem expeditionem navigabamus. Quin etiam non paucae res adversae, fortuna ita volente, nobis acciderunt. Nonnihil etiam ipsa rerum nauticarum imperitia nos, qui tunc primum proelii navalis periculum fecimus, labefactavit. Itaque non propter nostram ignaviam accidit, ut superaremur. neque convenit, animos, qui per vim superati non fuerunt, & qui rationes aliquas habent, quas adversariis obiiciant, calamitatis eventu debilitari; sed existimare, usu venire, ut rebus quidem fortuitis homines fallantur, sed iidem, si animos fortes habeant, semper stent erecti. neque decet ipsos, imperitiam praetendentes, cum animi virtus adsit, aliqua in re merito ignavos esse. Vos autem non tam propter imperitiam estis inferiores, quam propter audaciam superiores. Horum

ἔχουσα, καὶ μνήμην ἕξει ἐν τῷ δεινῷ ἐπιτελεῖν ἃ ἔμαθεν, ἄνευ δὲ εὐψυχίας οὐδεμία τέχνη πρὸς τοὺς κινδύνους ἰσχύει. Φόβος γὰρ μνήμην ἐκπλήσσει, τέχνη δὲ ἄνευ ἀλκῆς οὐδὲν ὠφελεῖ. πρὸς μὲν οὖν τὸ ἐμπειρότερον αὐτῶν, τὸ τολμηρότερον ἀντιτάξασθε· πρὸς δὲ τὸ διὰ τὴν ἧσσαν δεδιέναι, τὸ ἀπαράσκευοι τότε τυχεῖν. περιγίγνεται δὲ ὑμῖν πλῆθός τε νεῶν, καὶ πρὸς τῇ γῇ οἰκείᾳ οὔσῃ, ὁπλιτῶν παρόντων, ναυμαχεῖν· τὰ δὲ πολλὰ, τῶν πλειόνων καὶ ἄμεινον παρεσκευασμένων τὸ κράτος ἐστίν. ὥστε οὐδὲ καθ' ἓν εὑρίσκομεν εἰκότως ἂν ἡμᾶς σφαλλομένους. καὶ ὅσα ἡμάρτομεν πρότερον, νῦν αὐτὰ ταῦτα προσγενόμενα διδασκαλίαν παρέξει. θαρσοῦντες οὖν καὶ κυβερνῆται, καὶ ναῦται, τὸ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος ἕπεσθε, χώραν μὴ λείποντες ᾗ ἄν τις προσταχθῇ. τῶν δὲ πρότε-

vero scientia, quam maxime formidatis, si cum fortitudine sit coniuncta, memor etiam erit in periculis peragere ea, quae didicit: sed sine animi generositate nulla ars adversus pericula valet. Metus enim memoriam excutit, ars vero sine fortitudine nihil prodest. Ergo maiori illorum experientiae maiorem audaciam opponite: timori vero, quo propter cladem acceptam perculsi estis, quod imparatos tunc vos offenderint, opponite. Vobis etiam insuper adest navium multitudo, & loci opportunitas, quod praesentibus gravis armaturae militibus navale proelium prope regionem vestram sitis commissuri. Plerumque vero victoria penes illos est, qui sunt & numero superiores, & melius instructi. Quamobrem nihil prorsus reperimus, cur merito simus offensuri. Quin etiam quaecunque ante peccavimus, nunc haec ipsa adiuncta disciplinam praebebunt. Fidenti igitur animo & gubernatores & nautae suum quique ducem sequamini, non deserentes locum, qui unicuique assignatus fuerit. Nos vero non deterius, quam superiores du-

ρον ἡγεμόνων οὐ χεῖρον τὴν ἐπιχείρησιν ἡμεῖς παρασκευάσομεν, καὶ οὐκ ἐνδώσομεν πρόφασιν οὐδενὶ κακῷ γενέσθαι· ἢν δέ τις ἄρα καὶ βουληθῇ, κολασθήσεται τῇ πρεπούσῃ ζημίᾳ· οἱ δὲ ἀγαθοὶ τιμήσονται τοῖς προσήκουσιν ἄθλοις τῆς ἀρετῆς.

πη΄. Τοιαῦτα μὲν τοῖς Πελοποννησίοις οἱ ἄρχοντες παρεκελεύσαντο. ὁ δὲ Φορμίων, δεδιὼς καὶ αὐτὸς τὴν τῶν στρατιωτῶν ὀῤῥωδίαν, καὶ αἰσθόμενος ὅτι τὸ πλῆθος τῶν νεῶν κατὰ σφᾶς αὐτοὺς ξυνιστάμενοι ἐφοβοῦντο, ἐβούλετο ξυγκαλέσας θαρσῦναί τε, καὶ παραίνεσιν ἐν τῷ παρόντι ποιήσασθαι. πρότερον μὲν γὰρ ἀεὶ αὐτοῖς ἔλεγε, καὶ προπαρεσκεύαζε τὰς γνώμας, ὡς οὐδὲν αὐτοῖς πλῆθος νεῶν τοσοῦτον, ἢν ἐπιπλέῃ, ὅ, τι οὐχ ὑπομενετέον αὐτοῖς ἐστι. καὶ οἱ στρατιῶται ἐκ πολλοῦ ἐν σφίσιν αὐτοῖς τὴν ἀξίωσιν ταύτην εἰλήφεσαν, μηδένα

cei, hostis invadendi commoditatem parabimus; neque cuiquam occasionem praebebimus, ut sit ignavus. Quod si quis voluerit, is debitis poenis afficietur: fortes autem praemiis virtute dignis ornabuntur.

LXXXVIII. His igitur verbis duces Peloponnesiorum suis militibus animos addiderunt. Phormio vero, timens & ipse suorum militum formidinem, & animadvertens, eos, concilia seorsum habentes, classis hostilis multitudinem formidare; voluit illis convocatis animos addere, & in praesentia adhortari. Nam ante quidem illis semper dicebat, (ut illorum animos praepararet) nullum esse tantum navium numerum, cuius, si contra ipsos veniret, impetus ipsis non esset sustinendus. Et ipsi milites iampridem hanc opinionem animis conceperant, ut, quia Athenienses essent, cum nulla quantumvis ingenti Peloponnesiorum

ὄχλον Ἀθηναῖοι ὄντες Πελοποννησίων νεῶν ὑποχωρεῖν. τότε δὲ πρὸς τὴν παροῦσαν ὄψιν ὁρῶν αὐτοὺς ἀθυμοῦντας, ἐβούλετο ὑπόμνησιν ποιήσασθαι τοῦ θαρσεῖν· καὶ ξυγκαλέσας τοὺς Ἀθηναίους, ἔλεξε τοιάδε.

πθ΄. ΟΡΩΝ ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, πεφοβημένους τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, ξυνεκάλεσα, οὐκ ἀξιῶν τὰ μὴ δεινὰ ἐν ὀρρωδίᾳ ἔχειν. οὗτοι γὰρ πρῶτον μὲν, διὰ τὸ προνενικῆσθαι, καὶ μηδὲ αὐτοὶ οἴεσθαι ὅμοιοι ἡμῖν εἶναι, τὸ πλῆθος τῶν νεῶν, καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου παρεσκευάσαντο· ἔπειτα, ᾧ μάλιστα πιστεύοντες προσέρχονται, ὡς προσῆκον σφίσιν ἀνδρείοις εἶναι, οὐ δι' ἄλλο τι θαρσοῦσιν ἢ διὰ τὴν ἐν τῷ πεζῷ ἐμπειρίαν, τὰ πλείω κατορθοῦντες, καὶ οἴονται σφίσι καὶ ἐν τῷ ναυτικῷ ποιήσειν τὸ αὐτό. τὸ δ' ἐκ τοῦ δικαίου ἡμῖν μᾶλλον νῦν περιέ-

classe pugnam detrectarent. Tunc vero cernens ipsos, propter praesentiam hostis, qui erat in ipsorum conspectu, animo debilitatos, eos commonefacere voluit, ut fidentem animum haberent. illisque convocatis, hanc orationem habuit.

LXXXIX. *Cum vos animadvertam, viri milites, hostium multitudinem pertimescere, convocavi, quia non censeo vobis extimescenda esse, quae minime sunt horrenda. Hi enim primum quidem, quod a nobis ante victi fuerint, sibique sint conscii, se nobis non esse pares, hunc navium numerum, nec aequalem compararunt. Deinde, quo potissimum freti contra nos tendunt, quasi fortitudo ad ipsos solos pertineat; nullam aliam ob causam audaces sunt, nisi ob pugnae pedestris peritiam, quam sibi compararunt, qua fit, ut pleraque bella feliciter gerant, & in rebus etiam nauticis se idem suo cum commodo facturos putent. Sed hoc merito nobis nunc magis aderit, si & illis in illo altero ge-*

σται, εἴπερ καὶ τούτοις ἐν ἐκείνῳ. ἐπεὶ εὐψυχίᾳ γε οὐδὲν προφέρουσι· τῷ δὲ ἑκάτεροί τι ἐμπειρότεροι εἶναι, θρασύτεροί ἐσμεν. Λακεδαιμόνιοί τε ἡγούμενοι τῶν ξυμμάχων, διὰ τὴν σφετέραν δόξαν, ἄκοντας προσάγουσι τοὺς πολλοὺς ἐς τὸν κίνδυνον. ἐπεὶ οὐκ ἄν ποτε ἐνεχείρησαν ἡσσηθέντες παραπολὺ, αὖθις ναυμαχεῖν. μὴ δὴ αὐτῶν τὴν τόλμαν δείσητε· πολὺ δὲ ὑμεῖς ἐκείνοις πλέω φόβον παρέχετε καὶ πιστότερον, κατά τε τὸ προνενικηκέναι, καὶ ὅτι οὐκ ἂν ἡγοῦνται μὴ μέλλοντάς τι ἄξιον τοῦ παραπολὺ πράξειν, ἀνθίστασθαι ὑμᾶς. ἀντίπαλοι μὲν γὰρ οἱ πλείους, ὥσπερ οὗτοι, τῇ δυνάμει τοπλέον πίσυνοι ἢ τῇ γνώμῃ ἐπέρχονται· οἱ δ' ἐκ πολλῷ ὑποδεεστέρων, καὶ ἅμα οὐκ ἀναγκαζόμενοι, μέγα τι τῆς διανοίας τὸ βέβαιον ἔχοντες ἀντιτολμῶσιν. ἃ λογιζόμενοι οὗτοι, τῷ οὐκ εἰκότι πλέον πεφόβηνται ἡμᾶς ἢ τῇ κατὰ λόγον

nere maior peritia adest. Siquidem animi praestantia nequaquam excellunt. Quod autem utrique maiorem alicuius rei peritiam habeamus, ideo sumus audaciores. Praeterea Lacedaemonii, qui sociis praesunt, suae gloriae caussa plerosque in hoc periculum invitos adducunt. Cum enim Marte minime dubio superati fuerint, profecto, nisi cogerentur, novum navale proelium nunquam tentarent. Illorum igitur audaciam ne formidetis. Vos enim longe maiorem atque certiorem terrorem illis incutitis, tum quia eos iam ante vicistis, tum etiam quia putant, vos contra se non staturos, nisi facinus aliquod maxime memorabile facere decreveritis. Nam adversarii, qui numero sunt superiores, ut isti, viribus magis, quam consilio freti hostem invadunt. Qui vero sunt longe inferiores, simul etiam qui non coguntur, magnam quandam animi fiduciam habentes, adversus hostem ire audent. Quae cum isti considerent, magis nos formidant ob non iustum, quam ob iustum

παρασκευῇ. πολλὰ δὲ καὶ στρατόπεδα ἤδη ἔπεσεν ὑπ' ἐλασσόνων τῇ ἀπειρίᾳ, ἔστι δὲ ἃ καὶ τῇ ἀτολμίᾳ· ὧν οὐδετέρου ἡμεῖς νῦν μετέχομεν. τὸν δὲ ἀγῶνα οὐκ ἐν τῷ κόλπῳ ἑκὼν εἶναι ποιήσομαι, οὐδὲ ἐσπλεύσομαι ἐς αὐτόν. ὁρῶ γὰρ ὅτι πρὸς πολλὰς ναῦς ἀνεπιστήμονας ὀλίγαις ναυσὶν ἐμπείρως καὶ ἄμεινον πλεούσαις ἡ στενοχωρία οὐ ξυμφέρει. οὔτε γὰρ ἂν ἐπιπλεύσειέ τις ὡς χρὴ ἐς ἐμβολὴν, μὴ ἔχων τὴν πρόσοψιν τῶν πολεμίων ἐκ πολλοῦ, οὔτε ἂν ἀποχωρήσειεν ἐν δέοντι, πιεζόμενος. διέκπλοί τε οὐκ εἰσὶν, οὐδὲ ἀναστροφαὶ, ἅπερ νεῶν ἄμεινον πλεουσῶν ἔργα ἐστίν· ἀλλ' ἀνάγκη ἂν εἴη τὴν ναυμαχίαν, πεζομαχίαν καθίστασθαι. καὶ ἐν τούτῳ αἱ πλείους νῆες κρείσσους γίγνονται. τούτων μὲν οὖν ἐγὼ ἕξω τὴν πρόνοιαν κατὰ τὸ δυνατόν. ὑμεῖς δὲ, εὔτακτοι παρὰ ταῖς ναυσὶ μένοντες, τά τε παραγγελλόμενα ὀξέως

rerum bellicarum apparatum. Multi autem exercitus maiores a minoribus, propter imperitiam, nonnulli etiam propter ignaviam iam profligati fuerunt. a quo utroque vitio nos nunc alieni sumus. Proelium vero in sinu mea sponte non committam, nec in eum navigabo. Video enim, angustias non conducere paucis navibus, quae sub peritis gubernatoribus aguntur, & quae sunt agiliores, adversus multas naves, in quibus homines rerum nauticarum imperiti vehuntur. Nec enim quisquam hostem invaserit, ita ut rostro navis impressionem in eum faciat, quemadmodum oportet, nisi e longinquo eum in conspectu habeat; neque, si prematur, commode se subducere queat. neque per mediam classem percurrendi, aut recurrendi, facultas ulla datur, quae navium agiliorum sunt opera: sed pro navali proelio pedestre fieri necesse fuerit. & hoc modo maior navium numerus meliore conditione pugnat. Sed harum rerum curam ego pro virili provide geram. Vos

δέχεσθε, ἄλλως τε καὶ δι' ὀλίγου τῆς ἐφορμήσεως ούσης, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ κόσμον καὶ σιγὴν περὶ πλείστου ἡγεῖσθε· (ὥστε τὰ πολλὰ τῶν πολεμικῶν ξυμφέρει, καὶ ναυμαχίᾳ οὐχ ἥκιστα) ἀμύνεσθέ τε τούσδε ἀξίως τῶν προειργασμένων. ὁ δὲ ἀγὼν μέγας ὑμῖν, ἢ καταλῦσαι Πελοποννησίων τὴν ἐλπίδα τοῦ ναυτικοῦ, ἢ ἐγγυτέρω καταστῆσαι Ἀθηναίοις τὸν φόβον περὶ τῆς θαλάσσης. ἀναμιμνήσκω δ' αὖ ὑμᾶς ὅτι νενικήκατε αὐτῶν τοὺς πολλούς· ἡσσημένων δὲ ἀνδρῶν οὐκ ἐθέλουσιν αἱ γνῶμαι πρὸς τοὺς αὐτοὺς κινδύνους ὁμοῖαι εἶναι.

στ'. Τοιαῦτα μὲν καὶ ὁ Φορμίων παρεκελεύσατο. οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, ἐπειδὴ αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι οὐκ ἐπέπλεον ἐς τὸν κόλπον καὶ τὰ στενὰ, βουλόμενοι ἄκοντας ἔσω προαγαγεῖν αὐτοὺς, ἀναγόμενοι ἅμα ἕῳ, ἔπλεον,

vero apud naves vestrum quique ordinem servantes, imperata celeriter accipite, praesertim cum hostium stationes non longe absint; & in ipso proelio militarem disciplinam, & silentium plurimi facite; (haec enim cum multis aliis in rebus bellicis, tum vero praecipue in navalibus conducunt) hosque pro eo, ac res a vobis ante gestas decet, propulsate. Magnum autem certamen vobis, aut omnem classis spem Peloponnesiis eripere, aut propiorem maris amittendi metum Atheniensibus afferre. Illud etiam iterum vobis in memoriam revoco, permultos eorum a vobis superatos fuisse. Virorum vero, qui semel victi fuerunt, animi eadem pericula iterum pari audacia subire non solent.

XC. Huiusmodi verbis & ipse Phormio suos est adhortatus. Peloponnesii vero, quoniam Athenienses in sinu & maris angustiis contra ipsos non tendebant, cum eos invitos in sinum producere vellent, statim primo diluculo instructa classe in ordines, quorum singuli quaternas na-

ἐπὶ τεσσάρων ταξάμενοι τὰς ναῦς, ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν γῆν ἔσω ἐπὶ τοῦ κόλπου, δεξιῷ κέρᾳ ἡγούμενοι, ὥσπερ καὶ ὥρμουν. ἐπὶ δ᾽ αὐτῷ εἴκοσι ναῦς ἔταξαν τὰς ἄριστα πλεούσας, ὅπως εἰ ἄρα νομίσας ἐπὶ τὴν Ναύπακτον αὐτοὺς πλεῖν ὁ Φορμίων, καὶ αὐτὸς ἐπιβοηθῶν ταύτῃ παραπλέοι, μὴ διαφύγοιεν πλέοντα τὸν ἐπίπλουν σφῶν οἱ Ἀθηναῖοι ἔξω τοῦ ἑαυτῶν κέρως, ἀλλ᾽ αὐταὶ αἱ νῆες περικλείσειαν. ὁ δὲ (ὅπερ ἐκεῖνοι προσεδέχοντο) φοβηθεὶς περὶ τῷ χωρίῳ ἐρήμῳ ὄντι, ὡς ἑώρα ἀναγομένους αὐτοὺς, ἄκων καὶ κατὰ σπουδὴν ἐμβιβάσας, ἔπλει παρὰ τὴν γῆν· καὶ ὁ πεζὸς ἅμα τῶν Μεσσηνίων παρεβοήθει. ἰδόντες δὲ οἱ Πελοποννήσιοι κατὰ μίαν ἐπὶ κέρως παραπλέοντας, καὶ ἤδη ὄντας ἐντὸς τοῦ κόλπου τε καὶ πρὸς τῇ γῇ, (ὅπερ ἐβούλοντο μάλιστα). ἀπὸ ση-

ves habebant, portu ſolventes, in ſuum agrum, intra Criſaeum ſinum navigare coeperunt, dextro cornu procedente, ſicut etiam in ſtatione ſteterant. In hoc autem cornu, viginti naves maxima celeritate praeditas conſtituerunt, ut, ſi forte Phormio, ratus ipſos Naupactum verſus tendere, ipſe quoque hac iter faceret, opem laturus, Athenienſes ſuarum navium impreſſionem extra ſuum cornu vitare non poſſent; ſed hae ipſae naves eos intercluderent. Ille vero, (id, quod illi exſpectabant) metuens oppido praeſidiis nudato, poſtquam vidit eos navigantes, invitus, & feſtinanter militibus in naves impoſitis oram maritimam legere coepit. Simul etiam Meſſeniorum peditatus oram maritimam ſecutus aderat, ut ſuis opem ferret. Peloponneſii vero, cum eos unico cornu longa navium ſerie, ita ut ſingulae ſingulas ſequerentur, & iam intra ſinum, & prope terram navigantes vidiſſent, (id, quod maxime cu-

μείου ἑνὸς ἄφνω ἐπιστρέψαντες τὰς ναῦς, μετωπηδὸν ἔπλεον, ὡς εἶχε τάχους ἕκαστος, ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους· καὶ ἤλπιζον πάσας τὰς ναῦς ἀπολήψεσθαι. τῶν δὲ, ἕνδεκα μέν τινες, αἵπερ ἡγοῦντο, ὑπεκφεύγουσι τὸ κέρας τῶν Πελοποννησίων, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν ἐς τὴν εὐρυχωρίαν· τὰς δὲ ἄλλας ἐπικαταλαβόντες, ἐξέωσάν τε πρὸς τὴν γῆν ὑποφευγούσας, καὶ διέφθειραν. ἄνδρας τε τῶν Ἀθηναίων ἀπέκτειναν ὅσοι μὴ ἐξένευσαν αὐτῶν· καὶ τῶν νεῶν τινας ἀναδούμενοι εἷλκον κενὰς, μίαν δὲ αὐτοῖς ἀνδράσιν εἷλον ἤδη. τὰς δέ τινας οἱ Μεσσήνιοι παραβοηθήσαντες, καὶ ἐπεσβαίνοντες ξὺν τοῖς ὅπλοις ἐς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐπιβάντες, ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων μαχόμενοι ἀφείλοντο ἑλκομένας ἤδη.

ϛʹ. Ταύτῃ μὲν οὖν οἱ Πελοποννήσιοι ἐκράτουν τε καὶ ἔφθειραν τὰς Ἀττικὰς ναῦς. αἱ δὲ εἴκοσι νῆες αὐ-

piebant) uno figno repente dato naves convertentes, proris adverfis in Athenienfes ferri coeperunt, quanta maxima celeritate quifque poterat, omnefque naves a fe interceptum iri fperabant. At illorum undecim quidem naves, quae praecedebant, Peloponnefiorum cornu & converfionem vitantes, in apertum mare fugerunt: fed alias affecuti funt, & fugientes ad terram compulerunt, & corruperunt. Et Athenienfium quotquot ex illis non enataverunt, interfecerunt. Nonnullas etiam naves, quas ex fuis religaverant, inanes trahebant, & unam ipfarum cum ipfis viris iam ceperant. Nonnullas vero Meffenii, fubfidium ferentes, & cum ipfis armis in mare ingreffi, confcenderunt; & ex earum tabulatis pugnantes, hoftibus, qui eas iam trahebant, eripuerunt.

XCI. Hac igitur parte Peloponnefii victores erant, &

τῶν αἱ ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρως ἐδίωκον τὰς ἕνδεκα ναῦς τῶν Ἀθηναίων, αἵπερ ὑπεξέφυγον τὴν ἐπιστροφὴν ἐς τὴν εὐρυχωρίαν· καὶ φθάνουσιν αὐτοὺς, πλὴν μιᾶς νεὼς, προκαταφυγοῦσαι ἐς τὴν Ναύπακτον. καὶ ἴσχουσαι ἀντίπρωροι κατὰ τὸ Ἀπολλώνιον, παρεσκευάζοντο ἀμυνούμενοι, ἢν ἐς τὴν γῆν ἐπὶ σφᾶς ἐπιπλέωσιν. οἱ δὲ, παραγιγνόμενοι ὕστερον, ἐπαιώνιζόν τε ἅμα πλέοντες, ὡς νενικηκότες, καὶ τὴν μίαν ναῦν τῶν Ἀθηναίων τὴν ὑπόλοιπον ἐδίωκε Λευκαδία ναῦς μία πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων. ἔτυχε δὲ ὁλκὰς ὁρμοῦσα μετέωρος, περὶ ἣν ἡ Ἀττικὴ ναῦς φθάσασα καὶ περιπλεύσασα, τῇ διωκούσῃ Λευκαδίᾳ ἐμβάλλει μέσῃ, καὶ καταδύει. τοῖς μὲν οὖν Πελοποννησίοις, γενομένου τούτου τοῦ ἀπροσδοκήτου τε καὶ

Atticas naves corruperunt. Sed viginti ipſorum naves, quae in dextro cornu collocatae fuerant, undecim Athenienſium naves perſequebantur, quae navium converſionem vitantes in apertum mare fugerant. Et illae Naupactum fuga ſe recipientes, praeter unam, omnes hoſtem praevertunt: cumque ad Apollinis fanum appuliſſent, proris contra hoſtes verſis ſeſe ad vim propulſandam accingebant, ſi illi ad terram contra ſe venirent. Illi vero cum paulo poſt adveniſſent, inter navigandum paeana canebant, tanquam victores; & unam Athenienſium navem, quae reliqua erat, una Leucadia navis, quae ceteras longe antecedebat, inſequebatur. Forte autem navis oneraria aliquantum procul a portu ſtabat ad ancoras, ad quam Attica navis, cum prior perveniſſet, & circum eam ſe egiſſet, in mediam Leucadiam perſequentem incurrit, eamque demergit. Cum autem haec res ex improviſo & praeter omnem exſpectationem accidiſſet, metus Pelopon-

παραλόγου, φόβος ἐμπίπτει· καὶ ἅμα ἀτάκτως διώκοντες, δια τὸ κρατεῖν, αἱ μέν τινες τῶν νεῶν καθεῖσαι τὰς κώπας, ἐπέστησαν τοῦ πλοῦ, ἀξύμφορον δρῶντες πρὸς τὴν ἐξ ὀλίγου ἀντεξόρμησιν, βουλόμενοι τὰς πλείους περιμεῖναι· αἱ δὲ καὶ ἐς βραχέα, χωρίων ἀπειρίᾳ, ὤκειλαν.

σιβ'. Τοὺς δ' Ἀθηναίους ἰδόντας ταῦτα γιγνόμενα θάρσος τε ἔλαβε, καὶ ἀπὸ ἑνὸς κελεύσματος ἐμβοήσαντες, ἐπ' αὐτοὺς ὥρμησαν. οἱ δὲ, διὰ τὰ ὑπάρχοντα ἁμαρτήματα, καὶ τὴν παροῦσαν ἀταξίαν, ὀλίγον μὲν χρόνον ὑπέμειναν, ἔπειτα δὲ ἐτράποντο ἐς τὸν Πάνορμον, ὅθεν περ ἀνηγάγοντο. ἐπιδιώκοντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τάς τε ἐγγὺς οὔσας μάλιστα ναῦς ἔλαβον ἓξ, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἀφείλοντο. ἃς ἐκεῖνοι πρὸς τῇ γῇ διαφθείραντες, το-

nefios invafit. Simul etiam, quia non fervatis ordinibus hoftem perfequebantur, quod iam victores effent, nonnullae naves, dum illi plurium adventum exfpectare volunt, demiffis remis navigationis curfum inhibuerant, rem fibi inutilem facientes, propter incurfionem, quam hoftis ex brevi fpatio in ipfas erat facturus. Nonnullae etiam propter loci imperitiam in brevia impegerant.

XCII. Athenienfes autem, cum haec fieri vidiffent, audacia fubiit, fignoque fimul omnibus dato & clamore fublato, in eos impreffionem fecerunt. Illi vero, cum propter fuperiora peccata, tum etiam propter praefentem rerum omnium confufionem, paulifper quidem hoftium impetum fuftinuerunt; deinde vero terga dantes Panormum redierunt, unde folverant. Athenienfes vero eos infecuti, ceperunt fex naves, quae maxime propinquae erant, & fuas abftulerunt, quas illi ad terram corruptas tunc pri-

πρῶτον ἀνεδήσαντο· ἄνδρας τε τοὺς μὲν, ἀπέκτειναν, τινὰς δὲ καὶ ἐζώγρησαν. ἐπὶ δὲ τῆς Λευκαδίας νεὼς, ἣ περὶ τὴν ὁλκάδα κατέδυ, Τιμοκράτης ὁ Λακεδαιμόνιος πλέων, ὡς ἡ ναῦς διεφθείρετο, ἔσφαξεν ἑαυτὸν, καὶ ἐξέπεσεν ἐς τὸν Ναυπακτίων λιμένα. ἀναχωρήσαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τροπαῖον ἔστησαν, ὅθεν ἀναγόμενοι ἐκράτησαν· καὶ τοὺς νεκροὺς καὶ τὰ ναυάγια ὅσα πρὸς τῇ ἑαυτῶν ἦν, ἀνείλοντο, καὶ τοῖς ἐναντίοις τὰ ἐκείνων ὑπόσπονδα ἀπέδοσαν. ἔστησαν δὲ καὶ οἱ Πελοποννήσιοι τροπαῖον, ὡς νενικηκότες, τῆς τροπῆς ἃς πρὸς τῇ γῇ ναῦς διέφθειραν· καὶ ἥνπερ ἔλαβον ναῦν, ἀνέθεσαν ἐπὶ τὸ Ῥίον τὸ Ἀχαϊκὸν παρὰ τὸ τροπαῖον. μετὰ δὲ ταῦτα, φοβούμενοι τὴν ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων βοήθειαν, ὑπὸ νύκτα ἐσέπλευσαν ἐς τὸν κόλπον τὸν Κρισαῖον καὶ Κόρινθον, πάν-

mum religaverant. Hostium autem alios quidem interfecerunt, alios vero, quorum exiguus erat numerus, vivos ceperunt. Timocrates vero Lacedaemonius, qui in Leucadia navi vehebatur, quae iuxta onerariam est depressa, cum navis erat fracta, gladio se transfegit, & in Naupactiorum portum est delatus. Athenienses autem reversi tropaeum ibi statuerunt, unde profecti vicerunt. Et cadavera, naviumque fractarum tabulas, quae ad ipsorum oram delatae fuerant, susceperunt; suaque hostibus, interposita fide publica, reddiderunt. Peloponnesii autem & ipsi tropaeum statuerunt, tanquam victores, ob naves fugatas, quas ad terram corruperant; & navem, quam ceperant, in Achaico Rhio iuxta tropaeum Neptuno consecrarunt. Postea vero veriti, ne auxilia ab Atheniensibus missa supervenirent, noctu in Crisaeum, Corinthiumque sinum omnes praeter Leucadios vela fecerunt. Nec multo

τες πλὴν Λευκαδίων. καὶ οἱ ἐκ τῆς Κρήτης Ἀθηναῖοι ταῖς εἴκοσι ναυσὶν, αἷς ἔδει πρὸ τῆς ναυμαχίας τῷ Φορμίωνι παραγενέσθαι, οὐ πολλῷ ὕστερον τῆς ἀναχωρήσεως τῶν νεῶν ἀφικνοῦνται ἐς τὴν Ναύπακτον· καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

στγʹ. Πρὶν δὲ διαλῦσαι τὸ ἐς Κόρινθόν τε καὶ τὸν Κρισαῖον κόλπον ἀναχωρῆσαν ναυτικὸν, ὁ Κνῆμος καὶ ὁ Βρασίδας, καὶ οἱ ἄλλοι ἄρχοντες τῶν Πελοποννησίων, ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος, ἐβούλοντο, διδαξάντων τῶν Μεγαρέων, ἀποπειρᾶσαι τοῦ Πειραιῶς τοῦ λιμένος τῶν Ἀθηναίων. ἦν δὲ ἀφύλακτος καὶ ἄκλειστος, εἰκότως, διὰ τὸ ἐπικρατεῖν πολὺ τῷ ναυτικῷ. ἐδόκει δὲ, λαβόντα τῶν ναυτῶν ἕκαστον τὴν κώπην, καὶ τὸ ὑπηρέσιον, καὶ τὸν τροπωτῆρα, πεζῇ ἰέναι ἐκ Κορίνθου ἐπὶ τὴν πρὸς Ἀθήνας θάλασσαν· καὶ ἀφικομένους κατὰ τάχος ἐς Μέ- Post Octob. 8.

post navium discessum, Athenienses ex Creta venientes cum viginti navibus, quas ante pugnam Phormioni adesse oportuerat, Naupactum appulerunt. Atque haec aestas sic exacta est.

XCIII. Prius tamen quam classis dimitteretur, & Corinthum Crisaeumque sinum repeteret, Cnemus, Brasidas, & ceteri Peloponnesiorum duces, ineunte hieme, a Megarensibus edocti, Piraeeum Atheniensium portum (nullo enim praesidio custodiebatur, nullisque catenis claudebatur, idque non sine causa, quod Athenienses classe longe superiores essent) tentare voluerunt. Illis autem placitum est, ut singuli nautae cum singulis remis, & singulis pulvinis, quos sibi remigantibus substernerent, & cum singulis scalmis, Corintho pedibus irent ad mare, quod Athenas spectat; atque illinc Megara quam celerrime profecti, deductis

γαρα, καθελκύσαντας ἐκ Νισαίας τοῦ νεωρίου αὐτῶν τεσσαράκοντα ναῦς, αἱ ἔτυχον αὐτόθι οὖσαι, πλεῦσαι εὐθὺς ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ. οὔτε γὰρ ναυτικὸν ἦν προφυλάσσον ἐν αὐτῷ οὐδὲν, οὔτε προσδοκία οὐδεμία μὴ ἄν ποτε οἱ πολέμιοι ἐξαπιναίως οὕτως ἐπιπλεύσειαν. ἐπεὶ οὐδ' ἀπὸ τοῦ προφανοῦς τολμῆσαι ἂν καθ' ἡσυχίαν, οὐδὲ, εἰ διενοοῦντο, μὴ οὐκ ἂν προαισθέσθαι. ὡς δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ ἐχώρουν εὐθύς· καὶ ἀφικόμενοι νυκτὸς, καὶ καθελκύσαντες ἐκ τῆς Νισαίας τὰς ναῦς, ἔπλεον ἐπὶ μὲν τὸν Πειραιᾶ οὐκέτι, ὥσπερ διενοοῦντο, καταδείσαντες τὸν κίνδυνον (καί τις καὶ ἄνεμος αὐτοὺς λέγεται κωλῦσαι) ἐπὶ δὲ τῆς Σαλαμῖνος τὸ ἀκρωτήριον τὸ πρὸς Μέγαρα ὁρῶν· (καὶ φρούριον ἐπ' αὐτοῦ ἦν, καὶ νεῶν τριῶν φυλακὴ, τοῦ μὴ ἐσπλεῖν Μεγαρεῦσι μηδ' ἐκπλεῖν

ex Nisaea, illorum navali, quadraginta navibus, quae illic erant, confestim in Piraeeum navigarent. Nec enim in eo ulla classis erat, quae pro portu in statione manens excubias ageret, nec ulla prorsus erat suspicio de hostium adventu, quasi aliquando repente sic infesta classe eo venturi essent. Siquidem Athenienses existimabant, illos ne aperte quidem, per otium hoc ausuros, neque, si in animum induxissent, se non praesensuros. Postquam autem hoc ipsis placitum est, statim etiam discesserunt. cumque noctu Megara pervenissent, & naves ex Nisaea deduxissent, in Piraeeum quidem non amplius navigarunt, quemadmodum in animo habebant, periculum formidantes; (quamquam quidam etiam ventus eos impedivisse fertur;) sed ad Salaminis promontorium, quod Megara spectat. (ibi autem erat propugnaculum, triumque navium praesidium, ne quid Megarensibus importaretur, neve quid

μηδὲν) τῷ τε φρουρίῳ προσέβαλον, καὶ τὰς τριήρεις ἀφείλκυσαν κενάς· τήν τε ἄλλην Σαλαμῖνα ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσόντες ἐπόρθουν.

στδ΄. Ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας φρυκτοί τε ἤροντο πολέμιοι, καὶ ἔκπληξις ἐγένετο οὐδεμιᾶς τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἐλάσσων. οἱ μὲν γὰρ ἐν τῷ ἄστει, ἐς τὸν Πειραιᾶ ᾤοντο τοὺς πολεμίους ἐσπεπλευκέναι ἤδη· οἱ δ᾽ ἐν τῷ Πειραιεῖ, τήν τε τῶν Σαλαμινίων πόλιν ᾑρῆσθαι, καὶ παρὰ σφᾶς ὅσον οὐκ ἐσπλεῖν αὐτούς. ὅπερ ἄν, εἰ ἐβουλήθησαν μὴ κατοκνῆσαι, ῥᾳδίως ἂν ἐγένετο, καὶ οὐκ ἂν ἄνεμος ἐκώλυσε· βοηθήσαντες δὲ ἅμ᾽ ἡμέρᾳ πανδημεὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐς τὸν Πειραιᾶ, ναῦς τε καθεῖλκον, καὶ ἐσβάντες κατὰ σπουδὴν καὶ πολλῷ θορύβῳ, ταῖς μὲν ναυσὶν ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα ἔπλεον, τῷ πεζῷ δὲ φυλακὰς τοῦ Πει-

illinc exportaretur.) Hoc autem propugnaculum illi adorti ſunt, & triremes vacuas deduxerunt, & ceteram Salaminem, ex improviſo aggreſſi, diripuerunt.

XCIV. Sed ignes, quibus hoſtium adventus ſignificabatur, a Salaminiis Athenas verſus in aërem ſunt ſublati, unde tantus pavor Athenienſium animos invaſit, ut in eo bello nullus maior exſtiterit. Nam qui in urbe erant, hoſtes in Piraeeum iam ingreſſos putabant. Qui vero in Piraeeo erant, & Salaminem iam captam, & hoſtes tantum non contra ſe venturos exiſtimabant: quod profecto facile accidiſſet, ſi illi cunctari noluiſſent, neque ventus eos prohibuiſſet. Athenienſes vero, ſimulac dies illuxit, cum frequentibus copiis ex omni ordine atque aetate collectis ſubſidio Salaminiis iverunt, naveſque deduxerunt, eaſque feſtinanter & magno cum tumultu conſcenderunt; & cum navibus quidem Salaminem petierunt, peditatum vero in

ραιῶς καθίσταντο. οἱ δὲ Πελοποννήσιοι ὡς ᾔσθοντο τὴν βοήθειαν, καταδραμόντες τῆς Σαλαμῖνος τὰ πολλὰ, καὶ ἀνθρώπους καὶ λείαν λαβόντες, καὶ τὰς τρεῖς ναῦς ἐκ τοῦ Βουδόρου τοῦ Φρουρίου, κατὰ τάχος ἐπὶ τῆς Νισαίας ἔπλεον. ἔστι γὰρ ὅτε καὶ αἱ νῆες αὐτοὺς διὰ χρόνου καθελκυσθεῖσαι, καὶ οὐδὲν στέγουσαι, ἐφόβουν. ἀφικόμενοι δὲ ἐς τὰ Μέγαρα, πάλιν ἐπὶ τῆς Κορίνθου ἀπεχώρησαν πεζοί. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, οὐκέτι καταλαβόντες πρὸς τῇ Σαλαμῖνι, ἀπέπλευσαν καὶ αὐτοί. καὶ μετὰ τοῦτο φυλακὴν ἤδη τοῦ Πειραιῶς μᾶλλον τολοιπὸν ἐποιοῦντο, λιμένων τε κλείσει, καὶ τῇ ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ.

στέ. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, τοῦ χειμῶνος τούτου ἀρχομένου, Σιτάλκης ὁ Τήρεω Ὀδρύσης, Θρακῶν βασιλεὺς, ἐστράτευσεν ἐπὶ Περδίκκαν τὸν Ἀλεξάνδρου,

Piraeeo reliquerunt, ut ei esset praesidio. Peloponnesii vero, postquam eos subsidio venire senserunt, magnam Salaminis partem excursionibus populati, captis hominibus, praedaque, & tribus illis navibus, ex propugnaculo Budoro celeriter in Nisaeam se receperunt. nonnihil enim & ipsae naves, quae longo temporis intervallo in mare deductae fuerant, nec aquarum vim ferre poterant, eos tunc terrebant. cumque Megara pervenissent, Corinthum itinere pedestri redierunt. Athenienses vero, cum eos ad Salaminem non amplius nacti fuissent, & ipsi domum discesserunt. atque ab eo tempore Piraeeum iam accuratius in posterum custodire coeperunt, cum portuum claustris, tum etiam aliis accuratae custodiae generibus.

XCV. Per idem tempus sub huius hiemis initium, Sitalces Odryses, Terae filius, Thracum rex, expeditionem fecit adversus Perdiccam, Alexandri filium, Macedonum

Μακεδονίας βασιλέα, καὶ ἐπὶ Χαλκιδέας τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης· διὰ δύο ὑποσχέσεις, τὴν μὲν βουλόμενος ἀναπρᾶξαι, τὴν δὲ αὐτὸς ἀποδοῦναι. ὅ, τε γὰρ Περδίκκας, αὐτῷ ὑποσχόμενος εἰ Ἀθηναίοις τε διαλλάξειεν ἑαυτὸν κατ' ἀρχὰς τῷ πολέμῳ πιεζόμενον, καὶ Φίλιππον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ πολέμιον ὄντα μὴ καταγάγοι ἐπὶ βασιλείᾳ, ἃ ὑπεδέξατο οὐκ ἐπετέλει· τοῖς τε Ἀθηναίοις αὐτὸς ὡμολογήκει, ὅτε τὴν ξυμμαχίαν ἐποιεῖτο, τὸν ἐπὶ Θρᾴκης Χαλκιδικὸν πόλεμον καταλύσειν. ἀμφοτέρων οὖν ἕνεκα τὴν ἔφοδον ἐποιεῖτο, καὶ τόν τε Φιλίππου υἱὸν Ἀμύνταν ὡς ἐπὶ βασιλείᾳ τῶν Μακεδόνων ἦγε, καὶ τῶν Ἀθηναίων πρέσβεις, οἳ ἔτυχον παρόντες τούτων ἕνεκα, καὶ ἡγεμόνα Ἅγνωνα. ἔδει γὰρ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ναυσί τε καὶ στρατιᾷ ὡς πλείστῃ ἐπὶ τοὺς Χαλκιδέας παραγενέσθαι.

regem, & Chalcidenses, qui sunt in Thracia, ob duo promissa, quorum alterum quidem reposcere, alterum vero ipse persolvere volebat. Nam Perdiccas, cum ei nescio quae promisisset, si se Atheniensibus reconciliasset, a quibus initio bello premebatur, nec Philippum fratrem suum, eundemque hostem, in regnum restituisset, tamen quae promiserat non praestabat. Et ipse Sitalces Atheniensibus promiserat, cum societatem cum ipsis iniit, se bello Chalcidensi finem impositurum. Utraque igitur de causa Sitalces Perdiccae bellum inferebat, & Amyntam Philippi filium in regnum Macedonum ducebat, & cum eo legatos Atheniensium, qui huius rei causa tunc aderant, & Agnonem ducem. Oportebat enim Athenienses quoque cum navibus, & quam maximo exercitu adversus Chalcidenses praesto esse.

στοτ'. Ἀνίστησιν οὖν, ἐκ τῶν Ὀδρυσῶν ὁρμώμενος, πρῶτον μὲν τοὺς ἐντὸς τοῦ Αἵμου τε ὄρους καὶ τῆς Ῥοδόπης Θρᾷκας, ὅσων ἦρχε μέχρι θαλάσσης τῆς ἐς τὸν Εὔξεινόν τε πόντον καὶ τὸν Ἑλλήσποντον· ἔπειτα τοὺς ὑπερβάντι Αἷμον Γέτας, καὶ ὅσα ἄλλα μέρη ἐντὸς τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ πρὸς θάλασσαν μᾶλλον τὴν τοῦ Εὐξείνου πόντου κατῴκητο. εἰσὶ δ' οἱ Γέται, καὶ οἱ ταύτῃ, ὅμοροί τε τοῖς Σκύθαις καὶ ὁμόσκευοι, πάντες ἱπποτοξόται. παρεκάλει δὲ καὶ τῶν ὀρεινῶν Θρᾳκῶν πολλοὺς τῶν αὐτονόμων, καὶ μαχαιροφόρων, οἳ Δῖοι καλοῦνται, τὴν Ῥοδόπην οἱ πλεῖστοι οἰκοῦντες. καὶ τοὺς μὲν μισθῷ ἔπειθεν, οἱ δ' ἐθελονταὶ ξυνηκολούθουν. ἀνίστη δὲ καὶ Ἀγριᾶνας, καὶ Λεαίους, καὶ ἄλλα ὅσα ἔθνη Παιονικὰ, ὧν ἦρχε. καὶ ἔσχατοι τῆς ἀρχῆς οὗτοι ἦσαν, μέχρι

XCVI. Ab Odryſis igitur initio ducto, primum quidem ex ſuis ſedibus evocat Thraces, qui intra montem Aemum, & Rhodopen habitabant, quibus uſque ad Pontum Euxinum & Helleſpontum imperabat: deinde vero Getas, qui ſuperato Aemo monte in ulterioribus partibus habitabant, & quotquot alii populi cis Iſtrum fluvium ad Pontum Euxinum magis vergentes incolebant. Getae autem, & qui regionem illam accolunt, Scythis ſunt finitimi, & cultu ſimiles, omneſque ſagittarii equeſtres. Praeterea Thracum montanorum, qui ſuis legibus vivunt, & enſiferi ſunt, qui Dii vocantur, permultos evocavit, quorum maxima pars Rhodopen incolit. atque alios quidem mercede induxit, alii vero voluntarii erant, qui Sitalcen ultro ſequebantur. Evocavit etiam Agrianas, & Leaeos, & ceteras gentes Paeonicas, quibus imperabat. atque hi Agrianes totius imperii erant ultimi, uſque ad Graaeos, & Leaeos

illis profligaremur, sed defectionem prius faceremus, quam ab illis perderemur. Nostra tamen defectio citius, quam voluissemus, facta est, eaque imparata. Quo etiam magis oportet vos nobis in societatem receptis auxilium quam celerrime mittere, ut constet, vos & illis succurrere, quibus est succurrendum, & simul hostibus nocere. Opportunitas autem, qualis nunquam ante. Athenienses enim & morbo, & pecuniarum impensis sunt attriti. Ipsorum vero naves partim quidem sunt circa vestram regionem, partim vero contra nos sunt constitutae. quare verisimile est, eos navium copiam non habituros, si vos hac aestate cum navalibus pedestribusque copiis simul iterum irruptionem faciatis. Sed aut vos contra se cum infesta classe venientes propulsare non poterunt, aut ab utrisque discedent. Neque vero quispiam existimet, se domesticum periculum pro alieni agri defensione subiturum. Cui enim Lesbos procul abesse videtur, haec tamen utilitatem ei ex propinquo praebebit. Nec enim (quemadmodum quis existimat)

ἔσται ὁ πόλεμος, ὥς τις οἴεται, ἀλλὰ δι' ἣν ἡ Ἀττικὴ ὠφελεῖται. ἔστι δὲ τῶν χρημάτων ἀπὸ τῶν ξυμμάχων ἡ πρόσοδος, καὶ ἔτι μείζων ἔσται εἰ ἡμᾶς καταστρέψονται. οὔτε γὰρ ἀποστήσεται ἄλλος, τά τε ἡμέτερα προσγενήσεται· πάθοιμέν τ' ἂν δεινότερα ἢ οἱ πρὶν δουλεύοντες. βοηθησάντων δὲ ὑμῶν προθύμως, πόλιν τε προσλήψεσθε ναυτικὸν ἔχουσαν μέγα, (οὗπερ ὑμῖν μάλιστα προσδεῖ) καὶ Ἀθηναίους ῥᾷον καθαιρήσετε, ὑφαιροῦντες αὐτῶν τοὺς ξυμμάχους. θρασύτερον γὰρ πᾶς τις προσχωρήσεται. τήν τε αἰτίαν ἀποφεύξεσθε, ἣν εἴχετε μὴ βοηθεῖν τοῖς ἀφισταμένοις. ἢν δ' ἐλευθεροῦντες φαίνησθε, τὸ κράτος τοῦ πολέμου βεβαιότερον ἕξετε.

ιδ'. Αἰσχυνθέντες οὖν τάς τε τῶν Ἑλλήνων ἐς ὑμᾶς ἐλπίδας, καὶ Δία τὸν Ὀλύμπιον, ἐν οὗ τῷ ἱερῷ ἴσα καὶ ἱκέται ἐσμὲν, ἐπαμύνατε, Μιτυληναίοις ξύμμαχοι

bellum in Attica geretur, sed in Lesbo, unde Attica utilitatem percipit. Est autem illi pecuniarum proventus a sociis, & longe maior erit, si in suam potestatem nos redegerint. nec enim alius deficiet, sed etiam praeterea res nostrae illorum fient: & acerbiora mala patiemur, quam illi, qui ante, quam ullam defectionem facerent, ipsis serviebant. Sed si vos alacriter succurratis, cum civitatem vobis adiungetis, quae magnam classem habet, (cuius inprimis vos indigetis,) tum etiam Athenienfium imperium facilius evertetis, subtrahentes eorum socios. Quilibet enim se vobis confidentius adiunget. Et sinistram opinionem de vobis conceptam vitabitis, quam sustinetis, quod illis, qui ad vos deficiunt, opem non feratis. Sed si constet, illos a vobis in libertatem vindicari, robur belli firmius habebitis.

XIV. *Graecorum igitur spes, quas in vobis ponunt, ipsumque Iovem Olympium reverentes, in cuius templo supplicibus similes su-*

γενόμενοι· καὶ μὴ πρόησθε ἡμᾶς ἴδιον μὲν τὸν κίνδυνον τῶν σωμάτων παραβαλλομένους, κοινὴν δὲ τὴν ἐκ τοῦ κατορθῶσαι ὠφέλειαν ἅπασι διδόντας· ἔτι δὲ κοινοτέραν τὴν βλάβην, εἰ, μὴ πεισθέντων ὑμῶν, σφαλησόμεθα. γίγνεσθε δὲ ἄνδρες, οἵουσπερ ὑμᾶς οἵ τε Ἕλληνες ἀξιοῦσι, καὶ τὸ ἡμέτερον δέος βούλεται.

ιέ. Τοιαῦτα μὲν οἱ Μιτυληναῖοι εἶπον. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, καὶ οἱ ξύμμαχοι, ἐπειδὴ ἤκουσαν, προσδεξάμενοι τοὺς λόγους, ξυμμάχους τε τοὺς Λεσβίους ἐποιήσαντο, καὶ [τὴν] ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολήν. τοῖς τε ξυμμάχοις παροῦσι κατὰ τάχος ἔφραζον ἰέναι ἐς τὸν ἰσθμὸν τοῖς δύο μέρεσιν, ὡς ποιησόμενοι. καὶ αὐτοὶ πρῶτοι ἀφίκοντο, καὶ ὁλκοὺς παρεσκεύαζον τῶν νεῶν ἐν τῷ ἰσθμῷ, ὡς ὑπεροίσοντες ἐκ τῆς Κορίνθου ἐς τὴν πρὸς Ἀθήνας θά-

mus, Mitylenaeis in veſtram ſocietatem receptis opem feratis, neque nos deſeratis, qui privato quidem periculo corpora nunc obiicimus: ſed communem utilitatem, ſi rem feliciter geramus, omnibus allaturi ſumus; & damnum longe communius, ſi, vobis non exoratis, labamur. Eſtote igitur viri, quales & ipſi Graeci vos eſſe iudicant, & noſter metus deſiderat.

XV. Atque Mitylenaei quidem haec dixerunt. Lacedaemonii vero, eorumque ſocii, cum haec audiſſent, eorumque poſtulata comprobaſſent, Lesbios in ſocietatem receperunt, & irruptionem in agrum Atticum faciendam cenſuerunt. Et ſociis, qui aderant, edixerunt, ut primo quoque tempore cum duabus ſuarum copiarum partibus in Iſthmum irent, ut irruptionem in agrum Atticum facturi. Ipſique primi eo iverunt, & inſtrumenta, quibus naves trahuntur ac ſubducuntur, in Iſthmo pararunt, ut eas Corintho ſubductas in mare, quod Athenas ſpectat, tranſpor-

λασσαν, καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ ἅμα ἐπιόντες. καὶ οἱ μὲν προθύμως ταῦτα ἔπρασσον· οἱ δὲ ἄλλοι ξύμμαχοι βραδέως τε ξυνελέγοντο, καὶ ἐν καρποῦ ξυγκομιδῇ ἦσαν, καὶ ἀῤῥωστίᾳ τοῦ στρατεύειν.

Augusto. ιστ. Αἰσθόμενοι δὲ αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι διὰ κατάγνωσιν ἀσθενείας σφῶν παρασκευαζομένους, δηλῶσαι βουλόμενοι ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἐγνώκασιν, ἀλλ᾽ οἷοί τε εἰσὶ, μὴ κινοῦντες τὸ ἐπὶ Λέσβῳ ναυτικὸν, καὶ τὸ ἀπὸ Πελοποννήσου ἐπιὸν ῥαδίως ἀμύνεσθαι, ἐπλήρωσαν ναῦς ἑκατὸν, ἐσβάντες αὐτοί τε, πλὴν ἱππέων, καὶ πεντακοσιομεδίμνων, καὶ οἱ μέτοικοι. καὶ περὶ τὸν ἰσθμὸν ἀναγαγόντες, ἐπίδειξίν τε ἐποιοῦντο, καὶ ἀποβάσεις τῆς Πελοποννήσου ᾗ δοκοῖ αὐτοῖς. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, ὁρῶν-

tarent, & cum navalibus, pedeſtribuſque copiis ſimul Atticam invaderent. Et hi quidem alacriter haec faciebant. Ceteri vero ſocii lente conveniebant, & in frugibus colligendis erant occupati, militiaeque taedio erant affecti.

XVI. Athenienſes vero, cum eos propter falſam ſuae imbecillitatis opinionem ſe inſtruere intellexiſſent, cumque declarare vellent, eos non recte ſentire, ſed ſe, licet claſſem, quae ad Lesbum erat, ſuo loco non moverent, tamen & claſſem, quae ex Peloponneſo contra ſe veniebat, facile propulſare poſſe, centum naves inſtruxerunt: & cum ipſi, tum etiam inquilini, exceptis illis, qui erant equeſtris ordinis, illis etiam exceptis, qui erant ex ordine Pentacoſiomedimnorum, eas conſcenderunt. Et in altum provecti circum Iſthmum navigabant, ſuaeque potentiae vires oſtentabant, & in quamcunque Peloponneſi partem ipſis placebat, ex navibus deſcendebant. Lacedaemonii vero, cum viderent rei eventum longe alium, quam ipſi

τες πολὺν τὸν παράλογον, τά τε ὑπὸ τῶν Λεσβίων ῥηθέντα ἡγοῦντο οὐκ ἀληθῆ, καὶ ἄπορα νομίζοντες, ὡς αὐτοῖς καὶ οἱ ξύμμαχοι ἅμα οὐ παρῆσαν, καὶ ἠγγέλλοντο καὶ αἱ περὶ τὴν Πελοπόννησον τριάκοντα νῆες τῶν Ἀθηναίων τὴν περιοικίδα αὐτῶν πορθοῦσαι, ἀνεχώρησαν ἐπ᾽ οἴκου. ὕστερον δὲ ναυτικὸν παρεσκεύαζον ὅ, τι πέμψουσιν ἐς τὴν Λέσβον· καὶ κατὰ πόλεις ἐπήγγελλον τεσσαράκοντα νεῶν πλῆθος· καὶ ναύαρχον προσέταξαν Ἀλκίδαν, ὃς ἔμελλεν ἐπιπλεύσεσθαι. ἀνεχώρησαν δὲ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ταῖς ἑκατὸν ναυσὶν, ἐπειδὴ καὶ ἐκείνους εἶδον.

ιζ΄. Καὶ κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον ὃν αἱ νῆες ἔπλεον, ἐν τοῖς πλεῖσται δὴ νῆες ἅμ᾽ αὐτοῖς ἐνεργοὶ κάλλει ἐγένοντο, παραπλήσιαι δὲ καὶ ἔτι πλείους ἀρχομένου τοῦ

exſpectabant, & falſa eſſe, quae a Lesbiis referebantur, arbitrati ſunt, & rem eſſe factu difficilem exiſtimantes, cum neque ſocii adeſſent, & triginta Athenienſium naves, quae circa Peloponneſum erant, agrum ipſorum urbi finitimum circumcirca vaſtare nuntiarentur, domum redierunt. Poſtea vero claſſem parare coeperunt, quam in Lesbum mitterent. Et civitatibus quadraginta naves imperarunt, ut ſingulae pro rata parte naves ad hunc numerum explendum ſuppeditarent: & claſſis praefectum deſtinarunt Alcidam, qui eo profecturus erat. Athenienſes vero & ipſi cum ſuis centum navibus domum ſe receperunt, poſtquam illos quoque domum rediiſſe cognoverunt.

XVII. Atque eo tempore, quo naves iſtae navigabant, in his rebus, quas tunc gerebant, maxima, ſimul & ornatiſſima, rebuſque omnibus ad navigationem neceſſariis inſtructiſſima claſſis ipſis fuit; ſed & altera huic ſimilis,

πολέμου. τήν τε γὰρ Ἀττικὴν καὶ Εὔβοιαν καὶ Σαλαμῖνα ἑκατὸν ἐφύλασσον, καὶ περὶ Πελοπόννησον ἕτεραι ἑκατὸν ἦσαν· χωρὶς δὲ, αἱ περὶ Ποτίδαιαν, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις χωρίοις. ὥστε αἱ πᾶσαι ἅμα ἐγίγνοντο ἐν ἑνὶ θέρει διακόσιαι καὶ πεντήκοντα. καὶ τὰ χρήματα τοῦτο μάλιστα ὑπανάλωσε μετὰ Ποτιδαίας. τήν τε γὰρ Ποτίδαιαν δίδραχμοι ὁπλῖται ἐφρούρουν· (αὑτῷ γὰρ καὶ ὑπηρέτῃ δραχμὴν ἐλάμβανε τῆς ἡμέρας) τρισχίλιοι μὲν οἱ πρῶτοι, ὧν οὐκ ἐλάσσους διεπολιόρκησαν· ἑξακόσιοι δὲ καὶ χίλιοι μετὰ Φορμίωνος, οἳ προαπῆλθον. νῆές τε αἱ πᾶσαι τὸν αὐτὸν μισθὸν ἔφερον. τὰ μὲν οὖν χρήματα οὕτως ὑπαναλώθη τοπρῶτον, καὶ νῆες τοσαῦται δὴ πλεῖσται ἐπληρώθησαν.

ιη΄. Μιτυληναῖοι δὲ, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ὃν οἱ Λα-

atque etiam maior, huius belli initio. Nam centum naves Atticam, Euboeam, & Salaminem custodiebant, & aliae centum circa Peloponnesum erant, praeter illas, quae ad Potidaeam & aliis in locis erant: ut numerus omnium navium una aestate instructarum fuerit ducentarum & quinquaginta. atque hoc potissimum una cum Potidaea pecunias absumsit. Nam & Potidaeam obsidebant milites binas drachmas diurnas merentes; (etenim sibi quisque unam, alteram famuli nomine in diem accipiebant) ter mille quidem, qui primi ad eam obsidendam missi fuerant, nec pauciores, qui in eius obsidione permanserunt, donec eam expugnarunt; sexcenti vero & mille cum Phormione, qui ante urbis expugnationem discesserunt. & universae naves idem stipendium accipiebant. Pecuniae igitur ita primum consumtae sunt, & tantus navium, maximus, inquam, numerus, est instructus.

κεδαιμόνιοι περὶ τὸν ἰσθμὸν ἦσαν, ἐπὶ Μήθυμναν ὡς προδιδομένην ἐστράτευσαν κατὰ γῆν, αὐτοί τε καὶ οἱ ἐπίκουροι. καὶ προσβαλόντες τῇ πόλει, ἐπειδὴ οὐ προὐχώρει ᾗ προσεδέχοντο, ἀπῆλθον ἐπ' Ἀντίσσης, καὶ Πύρας, καὶ Ἐρέσου· καὶ καταστησάμενοι τὰ ἐν ταῖς πόλεσι ταύταις βεβαιότερα, καὶ τείχη κρατύναντες, διὰ τάχους ἀπῆλθον ἐπ' οἴκου. ἐστράτευσαν δὲ καὶ οἱ Μηθυμναῖοι, ἀναχωρησάντων αὐτῶν ἐπ' Ἄντισσαν· καὶ ἐκβοηθείας τινὸς γενομένης, πληγέντες ὑπό τε τῶν Ἀντισσαίων καὶ τῶν ἐπικούρων, ἀπέθανόν τε πολλοὶ, καὶ ἀνεχώρησαν οἱ λοιποὶ κατὰ τάχος. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, πυνθανόμενοι ταῦτα, τούς τε Μιτυληναίους τῆς γῆς κρατοῦντας, καὶ τοὺς σφετέρους στρατιώτας οὐχ ἱκανοὺς ὄντας εἴργειν, πέμπουσι, περὶ τὸ φθινόπωρον ἤδη ἀρχόμενον, Πάχητα τὸν Ἐπικούρου στρατηγὸν, καὶ χιλίους ὁπλί- Post Sept. 29.

XVIII. Mitylenaei vero eodem tempore, quo Lacedaemonii circum Isthmum erant, cum ipsi, tum etiam auxiliarii milites ad Methymnam, cuius per proditionem capiendae spem conceperant, terra cum exercitu sunt profecti: & urbem adorti, cum res ipsis non succederet, quemadmodum exspectabant, Antissam, Pyram, & Eresum petierunt. Et stabilitis harum civitatum rebus, murisque firmatis, domum celeriter se receperunt. Methymnaei vero & ipsi post illorum discessum cum copiis adversus Antissam iverunt. Sed accepta clade ab Antissaeis, & auxiliariis quibusdam militibus, qui subsidio ipsis venerant, multos amiserunt, ceterique celeriter domum reverterunt. Athenienses vero, cum haec audissent, & Mitylenaeos terra potiri, & suos milites non satis virium ad illos prohibendum habere, iam circiter auctumni initium mittunt Pa-

τας ἑαυτῶν. οἱ δὲ, αὐτερέται πλεύσαντες τῶν νεῶν, ἀφικνοῦνται, καὶ περιτειχίζουσι Μιτυλήνην ἐν κύκλῳ ἁπλῷ τείχει. φρούρια δὲ ἔστιν οἷ ἐπὶ τῶν καρτερῶν ἐγκατῳκοδόμηται. καὶ ἡ μὲν Μιτυλήνη κατὰ κράτος ἤδη ἀμφοτέρωθεν καὶ ἐκ γῆς καὶ ἐκ θαλάσσης εἴργετο, καὶ ὁ χειμὼν ἤρχετο γίγνεσθαι.

ιθʹ. Προσδεόμενοι δὲ οἱ Ἀθηναῖοι χρημάτων ἐς τὴν πολιορκίαν, καὶ αὐτοὶ ἐσενεγκόντες, τότε πρῶτον εἰσφορὰν διακόσια τάλαντα ἐξέπεμψαν, καὶ ἐπὶ τοὺς ξυμμάχους ἀργυρολόγους ναῦς δώδεκα, καὶ Λυσικλέα, πέμπτον αὐτὸν στρατηγόν. ὁ δὲ ἄλλα τε ἠργυρολόγει, καὶ περιέπλει, καὶ τῆς Καρίας ἐκ Μυοῦντος ἀναβὰς διὰ τοῦ Μαιάνδρου πεδίου μέχρι τοῦ Σανδίου λόφου, ἐπιθεμένων τῶν Καρῶν καὶ Ἀναιїτῶν, αὐ-

chetem Epicuri filium, ducem, cum mille gentis suae militibus. Hi vero insuper & remigum officium in navibus facientes ad Mitylenen perveniunt, eamque simplici muro cingunt. Nonnullis etiam in locis natura munitis castella aedificarunt. Et Mitylene quidem utrinque, & terra & mari, acriter obsidebatur, & hiems appetebat.

XIX. Ceterum Athenienses, pecuniis ad obsidionem indigentes, cum ipsi pecunias tunc primum in usus publicos contulerunt, & CC talenta emiserunt, tum etiam duodecim naves pecuniae colligendae gratia, & Lysiclem cum quatuor collegis ad socios miserunt. Ille vero, cum ex aliis locis pecunias classe circumvectus exigebat, tum etiam ex urbe Myunte per Maeandrum Cariae campum usque ad Sandium collem ascendit, & a Caribus, ac Anaeitis, qui ipsum invaserant, & ipse, & magnus aliarum ipsius copiarum numerus caesus est.

τός τε διαφθείρεται, καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς πολλοί.

κ΄. Τοῦ δ᾽ αὐτοῦ χειμῶνος, οἱ Πλαταιῆς (ἔτι γὰρ ἐπολιορκοῦντο ὑπὸ τῶν Πελοποννησίων καὶ τῶν Βοιωτῶν) ἐπειδὴ τῷ τε σίτῳ ἐπιλιπόντι ἐπιέζοντο, καὶ ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν οὐδεμία ἦν ἐλπὶς τιμωρίας, οὐδὲ ἄλλη σωτηρία ἐφαίνετο, ἐπιβουλεύουσιν αὐτοί τε καὶ Ἀθηναίων οἱ ξυμπολιορκούμενοι, πρῶτον μὲν πάντες ἐξελθεῖν, καὶ ὑπερβῆναι τὰ τείχη τῶν πολεμίων, ἢν δύνωνται βιάσασθαι, ἐσηγησαμένων τὴν πεῖραν αὐτοῖς, Θεαινέτου τε τοῦ Τιμίδου, ἀνδρὸς μάντεως, καὶ Εὐπολπίδου τοῦ Δαϊμάχου, ὃς καὶ ἐστρατήγει. ἔπειτα οἱ μὲν ἡμίσεις ἀπώκνησάν πως, τὸν κίνδυνον μέγαν ἡγησάμενοι· ἐς δὲ ἄνδρας διακοσίους καὶ εἴκοσι μάλιστα ἐνέμειναν τῇ ἐξόδῳ ἐθελονταὶ, τρόπῳ τοιῷδε. κλίμακας ἐποιήσαντο ἴσας τῷ τείχει τῶν πολεμίων. ξυνεμετρήσαντο δὲ ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν

XX. Eadem hieme Plataeenſes (adhuc enim a Peloponneſiis & Boeotis obſidebantur) cum & penuria rei frumentariae graviter laborarent, nec ullam ſubſidii Athenis ad ſe venturi ſpem amplius haberent, nec ulla alia ſalutis parandae ratio appareret, cum ipſi, tum Athenienſes, qui cum ipſis obſidebantur, primum quidem inito conſilio ſtatuunt omnes exire, hoſtiumque muros ſuperare, ſi modo per vim hoc facere poſſent, huius conatus auctoribus Theaeneto Timidae filio, qui vates erat, & Eupolpida Daimachi filio, qui & ipſe dux erat. Deinde vero dimidia ipſorum pars, quod periculum ingens eſſe duceret, metu quodam territa deſtitit incepto. Sed ducenti & viginti circiter in eadem eruptionis faciendae ſententia ultro permanſerunt, in hunc modum. Scalas hoſtilium murorum altitudini pares fecerunt. Hanc autem emenſi ſunt, contem-

Bell. Pelop. an. 4. Olymp. 88. 1. U. C. Varr. 327.

πλίνθων, ᾗ ἔτυχε πρὸς σφᾶς οὐκ ἐξαληλιμμένον τὸ τεῖχος αὐτῶν. ἠριθμοῦντο δὲ πολλοὶ ἅμα τὰς ἐπιβολάς· καὶ ἔμελλον οἱ μέν τινες ἁμαρτήσεσθαι, οἱ δὲ πλείους τεύξεσθαι τοῦ ἀληθοῦς λογισμοῦ, ἄλλως τε καὶ πολλάκις ἀριθμοῦντες, καὶ ἅμα οὐ πολὺ ἀπέχοντες, ἀλλὰ ῥᾳδίως καθορωμένου ἐς ὃ ἐβούλοντο τοῦ τείχους. τὴν μὲν οὖν ξυμμέτρησιν τῶν κλιμάκων οὕτως ἔλαβον, ἐκ τοῦ πάχους τῆς πλίνθου εἰκάσαντες τὸ μέτρον.

κα΄. Τὸ δὲ τεῖχος ἦν τῶν Πελοποννησίων τοιόνδε τῇ οἰκοδομήσει· εἶχε μὲν δύο τοὺς περιβόλους, πρός τε Πλαταιῶν, καὶ εἴ τις ἔξωθεν ἀπ' Ἀθηνῶν ἐπίοι. διεῖχον δὲ οἱ περίβολοι ἑκκαίδεκα πόδας μάλιστα ἀπ' ἀλλήλων. τὸ οὖν μεταξὺ τοῦτο, οἱ ἑκκαίδεκα πόδες, τοῖς φύλαξιν οἰ-

plantes laterum coagmentatorum ordines, qua parte murus ipſorum ad eos ſpectans tectorio carebat. Multique ſimul laterum coagmentatorum ſtrata numerabant. Et horum quidem nonnulli a vera ratiocinatione aberraturi erant, plerique vero eam aſſecuturi erant. praeſertim quia ſaepius eas numerabant, ſimul etiam, quia non procul aberant, ſed ea muri pars, ad quam ſcalas admovere volebant, facile conſpiciebatur. Scalarum igitur menſuram & proceritatem hoc modo ſunt aſſecuti, ex laterum craſſitudine eam coniectantes.

XXI. Peloponneſiorum autem murus hac erat ſtructura. Duplicem ambitum habebat, alterum quidem, Plataeas verſus, contra Plataeenſium eruptiones, alterum vero exteriorem, contra Athenienſes, ſi quis forte Athenis ad opem Plataeenſibus ferendam contra ipſos veniſſet. Hi autem ambitus, alter ab altero, ſexdecim ferme pedum intervallo diſtabant. In hoc vero ſexdecim pedum ſpatio ta-

κήματα διανενεμημένα ᾠκοδόμητο· καὶ ἦν ξυνεχῆ, ὥστε ἓν φαίνεσθαι τεῖχος παχὺ, ἐπάλξεις ἔχον ἀμφοτέρωθεν. διὰ δέκα δὲ ἐπάλξεων πύργοι ἦσαν μεγάλοι, καὶ ἰσοπλατεῖς τῷ τείχει, διήκοντες ἔς τε τὸ ἔσω μέτωπον αὐτοῦ, καὶ οἱ αὐτοὶ καὶ ἐς τὸ ἔξω· ὥστε πάροδον μὴ εἶναι παρὰ πύργον, ἀλλὰ δι' αὐτῶν μέσων διῆσαν. τὰς οὖν νύκτας, ὁπότε χειμὼν εἴη νοτερὸς, τὰς μὲν ἐπάλξεις ἀπέλειπον, ἐκ δὲ τῶν πύργων ὄντων δι' ὀλίγου καὶ ἄνωθεν στεγανῶν τὴν φυλακὴν ἐποιοῦντο. τὸ μὲν οὖν τεῖχος ᾧ περιεφρουροῦντο οἱ Πλαταιῆς, τοιοῦτον ἦν.

κβ'. Οἱ δ', ἐπειδὴ παρεσκεύαστο αὐτοῖς, τηρήσαντες νύκτα χειμέριον ὕδατι καὶ ἀνέμῳ, καὶ ἅμα ἀσέληνον, ἐξῄεσαν. ἡγοῦντο δὲ οἵπερ καὶ τῆς πείρας αἴτιοι ἦσαν. καὶ πρῶτον μὲν τὴν τάφρον διέβησαν ἣ περιεῖχεν αὐτοὺς, Post Ian. 25. vel Feb. 23.

bernacula distincta, custodibus erant aedificata, eaque perpetua, & contigua, ita ut unicus, solidusque murus esse videretur, utrinque pinnas habens. & ad decimam quamque pinnam turres ingentes, & eiusdem, qua murus, crassitudinis, exstabant, & eaedem ad interiorem & exteriorem eius frontem pertingebant; ita ut transitus prope turrim non esset, sed per eas medias transirent. Noctu vero, quoties tempestas humida tempusque pluvium erat, pinnas quidem relinquebant; e turribus vero, quae parum remotae, ac superne tectae erant, excubias agebant. Murus igitur, quo Plataeenses ab hostium praesidiis cingebantur, huiusmodi erat.

XXII. Plataeenses autem, rebus ad eruptionem faciendam paratis, observata nocte, quae & pluvia & vento turbida, & praeterea illunis esset, exierunt. Illis autem praeerant, qui & conatus huius auctores ipsis fuerant. Ac

ἔπειτα προσέμιξαν τῷ τείχει τῶν πολεμίων, λαθόντες τοὺς φύλακας, ἀνὰ τὸ σκοτεινὸν μὲν, οὐ προϊδόντων αὐτῶν, ψόφῳ δὲ, τῷ ἐκ τοῦ προσιέναι αὐτοὺς, ἀντιπαταγοῦντες τοῦ ἀνέμου, οὐ κατακουσάντων. ἅμα δὲ καὶ διέχοντες πολὺ ᾔεσαν, ὅπως τὰ ὅπλα μὴ κρουόμενα πρὸς ἄλληλα αἴσθησιν παρέχοι. ἦσαν δὲ εὐσταλεῖς τε τῇ ὁπλίσει, καὶ τὸν ἀριστερὸν πόδα μόνον ὑποδεδεμένοι, ἀσφαλείας ἕνεκα τῆς πρὸς τὸν πηλόν. κατὰ οὖν μεταπύργιον προσέμισγον πρὸς τὰς ἐπάλξεις, εἰδότες ὅτι ἔρημοί εἰσι, πρῶτον μὲν οἱ τὰς κλίμακας φέροντες, καὶ προσέθεσαν· ἔπειτα ψιλοὶ δώδεκα ξὺν ξιφιδίῳ καὶ θώρακι ἀνέβαινον· ὧν ἡγεῖτο Ἀμμέας ὁ Κοροίβου, καὶ πρῶτος ἀνέβη. μετὰ δὲ αὐτὸν οἱ ἑπόμενοι ἓξ ἐφ' ἑκάτε-

primum quidem transiverunt fossam, quae ipsos ambibat: deinde vero hostium muro successerunt, clam illorum custodibus, quia propter tenebras quidem custodes prospicere non potuerunt eos, qui veniebant; strepitum vero, quem ipsi Plataeenses edebant, dum ad hostium murum accederent, propter ventum obstrepentem, exaudire non potuerant. simul etiam Plataeenses ad hostes accedebant, intervallo satis magno alii ab aliis distantes, ne arma collisa sonum ederent, reique significationem darent. Erant autem leviter armati, & expediti, & sinistro tantum pede calceati, ut in luto firmius consisterent. Per illud igitur intervallum, quod erat inter turres, ad murorum pinnas accesserunt, quod eas desertas esse scirent: primum quidem illi, qui scalas ferebant, qui etiam eas admoverunt: deinde vero duodecim levis armaturae milites cum pugione ac thorace ascendebant; quibus praeerat Ammeas Coroebi filius, qui etiam primus ascendit. Post ipsum vero sex, qui

ρον τῶν πύργων ἀνέβαινον· ἔπειτα ψιλοὶ ἄλλοι μετὰ τούτους ξὺν δορατίοις ἐχώρουν· οἷς ἕτεροι κατόπιν τὰς ἀσπίδας ἔφερον, ὅπως ἐκεῖνοι ῥᾷον προσβαίνοιεν, καὶ ἔμελλον δώσειν ὁπότε πρὸς τοῖς πολεμίοις εἴησαν. ὡς δὲ ἄνω πλείους ἐγένοντο, ᾔσθοντο οἱ ἐκ τῶν πύργων φύλακες. κατέβαλε γάρ τις τῶν Πλαταιέων, ἀντιλαμβανόμενος, ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων κεραμίδα· ἣ πεσοῦσα ψόφον ἐποίησε, καὶ αὐτίκα βοὴ ἦν. τὸ δὲ στρατόπεδον ἐπὶ τὸ τεῖχος ὥρμησεν· οὐ γὰρ ᾔδει ὅ, τι ἦν τὸ δεινὸν, σκοτεινῆς νυκτὸς, καὶ χειμῶνος ὄντος. καὶ ἅμα οἱ ἐν τῇ πόλει τῶν Πλαταιέων ὑπολελειμμένοι, ἐξελθόντες προσέβαλλον τῷ τείχει τῶν Πελοποννησίων, ἐκ τοὔμπαλιν ἢ οἱ ἄνδρες αὐτῶν ὑπερέβαινον, ὅπως ἥκιστα πρὸς αὐτοὺς τὸν νοῦν ἔχοιεν. ἐθορυβοῦντο μὲν οὖν κατὰ χώραν μένοντες, βοη-

ſequebantur, utramque turrim ſuperant; deinde poſt hos alii leviter armati, cum iaculis ſuccedunt; quibus alii a tergo ſcuta ferebant, ut illi facilius aſcenderent, quae ipſis erant tradituri, cum prope hoſtes ventum eſſet. Poſtquam autem eorum plerique muros ſuperarunt, cuſtodes, qui excubias in turribus agebant, hoc ſenſerunt. Quidam enim Plataeenſis, dum aſcenderet, tegulam manu apprehenſam de pinnis deiecit, quae lapſa ſtrepitum edidit, ſtatimque clamor a cuſtodibus eſt ſublatus. Exercitus vero ad muros concurrit: nec enim ſciebat, quidnam eſſet periculi, quia nox erat obſcura & proceloſa. ſimul etiam Plataeenſes, qui in urbe relicti fuerant, egreſſi, Peloponneſiorum murum invaſerunt, a parte, quae oppoſita erat illi, qua ſui murum ſuperabant, ut hoſtes animum ad illos minime adverterent. In ſuo autem quique loco manentes tumultuabantur, nec ullus cuſtodum ex ſua cuſtodia diſcedens

θεῖν δὲ οὐδεὶς ἐτόλμα ἐκ τῆς ἑαυτῶν φυλακῆς· ἀλλ' ἐν ἀπόρῳ ἦσαν εἰκάσαι τὸ γιγνόμενον. καὶ οἱ τριακόσιοι αὐτῶν, οἷς ἐτέτακτο παραβοηθεῖν, εἴτι δέοι, ἐχώρουν ἔξω τοῦ τείχους πρὸς τὴν βοήν. Φρυκτοί τε ἤροντο ἐς τὰς Θήβας πολέμιοι. παρανίσχον δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως Πλαταιῆς ἀπὸ τοῦ τείχους φρυκτοὺς πολλοὺς, πρότερον παρεσκευασμένους ἐς αὐτὸ τοῦτο ὅπως ἀσαφῆ τὰ σημεῖα τῆς φρυκτωρίας τοῖς πολεμίοις ᾖ, καὶ μὴ βοηθοῖεν, ἄλλο τι νομίσαντες τὸ γιγνόμενον εἶναι ἢ τὸ ὄν· πρὶν σφῶν οἱ ἄνδρες οἱ ἐξιόντες διαφύγοιεν, καὶ τοῦ ἀσφαλοῦς ἀντιλάβοιντο.

κγ'. Οἱ δ' ὑπερβαίνοντες τῶν Πλαταιέων ἐν τούτῳ, ὡς οἱ πρῶτοι αὐτῶν ἀναβεβήκεσαν, καὶ τοῦ πύργου ἑκατέρου τοὺς φύλακας διαφθείραντες ἐκεκρατήκεσαν, τάς τε διόδους τῶν πύργων αὐτοὶ ἐνστάντες ἐφύλασσον, μη-

opem aliis ferre audebat: fed animo dubio erant, neque coniicere poterant, quidnam accidiffet. Et illi trecenti milites, quibus mandatum erat, ut, fi quid opus effet, ad opem ferendam praefto effent, e muro ad clamorem proceffenrunt; facefque, hoftilis adventus indices, Thebas verfus fublatae funt. Plataeenfes verò, qui in urbe erant, & ipfi ex fuo muro multas faces fuftulerunt, quae ad hoc ipfum praeparatae fuerant, ut ignium figna hoftibus effent incerta; utque fufpicati aliquid aliud effe, quam quod res erat, opem non ferrent, priufquam fui, qui exierant, evafiffent, & in loca tuta fe recepiffent,

XXIII. Plataeenfes vero, qui muros interea confcendebant, poftquam illi, qui fuorum primi erant, murum confcenderunt, & utramque turrim, cuftodibus occifis, in fuam poteftatem redegerunt, ipfi & turrium tranfitus

δένα δι' αὐτῶν ἐπιβοηθεῖν· καὶ κλίμακας προσθέντες ἀπὸ τοῦ τείχους τοῖς πύργοις, καὶ ἐπαναβιβάσαντες ἄνδρας πλείους, οἱ μὲν, ἀπὸ τῶν πύργων τοὺς ἐπιβοηθοῦντας καὶ κάτωθεν καὶ ἄνωθεν εἶργον βάλλοντες· οἱ δ' ἐν τούτῳ, οἱ πλείους, πολλὰς προσθέντες κλίμακας ἅμα, καὶ τὰς ἐπάλξεις ἀπώσαντες, διὰ τοῦ μεταπυργίου ὑπερέβαινον. ὁ δὲ διακομιζόμενος ἀεὶ, ἵστατο ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς τάφρου, καὶ ἐντεῦθεν ἐτόξευόν τε καὶ ἠκόντιζον εἴτις παραβοηθῶν παρὰ τὸ τεῖχος κωλυτὴς γίγνοιτο τῆς διαβάσεως. ἐπεὶ δὲ πάντες διεπεπεραίωντο οἱ ἀπὸ τῶν πύργων, χαλεπῶς οἱ τελευταῖοι καταβαίνοντες ἐχώρουν ἐπὶ τὴν τάφρον· καὶ ἐν τούτῳ οἱ τριακόσιοι αὐτοῖς ἐπεφέροντο, λαμπάδας ἔχοντες. οἱ μὲν οὖν Πλαταιῆς ἐκείνους ἑώρων μᾶλλον ἐκ τοῦ σκότους, ἑστῶτες

hoſtibus reſiſtentes cuſtodiebant, ne quis per eas penetrans ad opem ſuis ferendam contra ſe veniret; & ſcalas e muro turribus admoventes, ſuorum pleroſque per ſcalas in loca ſuperiora recipiebant, & eorum alii quidem ex turribus, & ex inferioribus, & ex ſuperioribus earum partibus hoſtes, qui ſuis ſubſidio veniebant, miſſilibus arcebant. Alii vero interea, quorum maior erat numerus, cum multas ſcalas ſimul admoviſſent, pinnaſque deieciſſent, per ſpatium, quod erat inter turres, aſcendebant; & ſubinde qui recipiebantur, in foſſae crepidine ſtabant, & ſagittis atque iaculis petebant hoſtes, ſi quis ſubſidio veniens, tranſitum ad murum impedire vellet. Ubi autem omnes, qui in turribus erant, tranſierunt, illi, qui poſtremi deſcenderunt, ad foſſam aegre venerunt. Interea vero illi trecenti cum facibus, quas geſtabant, in eos ferri coeperunt. Plataeenſes igitur eos ex tenebris facilius conſpi-

ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς τάφρου, καὶ ἐτόξευόν τε καὶ ἐσηκόντιζον ἐς τὰ γυμνά· αὐτοὶ δὲ ἐν τῷ ἀφανεῖ ὄντες, ἧσσον διὰ τὰς λαμπάδας καθεωρῶντο. ὥστε φθάνουσι τῶν Πλαταιέων καὶ οἱ ὕστατοι διαβάντες τὴν τάφρον, χαλεπῶς δὲ καὶ βιαίως. κρύσταλλός τε γὰρ ἐπεπήγει οὐ βέβαιος ἐν αὐτῇ, ὥστ' ἐπελθεῖν, ἀλλ' οἷος ἀπηλιώτου, ἢ βορέου, ὑδατώδης μᾶλλον· καὶ ἡ νὺξ τοιούτῳ ἀνέμῳ ὑπονιφομένη πολὺ τὸ ὕδωρ ἐν αὐτῇ ἐπεποιήκει, ὃ μόλις ὑπερέχοντες ἐπεραιώθησαν. ἐγένετο δὲ καὶ ἡ διάφευξις αὐτοῖς μᾶλλον διὰ τοῦ χειμῶνος τὸ μέγεθος.

κδ΄. Ὁρμήσαντες δὲ ἀπὸ τῆς τάφρου οἱ Πλαταιῆς, ἐχώρουν ἀθρόοι τὴν ἐς Θήβας φέρουσαν ὁδὸν, ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸ τοῦ Ἀνδροκράτους ἡρῷον· νομίζοντες ἥκιστα σφᾶς ταύτην αὐτοὺς ὑποτοπῆσαι τραπέσθαι, τὴν ἐς

ciebant, ſtantes in foſſae crepidine, & ſagittis iaculiſque nudas corporis partes petebant. Ipſi vero, quod in tenebris eſſent, propter faces minus conſpiciebantur. Itaque & Plataeenſes, qui poſtremi erant, foſſam quidem tranſiverunt prius, quam opprimerentur: ſed aegre, & per vim. Nam & glacies in ea concreverat, quae non erat ſolida, ita ut eos tranſeuntes ſuſtinere poſſet, ſed potius erat aquoſa, qualis eſſe ſolet, ſubſolano potius quam borea ſpirante. Et nox illa, propter huiuſmodi ventum nivibus conſperſa, aquam in ea vehementer auxerat, quam vix capitibus ſupra eam exſtantes tranſiverunt. Et propter huius tempeſtatis magnitudinem potiſſimum evadendi facultas ipſis oblata.

XXIV. Plataeenſes vero a foſſa digreſſi, viam, quae Thebas ferebat, iverunt conferti, ad dextram habentes Androcratis fanum. exiſtimabant enim, illos minime ſuſpi-

τοὺς πολεμίους· καὶ ἅμα ἑώρων τοὺς Πελοποννησίους τὴν πρὸς Κιθαιρῶνα καὶ Δρυὸς κεφαλὰς, τὴν ἐπ᾽ Ἀθηνῶν φέρουσαν μετὰ λαμπάδων διώκοντας. καὶ ἐπὶ μὲν ἓξ ἢ ἑπτὰ σταδίους οἱ Πλαταιῆς τὴν ἐπὶ τῶν Θηβῶν ἐχώρησαν, ἔπειθ᾽ ὑποστρέψαντες ᾔεσαν τὴν πρὸς τὸ ὄρος φέρουσαν ὁδὸν, ἐς Ἐρύθρας, καὶ Ὑσίας· καὶ λαβόμενοι τῶν ὀρῶν, διαφεύγουσιν ἐς τὰς Ἀθήνας, ἄνδρες δώδεκα καὶ διακόσιοι ἀπὸ πλειόνων. εἰσὶ γάρ τινες αὐτῶν οἳ ἀπετράποντο ἐς τὴν πόλιν, πρὶν ὑπερβαίνειν· εἷς δ᾽ ἐπὶ τῇ ἔξω τάφρῳ τοξότης ἐλήφθη. οἱ μὲν οὖν Πελοποννήσιοι κατὰ χώραν ἐγένοντο, τῆς βοηθείας παυσάμενοι· οἱ δ᾽ ἐκ τῆς πόλεως Πλαταιῆς, τῶν μὲν γεγενημένων εἰδότες οὐδὲν, τῶν δὲ ἀποτραπομένων σφίσιν ἀπαγγειλάντων ὡς οὐδεὶς περίεστι, κήρυκα ἐκπέμψαντες, ἐπεὶ ἡμέρα

caturos esse, se conversum iri ad illam viam, quae ad hostes duceret. simul etiam videbant Peloponnesios cum facibus insequentes, ea via, quae per Cithaeronem, & Capitaquercus, Athenas ducebat. Sex autem, septemve stadia Thebas versus ire perrexerunt; deinde divertentes viam, quae ad montem fert, iverunt, & Erythras ac Hysias petierunt: occupatisque montibus, Athenas perfugerunt, ducenti & duodecim ex maiore numero. fuerunt enim eorum nonnulli, qui in urbem reverterunt, antequam murum reliqui superarent: unus vero sagittarius in exteriore fossa captus est. Peloponnesii igitur, postquam hostem insequi destiterunt, in suam quique stationem redierunt. At Plataeenses, qui erant in urbe, rerum omnium, quae tunc acciderant, ignari, ceteris, qui rediissent, neminem superesse renuntiantibus, simul ac dies illuxit, emis-

ἐγένετο, ἐσπένδοντο ἀναίρεσιν τοῖς νεκροῖς. μαθόντες δὲ τὸ ἀληθὲς, ἐπαύσαντο. οἱ μὲν δὴ τῶν Πλαταιέων ἄνδρες, οὕτως ὑπερβάντες ἐσώθησαν.

Post Feb. 23. κέ. Ἐκ δὲ τῆς Λακεδαίμονος, τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος τελευτῶντος, ἐκπέμπεται Σάλαιθος ὁ Λακεδαιμόνιος ἐς Μιτυλήνην τριήρει. καὶ πλεύσας ἐς Πύῤῥαν, καὶ ἐξ αὐτῆς πεζῆ κατὰ χαράδραν τινὰ, ᾗ ὑπερβατὸν ἦν τὸ περιτείχισμα, διαλαθὼν ἐσέρχεται ἐς τὴν Μιτυλήνην· καὶ ἔλεγε τοῖς προέδροις ὅτι ἐσβολή τε ἅμα ἐς τὴν Ἀττικὴν ἔσται, καὶ αἱ τεσσαράκοντα νῆες παρέσονται ἃς ἔδει βοηθῆσαι αὐτοῖς· προαποπεμφθῆναί τε αὐτὸς τούτων ἕνεκα, καὶ ἅμα τῶν ἄλλων ἐπιμελησόμενος. καὶ οἱ μὲν Μιτυληναῖοι ἐθάρσουν τε, καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἧσσον εἶχον τὴν γνώμην, ὥστε ξυμβαίνειν. ὅ, τε χειμὼν

so caduceatore de induciis egerunt, ut suorum cadavera reciperent. Sed, cognita rei veritate, incepto destiterunt. Plataeenses igitur, qui munitiones superarunt, hoc modo salutem sibi peperere.

XXV. Eadem hieme iam abeunte, Salaethus Lacedaemonius Lacedaemone cum triremi Mitylenen est missus. Hic Pyrrham vectus, & illinc itinere pedestri per quendam torrentis alveum profectus, qua munitiones transiri poterant, occulte Mitylenen est ingressus. Et Mitylenaeorum magistratibus dixit, irruptionem in Atticam factum iri, & illas quadraginta naves, quas ipsis subsidio venire oportebat, simul affuturas; seque, ut haec significaret, & cetera curaret, praemissum fuisse. Tunc vero Mitylenaei confirmati sunt, & animis ad Athenienses minus propendebant, & de compositione cum illis agere destiterunt. At-

ἐτελεύτα οὗτος, καὶ τέταρτον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε.

κϛʹ. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους, οἱ Πελοποννήσιοι, ἐπειδὴ τὰς ἐς Μιτυλήνην δύο καὶ τεσσαράκοντα ναῦς ἀπέστειλαν ἔχοντα Ἀλκίδαν, ὃς ἦν αὐτοῖς ναύαρχος, προστάξαντες, αὐτοὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐσέβαλον· ὅπως οἱ Ἀθηναῖοι ἀμφοτέρωθεν θορυβούμενοι, ἧσσον ταῖς ναυσὶν ἐς τὴν Μιτυλήνην καταπλευσαις ἐπιβοηθήσωσιν. ἡγεῖτο δὲ τῆς ἐσβολῆς ταύτης Κλεομένης, ὑπὲρ Παυσανίου τοῦ Πλειστοάνακτος υἱέος, βασιλέως ὄντος καὶ νεωτέρου ἔτι, πατρὸς ἀδελφὸς ὤν. ἐδῄωσαν δὲ τῆς Ἀττικῆς τά τε πρότερον τετμημένα, καὶ εἴ τι ἐβεβλαστήκει, καὶ ὅσα ἐν ταῖς πρὶν ἐσβολαῖς παρελέλειπτο· καὶ ἡ ἐσβολὴ αὕτη χαλεπωτάτη ἐγένετο τοῖς Ἀθηναίοις μετὰ τὴν δευτέραν. ἐπιμένοντες γὰρ ἀεὶ ἀπὸ τῆς

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. 1/2. U. C. Varr. 32 7/8. Post Mart. 25.

que haec hiems exiit, & huius belli, quod Thucydides conscripsit, quartus annus excessit.

XXVI. Insequentis aestatis initio, Peloponnesii, postquam Alcidam, qui classis ipsorum praefectus erat, cum quadraginta & duabus navibus, quas sociis civitatibus imperaverant, Mitylenen miserunt, ipsi, eorumque socii irruptionem in Atticam fecerunt: quo minus Athenienses, utrinque turbati adversus naves Mitylenen proficiscentes, subsidio venirent. Huic autem expeditioni praeerat pro rege Pausania, Plistoanactis filio, adhuc pupillo, Cleomenes patruus. Vastarunt autem in Attica & alia, quae prius caesa fuerant, & si quid repullulasset, & quaecunque in superioribus expeditionibus praetermissa fuerant. Atque haec irruptio in agrum Atticum facta Atheniensibus post secundam fuit omnium acerbissima. Nam Peloponnesii, cum

Λέσβου τὶ πεύσεσθαι τῶν νεῶν ἔργον, ὡς ἤδη πεπεραιωμένων, ἐπεξῆλθον τὰ πολλὰ τέμνοντες. ὡς δ᾽ οὐδὲν ἀπέβαινεν αὐτοῖς ὧν προσεδέχοντο, καὶ ἐπελελοίπει ὁ σῖτος, ἀνεχώρησαν, καὶ διελύθησαν κατὰ πόλεις.

κζ΄. Οἱ δὲ Μιτυληναῖοι ἐν τούτῳ, ὡς αἵ τε νῆες αὐτοῖς οὐχ ἧκον ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου, ἀλλὰ ἐνεχρόνιζον, καὶ ὁ σῖτος ἐπελελοίπει, ἀναγκάζονται ξυμβαίνειν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, διὰ τάδε· ὁ Σάλαιθος, καὶ αὐτὸς οὐ προσδεχόμενος ἔτι τὰς ναῦς, ὁπλίζει τὸν δῆμον, πρότερον ψιλὸν ὄντα, ὡς ἐπεξιὼν τοῖς Ἀθηναίοις· οἱ δὲ, ἐπειδὴ ἔλαβον ὅπλα, οὔτε ἠκροῶντο ἔτι τῶν ἀρχόντων, κατὰ ξυλλόγους τε γιγνόμενοι, ἢ τὸν σῖτον ἐκέλευον τοὺς δυνατοὺς φέρειν ἐς τὸ φανερὸν, καὶ διανέμειν ἅπασιν, ἢ

ſemper exſpectarent, donec in Lesbo aliquid novi de ſua claſſe audirent, quaſi eo iam appuliſſet, paſſim diſcurrentes pleraque vaſtarunt. Sed cum nihil eorum, quae ſperaverant, ipſis ſuccederet, cumque res frumentaria eos defeciſſet, domum redierunt, & in ſuam quique civitatem ſe receperunt.

XXVII. Mitylenaei vero interea, cum neque naves ex Peloponneſo ad ipſos venirent, ſed moras necterent, ſimul etiam cum res frumentaria eos defeciſſet, compoſitionem cum Athenienſibus hac de cauſa facere ſunt coacti. Salaethus, ne ipſe quidem naves amplius exſpectans, populum armat, qui ante inermis erat, tanquam eruptionem in Athenienſes facturus. At oppidani, poſtquam arma ſumſerunt, neque magiſtratus amplius audire voluerunt; &, habitis inter ſe conciliis, imperabant, ut potentes frumenta ſuppreſſa in lucem proferrent, eaque viritim populo divide-

αὐτοὶ ξυγχωρήσαντες πρὸς Ἀθηναίους ἔφασαν παραδώσειν τὴν πόλιν.

κη΄. Γνόντες δὲ οἱ ἐν τοῖς πράγμασιν, οὔτ᾽ ἀποκωλύσειν δυνατοὶ ὄντες, εἴτ᾽ ἀπομονωθήσονται τῆς ξυμβάσεως, κινδυνεύσοντες, ποιοῦνται κοινῇ ὁμολογίαν πρός τε Πάχητα καὶ τὸ στρατόπεδον, ὥστε Ἀθηναίοις μὲν ἐξεῖναι βουλεῦσαι περὶ Μιτυληναίων ὁποῖον ἄν τι βούλωνται, καὶ τὴν στρατιὰν ἐς τὴν πόλιν δέχεσθαι αὐτούς, πρεσβείαν δὲ ἀποστέλλειν ἐς τὰς Ἀθήνας Μιτυληναίους περὶ ἑαυτῶν. ἐν ὅσῳ δ᾽ ἂν πάλιν ἔλθωσι, Πάχητα μήτε δῆσαι Μιτυληναίων μηδένα, μήτε ἀνδραποδίσαι, μήτε ἀποκτεῖναι. ἡ μὲν ξύμβασις αὕτη ἐγένετο. οἱ δὲ πράξαντες πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους μάλιστα τῶν Μιτυληναίων, περιδεεῖς ὄντες, ὡς ἡ στρατιὰ ἐσῆλθεν, οὐκ ἠνέσχοντο, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ὅμως καθίζουσι. Πάχης

rent: alioqui ſe compoſitionem cum Athenienſibus facturos, urbemque ipſis dedituros affirmarunt.

XXVIII. Cum autem illi, qui reipublicae praeerant, hoc intellexiſſent, nec impedire poſſent, &, ſi compoſitione excluderentur, ſe in periculum venturos adnimadverterent, communiter paciſcuntur cum Pachete, eiuſque copiis, ut Athenienſibus arbitratu ſuo de Mitylenaeis ſtatuere liceret, utque ipſi Mitylenaei exercitum in urbem reciperent, & legationem pro ſe ipſis Athenas mitterent. interea vero, dum redirent, Paches neminem Mitylenaeorum in vincula coniiceret, aut in ſervitutem redigeret, aut occideret. Atque compoſitio quidem haec fuit. At illi Mitylenaei, qui potiſſimum cum Lacedaemoniis egiſſent, ſibi vehementer metuentes, poſtquam exercitus eſt ingreſſus, has conditiones non tulerunt: ſed omnes pariter ad aras

δ' ἀναστήσας αὐτοὺς, ὥστε μὴ ἀδικῆσαι, κατατίθεται ἐς Τένεδον, μέχρις οὗ τοῖς Ἀθηναίοις τι δόξῃ. πέμψας δὲ καὶ ἐς τὴν Ἄντισσαν τριήρεις, προσεκτήσατο, καὶ τἄλλα τὰ περὶ τὸ στρατόπεδον καθίστατο ᾗ αὐτῷ ἐδόκει.

κθ'. Οἱ δ' ἐν ταῖς τεσσαράκοντα ναυσὶ Πελοποννήσιοι, οὓς ἔδει ἐν τάχει παραγενέσθαι, πλέοντες, περί τε αὐτὴν τὴν Πελοπόννησον ἐνδιέτριψαν, καὶ κατὰ τὸν ἄλλον πλοῦν σχολαῖοι κομισθέντες, τοὺς μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ἀθηναίους λανθάνουσι, πρὶν δὴ τῇ Δήλῳ προσέσχον· προσμίξαντες δ' ἀπ' αὐτῆς τῇ Ἰκάρῳ καὶ Μυκόνῳ, πυνθάνονται πρῶτον ὅτι ἡ Μιτυλήνη ἑάλωκε. βουλόμενοι δὲ τὸ σαφὲς εἰδέναι, κατέπλευσαν ἐς Ἔμβατον τῆς Ἐρυθραίας. ἡμέραι δὲ μάλιστα ἦσαν τῇ Μιτυλήνῃ ἑαλωκυίᾳ ἑπτὰ, ὅτ' ἐς τὸ Ἔμβατον κατέπλευσαν. πυ-

confederunt. Paches vero eos illinc excitatos, ne quid iniuriae ipſis fieret, in Tenedum cuſtodiendos tranſmittit, donec Athenienſes aliquid ſtatuiſſent. Triremibus etiam Antiſſam miſſis, eam ſibi adiunxit, & cetera, quae ad exercitum pertinebant, arbitratu ſuo conſtituit.

XXIX. Peloponneſii vero, qui quadraginta navibus vehebantur, quos celeriter veniſſe oportuerat, cum circa Peloponneſum ipſam navigantes tempus triverunt, tum etiam in reliquo navigationis curſu lente vecti, Athenienſes quidem, qui in urbe erant, latuerunt, uſque dum ad Delum appuliſſent: illinc vero ad Icarum & Myconum profecti, tunc primum Mitylenen captam intellexerunt. Sed cum rem exploratam habere vellent, ad Embatum Erythraeae navigarunt. Die autem a Mitylene capta circiter ſeptimo, ad Embatum ſunt delati. Itaque re explorate cognita, pro praeſenti rerum illarum ſtatu, quid eſſet agendum, con-

θόμενοι δὲ τὸ σαφὲς, ἐβουλεύοντο ἐκ τῶν παρόντων· καὶ ἔλεξεν αὐτοῖς Τευτίαπλος ἀνὴρ Ἠλεῖος τάδε.

λ'. Ἀλκίδα, καὶ Πελοποννησίων ὅσοι πάρεσμεν ἄρχοντες τῆς στρατιᾶς, ἐμοὶ δοκεῖ πλεῖν ἡμᾶς ἐπὶ Μιτυλήνην, πρὶν ἐκπύστους γενέσθαι ὥσπερ ἔχομεν. κατὰ γὰρ τὸ εἰκὸς, ἀνδρῶν νεωστὶ πόλιν ἐχόντων, πολὺ τὸ ἀφύλακτον εὑρήσομεν· κατὰ μὲν θάλασσαν καὶ πάνυ, ᾗ ἐκεῖνοί τε ἀνέλπιστοι ἐπιγενέσθαι ἄν τινα σφίσι πολέμιον, καὶ ἡμῶν ἡ ἀλκὴ τυγχάνει μάλιστα οὖσα. εἰκὸς δὲ καὶ τὸ πεζὸν αὐτῶν κατ' οἰκίας ἀμελέστερον, ὡς κεκρατηκότων, διεσπάρθαι. εἰ οὖν προσπέσοιμεν ἄφνω τε καὶ νυκτὸς, ἐλπίζω μετὰ τῶν ἔνδον (εἴτις ἄρα ἡμῖν ἐστιν ὑπόλοιπος εὔνους) καταληφθῆναι ἂν τὰ πράγματα. καὶ μὴ ἀποκνήσωμεν τὸν κίνδυνον, νομίσαντες οὐκ ἄλλο τι εἶναι τὸ καινὸν τοῦ πολέμου ἢ τὸ τοιοῦτον, ὃ εἴ-

sultare coeperunt. Et Teutiaplus Eleus eos sic est allocutus.

XXX. *Alcida, ceterique Peloponnesii, mei collegae, qui copiarum duces adsumus, mihi videtur, Mitylenen nobis esse navigandum, ita ut iam sumus, antequam adventus noster divulgetur. Nam (ut verisimile est) cum homines urbe recens sint potiti, magnam ipsorum in custodiis negligentiam offendemus, praecipue vero a mari, qua ex parte, cum ipsi nullum hostem contra se venturum sperant, tum etiam nostrae vires sunt firmissimae. Verisimile etiam est, ipsorum peditatum, quippe quod sint victores, per hospitia dispersum negligentius agere. Si igitur ex improviso & noctu impetum in ipsos faciamus, spero fore, ut cum illis, qui sunt in urbe (si quis modo nobis benevolus adhuc superest) res illas in potestatem nostram redigamus. proinde ne vos pigeat periculum istud subire, reputantes, novas belli rationes*

τις στρατηγὸς ἔν τε αὐτῷ φυλάσσοιτο, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐνορῶν ἐπιχειροίη, πλεῖστ᾽ ἂν ὀρθοῖτο.

λα΄. Ὁ μὲν, τοσαῦτα εἰπὼν, οὐκ ἔπειθε τὸν Ἀλκίδαν. ἄλλοι δέ τινες τῶν ἀπ᾽ Ἰωνίας φυγάδων, καὶ οἱ Λέσβιοι ξυμπλέοντες παρῄνουν, ἐπειδὴ τοῦτον τὸν κίνδυνον φοβεῖται, τῶν ἐν Ἰωνίᾳ πόλεων καταλαβεῖν τινα, ἢ Κύμην τὴν Αἰολίδα· ὅπως ἐκ πόλεως ὁρμώμενοι τὴν Ἰωνίαν ἀποστήσωσιν. ἐλπίδα δ᾽ εἶναι· οὐδὲν γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι. καὶ τὴν πρόσοδον ταύτην μεγίστην οὖσαν Ἀθηναίων ἢν ὑφέλωσι, καὶ ἅμα ἢν ἐφορμῶσιν αὐτοὺς σφίσι δαπάνη γίγνηται, πείσειν τε οἴεσθαι καὶ Πισσούθνην ὥστε ξυμπολεμεῖν. ὁ δὲ οὐδὲ ταῦτα ἐνεδέχετο, ἀλλὰ τὸ πλεῖστον τῆς γνώμης εἶχεν, ἐπειδὴ τῆς Μι-

nullas alias esse, quam istas; a quibus si quis dux sibi ipsi caveat, & hostes huiusmodi arrepta occasione adoriatur, ex animi sententia res plurimas gerere poterit.

XXXI. Hic quidem ita locutus, rem Alcidae non persuasit. Alii vero nonnulli ex Ionia exsules, & Lesbii, qui cum ipso navigabant, ei suadebant, ut, quandoquidem hoc periculum formidabat, aliquam urbem in Ionia, aut Cumam Aeolicam occuparet; ut ex urbe, quam cepisset, prodeuntes, Ioniam ad defectionem impellerent. Spem autem rei peragendae esse. Se enim praeter nullius voluntatem eo venturos affirmabant. Et si proventum istum, qui maximus erat, Atheniensibus eriperent, simul etiam si stationes ipsis oppositas haberent, sumtus ab hostibus factum iri. etiam se sperare, Pissuthnen a se adductum iri, ut ad huius belli societatem se adiungeret. Sed Alcidas ne ista quidem admisit: sed ad eam sententiam animo potissimum inclinavit, ut, quoniam non satis mature Mitylenen per-

τυλήνης ὑστερήκει, ὅτιτάχιστα τῇ Πελοποννήσῳ πάλιν προσμίξαι.

λβʹ. Ἄρας δὲ ἐκ τοῦ Ἐμβάτου παρέπλει· καὶ προσχὼν Μυοννήσῳ τῇ Τηίων, τοὺς αἰχμαλώτους, οὓς κατὰ πλοῦν εἰλήφει, ἀπέσφαξε τοὺς πολλούς. καὶ ἐς τὴν Ἔφεσον καθορμισαμένου αὐτοῦ, Σαμίων τῶν ἐξ Ἀναίων ἀφικόμενοι πρέσβεις ἔλεγον οὐ καλῶς τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦν αὐτὸν, εἰ ἄνδρας διέφθειρεν οὔτε χεῖρας ἀνταιρομένους, οὔτε πολεμίους, Ἀθηναίων δὲ ὑπ' ἀνάγκης ξυμμάχους· εἰ δὲ μὴ παύσεται, ὀλίγους μὲν αὐτὸν τῶν ἐχθρῶν ἐς φιλίαν προσάξεσθαι, πολὺ δὲ πλείους τῶν φίλων πολεμίους ἕξειν. καὶ ὁ μὲν ἐπείσθη τε, καὶ Χίων ἄνδρας ὅσους εἶχεν ἔτι, ἀφῆκε, καὶ τῶν ἄλλων τινάς. ὁρῶντες γὰρ τὰς ναῦς οἱ ἄνθρωποι οὐκ ἔφευγον, ἀλλὰ

venire potuiſſet, in Peloponneſum quam celerrime ſe reciperet.

XXXII. Quamobrem cum Embato ſolviſſet, diſceſſit. cumque ad Teiorum Myoneſum appuliſſet, pleroſque captivos, quos in ſuae navigationis curſu interceperat, trucidavit. Et cum Epheſum appuliſſet, Samiorum, qui ex Anaeis erant, legati, ad eum venientes, non rite eum Graeciam in libertatem aſſerere dixerunt, ſi illos necaret, qui nec arma contra Peloponneſios tuliſſent, nec ipſis hoſtes eſſent, ſed neceſſitate coacti ſocietatem cum Athenienſibus feciſſent. Et, niſi finem faceret, ipſum paucorum quidem hoſtium amicitiam ſibi conciliaturum, longe vero plures ex amicis hoſtes habiturum. His ille perſuaſus, quotquot de Chiis adhuc penes ſe habebat, & ex aliis nonnullos dimiſit. Nam homines, licet Peloponneſiorum naves conſpicerent, haud tamen fugiebant, ſed potius, ut ad At-

προσεχώρουν μᾶλλον ὡς Ἀττικαῖς· καὶ ἐλπίδα οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην εἶχον μή ποτε Ἀθηναίων τῆς θαλάσσης κρατούντων, ναῦς Πελοποννησίων εἰς Ἰωνίαν παραβαλεῖν.

λγ΄. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἐφέσου ὁ Ἀλκίδας ἔπλει κατὰ τάχος, καὶ φυγὴν ἐποιεῖτο. ὤφθη γὰρ ὑπὸ τῆς Σαλαμινίας καὶ Παράλου, ἔτι περὶ Κλάρον ὁρμῶν. αἱ δ᾽ ἀπ᾽ Ἀθηνῶν ἔτυχον πλέουσαι· καὶ δεδιὼς τὴν δίωξιν, ἔπλει διὰ τοῦ πελάγους, ὡς γῇ ἑκούσιος οὐ σχήσων ἄλλῃ ἢ Πελοποννήσῳ· τῷ δὲ Πάχητι καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ἦλθε μὲν καὶ ἀπὸ τῆς Ἐρυθραίας ἀγγελία, ἀφικνεῖτο δὲ καὶ πανταχόθεν. ἀτειχίστου γὰρ οὔσης τῆς Ἰωνίας, μέγα τὸ δέος ἐγένετο μὴ παραπλέοντες οἱ Πελοποννήσιοι, εἰ καὶ ὡς μὴ διενοοῦντο μένειν, πορθῶσιν ἅμα προσπίπτοντες τὰς πόλεις. αὐτάγγελοι δ᾽ αὐτὸν ἰδοῦσαι ἐν τῇ Κλά-

ticas accedebant; & ne vel minimam quidem ſuſpicionem habebant, cum Athenienſes maris imperium obtinerent, Peloponneſiorum naves in Ioniam unquam traiecturas eſſe.

XXXIII. Alcidas vero Epheſo raptim diſceſſit, & in fugam ſe dedit. Nam a Salaminia & Paralo navibus, dum adhuc in portu ad Claron eſſet, conſpectus fuerat. Hae autem ab Athenis curſum caſu tenebant. ac hoſtis inſequentis adventum metuens, per altum ferebatur, ad nullam aliam regionem ultro, niſi ad Peloponneſum appulſurus. Pacheti vero & Athenienſibus cum undique, tum etiam ex Erythraea huius rei nuntius afferebatur. Cum enim Ionia nullis munitionibus eſſet munita, metus ingens erat, ne Peloponneſii maritimam oram navibus legentes, quamvis & ſic in animo non haberent diutius ibi manere, tamen obiter, prout in ſingulas urbes incidiſſent, eas diriperent. Paralus vero & Salaminia naves, cum ipſae-

ρῳ ἥ τε Πάραλος καὶ ἡ Σαλαμινία ἔφρασαν. ὁ δὲ ὑπὸ σπουδῆς ἐποιεῖτο τὴν δίωξιν· καὶ μέχρι μὲν Λάτμου τῆς νήσου ἐπεδίωξεν, ὡς δ᾽ οὐκέτι ἐν καταλήψει ἐφαίνετο, ἐπανεχώρει. κέρδος δὲ ἐνόμισεν, ἐπειδὴ οὐ μετεώροις περιέτυχεν, ὅτι οὐδαμοῦ ἐγκαταληφθεῖσαι ἠναγκάσθησαν στρατόπεδόν τε ποιεῖσθαι, καὶ φυλακὴν σφίσι καὶ ἐφόρμησιν παρασχεῖν.

λδ΄. Παραπλέων δὲ πάλιν ἔσχε καὶ ἐς Νότιον τὸ Κολοφωνίων, οὗ κατῴκηντο Κολοφώνιοι, τῆς ἄνω πόλεως ἑαλωκυίας ὑπὸ Ἰταμάνους, καὶ τῶν βαρβάρων κατὰ στάσιν ἰδίαν ἐπαχθέντων. ἑάλω δὲ μάλιστα αὕτη ὅτε ἡ δευτέρα Πελοποννησίων ἐσβολὴ ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐγίγνετο. ἐν οὖν τῷ Νοτίῳ, οἱ καταφυγόντες καὶ κατοι-

met ipſum Alcidam ad Claron vidiſſent, rem Pacheti nuntiarunt. Ille vero cum magna feſtinationis contentione perſequebatur. Et uſque ad inſulam Latmon eum eſt perſecutus: ſed cum Alcidas nuſquam amplius appareret, ita ut eum aſſequi poſſet, Paches retro rediit. Cum autem hoſtium naves in alto aſſecutus non fuiſſet, hoc in lucro poſuit, quod nuſquam ſubſiſtere, neque caſtra munire, neque ſibi eas praeſidiis obſidendi, & ſtationes ipſis oppoſitas habendi materiam praebere coactae fuiſſent.

XXXIV. Dum autem ab hoſte perſequendo reverteretur, maritimam Aſiae oram legens, ad Notium Colophoniorum urbem appulit, ubi Colophonii habitabant, quod Colophon ipſorum antiqua patria, urbs a mari remotior, ab Itamane, & barbaris per domeſticam ſeditionem ab altera factione accitis, capta fuiſſet. Haec autem capta fuit eo ferme tempore, quo Peloponneſii ſecundam irruptionem in Atticam fecerunt. In urbe igitur Notio, cum ſedi-

κήσαντες αὐτόθι, αὖθις στασιάσαντες, οἱ μὲν, παρὰ Πισσούθνου ἐπικούρους Ἀρκάδων τε καὶ βαρβάρων ἐπαγόμενοι, ἐν διατειχίσματι εἶχον, καὶ τῶν ἐκ τῆς ἄνω πόλεως Κολοφωνίων οἱ Μηδίσαντες, ξυνεσελθόντες ἐπολίτευον. οἱ δὲ, ὑπεξελθόντες τούτους, καὶ ὄντες φυγάδες, τὸν Πάχητα ἐπάγονται. ὁ δὲ, προσκαλεσάμενος ἐς λόγους Ἱππίαν τὸν ἐν τῷ διατειχίσματι Ἀρκάδων ἄρχοντα, ὥστε, ἢν μηδὲν ἀρέσκον λέγῃ, πάλιν αὐτὸν καταστήσειν ἐς τὸ τεῖχος σῶν καὶ ὑγιᾶ· ὁ μὲν ἐξῆλθε παρ' αὐτόν· ὁ δ' ἐκεῖνον μὲν ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ εἶχεν, αὐτὸς δὲ προσβαλὼν τῷ τειχίσματι ἐξαπιναίως, καὶ οὐ προσδεχομένων, αἱρεῖ, τούς τε Ἀρκάδας καὶ τῶν βαρβάρων ὅσοι ἐνῆσαν διαφθείρει· καὶ τὸν Ἱππίαν ὕστερον

tio rurſus orta fuiſſet inter illos, qui eo confugerant, & veteres urbis colonos, alii quidem auxiliares copias, quas a Piſſuthne, & ab Arcadibus, ac barbaris arceſſiverant, in munitionibus urbem interſepientibus habebant, & illi de Colophoniis, qui profugerant ex antiqua patria urbe, quae a mari erat remotior, quique Medis faverant, cum eiuſdem factionis hominibus eo ingreſſi, rempublicam adminiſtrabant. alii vero, qui clam iſtis aufugerant, & qui exſules erant, Pachetem arceſſiverunt. Is autem, cum Hippiam, Arcadum ducem, qui in munitionibus illis urbem interſepientibus erat, ad colloquium evocaſſet, ea conditione, ut, ſi nihil dixiſſet, quod ſibi placeret, eum in ſuas munitiones rurſus ſalvum & ſanum reſtitueret: ille quidem ad ipſum proceſſit. Ipſe vero eum in cuſtodia ſine vinculis ſervari iuſſit; hoſtium munitiones repente adortus, illiſque nihil tale exſpectantibus, capit, & Arcadas ac barbaros, quotquot intus erant, occidit. Et Hippiam poſtea

ἐσαγαγὼν ὥσπερ ἐσπείσατο, ἐπειδὴ ἔνδον ἦν, ξυλλαμβάνει, καὶ κατατοξεύει. Κολοφωνίοις δὲ Νότιον παραδίδωσι, πλὴν τῶν Μηδισάντων. καὶ ὕστερον Ἀθηναῖοι οἰκιστὰς πέμψαντες, κατὰ τοὺς ἑαυτῶν νόμους κατῴκισαν τὸ Νότιον, ξυναγαγόντες πάντας ἐκ τῶν πόλεων, εἴπου τις ἦν Κολοφωνίων.

λε΄. Ὁ δὲ Πάχης, ἀφικόμενος ἐς τὴν Μιτυλήνην, τήν τε Πύῤῥαν καὶ Ἔρεσον παρεστήσατο· καὶ Σάλαιθον λαβὼν ἐν τῇ πόλει τὸν Λακεδαιμόνιον κεκρυμμένον, ἀποπέμπει ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ τοὺς ἐκ τῆς Τενέδου Μιτυληναίους ἄνδρας ἅμα, οὓς κατέθετο, καὶ εἴτις ἄλλος αὐτῷ αἴτιος ἐδόκει εἶναι τῆς ἀποστάσεως· ἀποπέμπει δὲ καὶ τῆς στρατιᾶς τὸ πλέον. τοῖς δὲ λοιποῖς ὑπομένων καθίστατο τὰ περὶ τὴν Μιτυλήνην καὶ τὴν ἄλλην Λέσβον ᾗ αὐτῷ ἐδόκει.

introductum, ficuti factis induciis promiferat, poftquam intus fuit, comprehendit, fagittifque confodit. Et Colophoniis Notium reftituit, illis exceptis, qui Medorum partibus faverant. Poftea vero Athenienfes, coloniis eo miffis, eam civitatem ex legibus inftitutifque fuis conftituerunt, omnibus Colophoniis, fi quis ufquam erat, ex civitatibus in unum coactis.

XXXV. Paches autem Mitylenen reverfus, Pyrrham & Ereffum in deditionem redegit. captumque Salaethum Lacedaemonium, in urbe latitantem, Athenas mittit, fimul etiam illos Mitylenaeos, quos in Tenedum affervandos miferat, & fi quis alius ipfi defectionis auctor fuiffe videbatur. Maiorem etiam exercitus partem dimittit. cum reliquis ipfe permanens, cum Mitylenes, tum etiam ceterae Lesbi res arbitratu fuo conftituit.

λϛ'. Ἀφικομένων δὲ τῶν ἀνδρῶν, καὶ τοῦ Σαλαίθου, οἱ Ἀθηναῖοι τὸν μὲν Σάλαιθον εὐθὺς ἀπέκτειναν, ἔστιν ἃ παρεχόμενον, τά τ' ἄλλα, καὶ ἀπὸ Πλαταιῶν (ἔτι γὰρ ἐπολιορκοῦντο) ἀπάξειν Πελοποννησίους. περὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν γνώμας ἐποιοῦντο· καὶ ὑπὸ ὀργῆς ἔδοξεν αὐτοῖς οὐ τοὺς παρόντας μόνον ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἅπαντας Μιτυληναίους ὅσοι ἡβῶσι, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίσαι· ἐπικαλοῦντες τήν τε ἄλλην ἀπόστασιν, ὅτι οὐκ ἀρχόμενοι ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἐποιήσαντο, καὶ προσξυνελάβοντο οὐκ ἐλάχιστον τῆς ὁρμῆς αἱ Πελοποννησίων νῆες, ἐς Ἰωνίαν ἐκείνοις βοηθοὶ τολμήσασαι παρακινδυνεῦσαι. οὐ γὰρ ἀπὸ βραχείας διανοίας ἐδόκουν τὴν ἀπόστασιν ποιήσασθαι. πέμπουσιν οὖν τριήρη ὡς Πάχητα ἄγγελον τῶν δεδογμένων, κατὰ τάχος κε-

XXXVI. Cum autem Salaethus, & qui a Pachete missi fuerant, Athenas pervenissent; Athenienses Salaethum quidem confestim interfecerunt, licet spondentem, cum alia quaedam, tum etiam Peloponnesios a Plataeis (adhuc enim obsidebantur) se abducturum. De reliquis vero consultare coeperunt. Et prae ira censuerunt, interficiendos non solum eos, qui aderant, sed etiam omnes Mitylenaeos, quotquot puberes essent; impuberes vero, ac feminas in servitutem redigendas: dantes crimini cum alteram defectionem, quam ab Atheniensibus fecerant, licet eorum imperio non premerentur, ut alii; tum etiam alteram, ad quam Iones sollicitaverant, quod Peloponnesiorum classis, quae auxilium ipsis Mitylenaeis ferens, in Ioniam non sine periculo penetrare ausa fuerat, motum illum non minimum adiuvisset. nec enim parvo, levique consilio defectionem fecisse videbantur. Triremem igitur ad Pachetem mittunt,

λεύοντες διαχρήσασθαι Μιτυληναίους. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ μετάνοιά τις εὐθὺς ἦν αὐτοῖς, καὶ ἀναλογισμὸς, ὠμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα ἐγνῶσθαι, πόλιν ὅλην διαφθεῖραι μᾶλλον, ἢ οὐ τοὺς αἰτίους. ὡς δ' ᾔσθοντο τοῦτο τῶν Μιτυληναίων οἱ παρόντες πρέσβεις, καὶ οἱ αὐτοῖς τῶν Ἀθηναίων ξυμπράσσοντες, παρεσκεύασαν τοὺς ἐν τέλει ὥστε αὖθις γνώμας προθεῖναι. καὶ ἔπεισαν ῥᾷον, διότι καὶ ἐκείνοις ἔνδηλον ἦν βουλόμενον τὸ πλέον τῶν πολιτῶν αὖθίς τινας σφίσιν ἀποδοῦναι βουλεύσασθαι. καταστάσης δ' εὐθὺς ἐκκλησίας, ἄλλαι τε γνῶμαι ἀφ' ἑκάστων ἐλέγοντο, καὶ Κλέων ὁ Κλεαινέτου, ὅσπερ καὶ τὴν προτέραν ἐνενικήκει ὥστε ἀποκτεῖναι, ὢν καὶ ἐς τὰ ἄλλα βιαιότατος τῶν πολιτῶν, τῷ τε δήμῳ παραπολὺ

quae populi decretum nuntiet, imperantes, ut primo quoque tempore Mitylenaeos necet. Postero autem die confestim eos vehementer poenituit, & saevum ac immane decretum, quod fecerant, secum ipsi reputabant, quo totam civitatem potius, quam ipsos defectionis auctores necari iubebant. Cum autem Mitylenaeorum legati, qui aderant, & quotquot Athenienses ipsis studebant, hoc animadvertissent, suaserunt illis, qui reipublicae praeerant, ut hac de re ad populum iterum referrent, & sententias rogarent. Quod facile persuaserunt, quia & illis hoc erat perspectum, maiorem civium partem cupere hac de re iterum consultandi potestatem sibi per aliquos dari. Quamobrem concione statim coacta, cum aliae sententiae a singulis sunt dictae, tum etiam Cleon Cleaeneti filius, cuius etiam de Mitylenaeis occidendis sententia pridie evicerat, qui & ceteris in rebus civis erat omnium violentissimus, & tunc temporis apud plebem longe gratiosissimus, ita ut ei, quid-

ἐν τῷ τότε πιθανώτατος, παρελθὼν αὖθις, ἔλεγε τοιάδε.

λζ'. ΠΟΛΛΑΚΙΣ μὲν ἤδη ἔγωγε καὶ ἄλλο τε ἔγνων δημοκρατίαν, ὅτι ἀδύνατός ἐστιν ἑτέρων ἄρχειν, μάλιστα δ' ἐν τῇ νῦν ὑμετέρᾳ περὶ Μιτυληναίων μεταμελείᾳ. διὰ γὰρ τὸ καθ' ἡμέραν ἀδεὲς καὶ ἀνεπιβούλευτον πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐς τοὺς ξυμμάχους τὸ αὐτὸ ἔχετε. καὶ ὅ, τι ἂν ἢ λόγῳ πεισθέντες ὑπ' αὐτῶν ἁμάρτητε, ἢ οἴκτῳ ἐνδῶτε, οὐκ ἐπικινδύνως ἡγεῖσθε ἐς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἐς τὴν τῶν ξυμμάχων χάριν μαλακίζεσθαι· οὐ σκοποῦντες ὅτι τυραννίδα ἔχετε τὴν ἀρχὴν, καὶ προσεπιβουλεύοντας αὐτοὺς, καὶ ἄκοντας ἀρχομένους. οἳ οὐκ ἐξ ὧν ἂν χαρίζησθε βλαπτόμενοι αὐτοὶ, ἀκροῶνται ὑμῶν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν ἰσχύϊ μᾶλλον, ἢ τῇ ἐκείνων εὐνοίᾳ περι-

quid vellet, dicendo facile persuaderet, in medium progressus, hanc orationem habuit.

XXXVII. *Cum saepe alias ego statum popularem minime aptum iudicavi ad imperium in alios obtinendum, tum vero praecipue nunc in hac vestra de Mitylenaeis poenitentia. Nam quia vos in quotidiana & mutua consuetudine hic securi estis, nec ullas insidias timetis, idem etiam de sociis sentitis. Et quidquid vel eloquentia eorum adducti deliqueritis, vel misericordia moti remiseritis, non reputatis, vos, magno vestro cum periculo, nec ulla cum gratia sociorum, molles facilesque erga eos esse. Non considerantes, imperium, quod obtinetis, tyrannidem esse, ipsosque ad insidias vobis faciendas attentos esse, vestroque imperio invitos parere: qui vobis dicto sunt audientes, non propter beneficia, quae vos ipsi vestro cum detrimento in eos contuleritis, sed propter potentiam, qua superiores estis, potius quam propter illorum erga vos benevolentiam. Omnium vero perniciosissimum erit,*

γένησθε. πάντων δὲ δεινότατον, εἰ βέβαιον ἡμῖν μηδὲν καθεστήξει ὧν ἂν δόξῃ πέρι· μηδὲ γνωσόμεθα ὅτι χείροσι νόμοις ἀκινήτοις χρωμένη πόλις κρείσσων ἐστὶν, ἢ καλῶς ἔχουσιν ἀκύροις· ἀμαθία τε μετὰ σωφροσύνης ὠφελιμώτερον, ἢ δεξιότης μετὰ ἀκολασίας. οἵ τε φαυλότεροι τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τοὺς ξυνετωτέρους, ὡς ἐπιτοπλεῖστον ἄμεινον οἰκοῦσι τὰς πόλεις. οἱ μὲν γὰρ τῶν τε νόμων σοφώτεροι βούλονται φαίνεσθαι, τῶν τε ἀεὶ λεγομένων ἐς τὸ κοινὸν περιγίγνεσθαι, ὡς ἐν ἄλλοις μείζοσιν οὐκ ἂν δηλώσαντες τὴν γνώμην· καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου τὰ πολλὰ σφάλλουσι τὰς πόλεις. οἱ δ' ἀπιστοῦντες τῇ ἐξ αὑτῶν ξυνέσει, ἀμαθέστεροι μὲν τῶν νόμων ἀξιοῦσιν εἶναι, ἀδυνατώτεροι δὲ τοῦ καλῶς εἰπόντος μέμψασθαι λόγον. κριταὶ δὲ ὄντες ἀπὸ τοῦ ἴσου μᾶλλον, ἢ ἀγωνισταὶ, ὀρθοῦνται τὰ πλείω. ὡς οὖν χρὴ καὶ ἡμᾶς ποιοῦν-

si nihil eorum, quae a nobis decreta fuerint, certum firmumque maneat: nec intelligamus, illam rempublicam, quae malis quidem, sed tamen immotis ac perpetuo firmis legibus utitur, praestantiorem esse illa, quae bonis quidem legibus utitur, sed tamen mobilibus: & imperitiam cum modestia coniunctam utiliorem esse peritia cum immodestia coniuncta; ac imperitiores homines, si cum peritioribus conferantur, respublicas plerumque melius administrare. Nam isti quidem, & legibus sapientiores videri, & in publicis consultationibus sententiam semper obtinere volunt, quasi in aliis maioribus rebus ingenii sui vim ostentare non possint; atque propterea plerumque respublicas evertunt. Illi vero, quia suae peritiae diffidunt, se legibus imperitiores esse, & illius sententiam, qui recte dixit, a se vituperari non posse, ultro fatentur. Itaque respublicas plerumque recte administrant, quia sunt rerum aequi aestimatores potius, quam concertatores. Sic igitur nos quoque

τας, μὴ δεινότητι καὶ ξυνέσεως ἀγῶνι ἐπαιρομένους, παρὰ δόξαν τῷ ὑμετέρῳ πλήθει παραινεῖν.

λη΄. Ἐγὼ μὲν οὖν ὁ αὐτός εἰμι τῇ γνώμῃ, καὶ θαυμάζω μὲν τῶν προθέντων αὖθις περὶ Μιτυληναίων λέγειν, καὶ χρόνου διατριβὴν ἐμποιησάντων, ὅ ἐστι πρὸς τῶν ἠδικηκότων μᾶλλον. ὁ γὰρ παθὼν τῷ δράσαντι ἀμβλυτέρᾳ τῇ ὀργῇ ἐπεξέρχεται. ἀμύνεσθαι δὲ, τῷ παθεῖν ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον ἀντίπαλον ὂν, μάλιστα τὴν τιμωρίαν ἀναλαμβάνει. θαυμάζω δὲ καὶ ὅστις ἔσται ὁ ἀντερῶν, καὶ ἀξιώσων ἀποφαίνειν, τὰς μὲν Μιτυληναίων ἀδικίας ἡμῖν ὠφελίμους οὔσας, τὰς δ' ἡμετέρας ξυμφορὰς τοῖς ξυμμάχοις βλάβας καθισταμένας. καὶ δῆλον ὅτι ἢ τῷ λέγειν πιστεύσας, τὸ πάνυ δοκοῦν, ἀνταποφῆναι ὡς οὐκ ἔγνωσται ἀγωνίσαιτ' ἂν, ἢ κέρδει ἐπαιρόμενος, τὸ εὐπρεπὲς τοῦ λόγου ἐκπονήσας, παράγειν πειράσεται. ἡ δὲ πόλις ἐκ τῶν τοιῶνδε ἀγώνων τὰ

facere, nec dicendi facultate & sollertiae contentione elatos, vestrae multitudini aliter, quam sentimus, suadere decet.

XXXVIII. *Ego igitur in eadem sententia permaneo, atque illos miror, qui de Mitylenaeis ad vos iterum retulerunt, & moram interponunt, quod illis, qui iniuriam fecerunt, commodius est: qui enim iniuriam accepit, si morae interponantur, ira languidiore persequitur. Ultio vero, quae est iniuriae illatae adversaria, si statim eam sequatur, maximas poenas repetit. Illum etiam miror, (quisquis ille erit) qui contra me dicet, & aperte pronuntiare non dubitabit, Mitylenaeorum quidem iniurias esse nobis utiles, nostros vero casus sociis detrimenta non afferre. Sed profecto constat, hunc aut dicendi facultate fretum, concertationis studio daturum operam, ut demonstret, id non esse decretum, quod tamen maxime decretum est; aut quaestu inductum, speciosa*

μὲν ἆθλα ἑτέροις δίδωσιν, αὐτὴ δὲ τοὺς κινδύνους ἀναφέρει. αἴτιοι δ' ὑμεῖς, κακῶς ἀγωνοθετοῦντες, οἵτινες εἰώθατε θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γίγνεσθαι, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων· τὰ μὲν μέλλοντα ἔργα ἀπὸ τῶν εὖ εἰπόντων σκοποῦντες, ὡς δυνατὰ γίγνεσθαι. τὰ δὲ πεπραγμένα ἤδη, οὐ τὸ δρασθὲν πιστότερον ὄψει λαβόντες ἢ τὸ ἀκουσθὲν, ἀπὸ τῶν λόγων καλῶς ἐπιτιμησάντων· καὶ μετὰ καινότητος μὲν λόγου ἀπατᾶσθαι ἄριστοι, μετὰ δεδοκιμασμένου δὲ μὴ ξυνέπεσθαι ἐθέλειν· δοῦλοι ὄντες τῶν ἀεὶ ἀτόπων, ὑπερόπται δὲ τῶν εἰωθότων. καὶ μάλιστα μὲν αὐτὸς εἰπεῖν ἕκαστος βουλόμενος δύνασθαι, εἰ δὲ μὴ, ἀνταγωνιζόμενοι τοῖς τὰ τοιαῦτα λέγουσι, μὴ ὕστεροι ἀκολουθῆσαι δοκεῖν τῇ γνώμῃ, ὀξέως δέ τι λέγοντος προεπαινέσαι· καὶ προαισθέσθαι τε πρόθυμοι εἶναι τὰ

oratione elaborata, vobis imponere conaturum. At respublica propter huiusmodi concertationes aliis quidem praemia dat, ipsa vero pericula sustinet. Huius vero rei culpa penes vos est, qui huiusmodi certamina perperam instituitis, & verborum quidem spectatores, rerum vero auditores esse consuevestis: res quidem futuras, si quis optime dixerit, fieri posse coniectantes: res vero iam gestas, ex illorum oratione spectantes, qui egregie vos obiurgarint; id, quod vos ipsi vidistis, non certius existimantes esse, quam quod audistis. & orationis quidem novitate facillime vobis imponi sinitis; spectatam vero, ac probatam orationem nullo modo sequi vultis: rerum quidem inusitatarum semper servi, usitatarum vero contemtores. Et unusquisque vestrûm potissimum quidem dicendi facultate praestare cupit: sin minus, illis, qui hac eloquentiae laude excellunt, resistitis, ne, si illorum sententiam sequamini, illis inferiores esse videamini: & si quis aliquid acute dixerit, ad illum laudandum promti estis, vel ante quam hoc ipsum dixerit:

λεγόμενα, καὶ προνοῆσαι βραδεῖς τὰ ἐξ αὐτῶν ἀποβησόμενα· ζητοῦντές τε ἄλλο τι, ὡς εἰπεῖν, ἢ ἐν οἷς ζῶμεν, φρονοῦντες δὲ οὐδὲ περὶ τῶν παρόντων ἱκανῶς. ἁπλῶς τε, ἀκοῆς ἡδονῇ ἡσσώμενοι, καὶ σοφιστῶν θεαταῖς ἐοικότες καθημένοις μᾶλλον, ἢ περὶ πόλεως βουλευομένοις.

λθ΄. Ὧν ἐγὼ πειρώμενος ἀποτρέπειν ὑμᾶς, ἀποφαίνω Μιτυληναίους μάλιστα δὴ μίαν πόλιν ἠδικηκότας ὑμᾶς. ἐγὼ γὰρ, οἵτινες μὲν μὴ δυνατοὶ φέρειν τὴν ὑμετέραν ἀρχὴν, ἢ οἵτινες ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναγκασθέντες ἀπέστησαν, ξυγγνώμην ἔχω· νῆσον δὲ οἵτινες ἔχοντες μετὰ τειχῶν, καὶ κατὰ θάλασσαν μόνον φοβούμενοι τοὺς ἡμετέρους πολεμίους, ἐν ᾧ καὶ αὐτοὶ τριηρῶν παρασκευῇ οὐκ ἄφρακτοι ἦσαν πρὸς αὐτοὺς, αὐτόνομοί τε οἰκοῦντες, καὶ τιμώμενοι ἐς τὰ πρῶτα ὑπὸ ἡμῶν,

promti etiam estis ad significandum, ea, quae dicuntur, a vobis iam esse percepta, vel ante quam sint dicta; sed ad horum eventa prospicienda tardi estis. Et aliquem alium rerum statum (ut ita loquar) quaeritis, quam sit is, in quo vivimus, quamquam ne praesentem quidem rerum statum satis bene cognoscitis. Denique, ut rem paucis expediam, aurium voluptati servitis, & potius similes estis spectatoribus, qui sedent, & audiunt sophistas, quam viris, qui de republica consultant.

XXXIX. *A quibus vitiis ego vos avocare conans, pronuntio, unam omnium Mitylenaeorum civitatem vobis maximam iniuriam iam fecisse. Ego enim illis, qui vestrum imperium ferre nequeunt, aut qui ab hostibus coacti, defecerunt, veniam do. Sed cum illi, qui insulam tenebant, & urbem muris cinctam incolebant, & qui a mari tantum nostros hostes metuebant, ubi & ipsi firmo classis apparatu adversus eos erant muniti, suisque legibus utentes, liberi vivebant, & ante omnes a nobis honoraban-*

τοιαῦτα εἰργάσαντο· τί ἄλλο οὗτοι ἢ ἐπεβούλευσάν τε, καὶ ἐπανέστησαν μᾶλλον ἢ ἀπέστησαν, (ἀπόστασις μέν γε, τῶν βίαιόν τι πασχόντων ἐστὶν) ἐζήτησάν τε μετὰ τῶν πολεμιωτάτων ἡμᾶς στάντες διαφθεῖραι; καίτοι δεινότερόν ἐστιν ἢ εἰ καθ' αὐτοὺς δύναμιν κτώμενοι ἀντεπολέμησαν· παράδειγμα δὲ αὐτοῖς οὔτε αἱ τῶν πέλας ξυμφοραὶ ἐγένοντο, ὅσοι ἀποστάντες ἤδη ἡμῶν ἐχειρώθησαν, οὔτε ἡ παροῦσα εὐδαιμονία παρέσχεν ὄκνον μὴ ἐλθεῖν ἐς τὰ δεινά· γενόμενοι δὲ πρὸς τὸ μέλλον θρασεῖς, καὶ ἐλπίσαντες μακρότερα μὲν τῆς δυνάμεως, ἐλάσσω δὲ τῆς βουλήσεως, πόλεμον ἤραντο, ἰσχὺν ἀξιώσαντες τοῦ δικαίου προθεῖναι· ἐν ᾧ γὰρ ᾠήθησαν περιέσεσθαι, ἐπέθεντο ἡμῖν οὐκ ἀδικούμενοι. εἴωθε δὲ τῶν πόλεων αἷς ἂν μάλιστα καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ, ἐς ὕβριν τρέπειν. τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς

tur, talia facinora patrarint; quid aliud, quam insidias fecerunt, bellum potius inferentes, quam defectionem facientes, (defectio enim est illorum, qui vim aliquam patiuntur) operamque dederunt, ut iunctis opibus, cum illis, qui nobis sunt hostes infensissimi, nos perderent? Atqui hoc est atrocius, quam si per se, solique partis opibus bellum nobis intulissent. neque calamitates aliorum, qui, post defectionem a nobis factam, in servitutem iam sunt redacti, documentum ipsis fuerunt; neque praesens ipsorum felicitas ipsos a periculis adeundis deterruit: facti autem audaces ad futura, & speratis rebus maioribus, quam quas praestare poterant, & minoribus, quam quas cupiebant, bellum susceperunt, armis potius quam iure disceptandum censentes. quo enim tempore se victores fore putarunt, nullis iniuriis a nobis affecti nos invaserunt. Usu autem venire solet, ut civitates, illae praecipue, quibus nuper ac praeter exspectationem felicitas contigit, ad in-

ἀνθρώποις εὐτυχοῦντα, ἀσφαλέστερα, ἢ παρὰ δόξαν καὶ κακοπραγίαν, ὡς εἰπεῖν, ῥᾷον ἀπωθοῦνται, ἢ εὐδαιμονίαν διασώζονται. χρῆν δὲ Μιτυληναίους καὶ πάλαι μηδὲν διαφέροντας τῶν ἄλλων ὑφ' ἡμῶν τετιμῆσθαι· καὶ οὐκ ἂν ἐς τόδε ἐξύβρισαν. (πέφυκε γὰρ καὶ ἄλλως ἄνθρωπος τὸ μὲν θεραπεῦον ὑπερφρονεῖν, τὸ δὲ μὴ ὑπεῖκον θαυμάζειν) κολασθήτωσαν δὲ καὶ νῦν ἀξίως τῆς ἀδικίας, καὶ μὴ τοῖς μὲν ὀλίγοις ἡ αἰτία προστεθῇ, τὸν δὲ δῆμον ἀπολύσητε. πάντες γὰρ ἡμῖν γε ὁμοίως ἐπέθεντο, οἷς γ' ἐξῆν ὡς ἡμᾶς τρεπομένοις, νῦν πάλιν ἐν τῇ πόλει εἶναι. ἀλλὰ τὸν μετὰ τῶν ὀλίγων κίνδυνον ἡγησάμενοι βεβαιότερον, ξυναπέστησαν. τῶν τε ξυμμάχων σκέψασθε εἰ τοῖς τε ἀναγκασθεῖσιν ὑπό τε τῶν πολεμίων καὶ τοῖς ἑκοῦσιν ἀποστᾶσι τὰς αὐτὰς ζημίας προσθήσετε, τίνα οἴεσθε ὅντινα οὐ βραχείᾳ προφάσει ἀπο-

solentiam se convertant. Illa vero felicitas, quae secundum rationem hominibus contingit, est plerumque stabilior, quam quae praeter exspectationem accidit: & (ut ita loquar) adversam fortunam facilius propulsant, quam secundam tuentur. Decuerat autem iam pridem Mitylenaeos nullo peculiari honore praeter ceteros a nobis affici. & eo petulantiae progressi non essent. (Hoc enim alioqui natura comparatum est, ut homo eum quidem contemnat, a quo colitur; eum vero admiretur, qui ipsi non cedit.) Plectantur igitur vel nunc pro magnitudine iniuriae; neque paucis quidem culpa tribuatur, plebs vero a vobis absolvatur. Nam universi pariter nos invaserunt: quibus, si ad nos confugissent, nunc iterum in urbe sua degere liceret. Sed tutius esse arbitrati, eandem belli fortunam periclitari cum paucis, simul omnes a nobis defecerunt. Considerate autem, si easdem poenas infligatis & sociis illis, qui ab hostibus coacti, & illis, qui ultro defecerunt,

στήσεσθαι, ὅταν ἡ κατορθώσαντι ἐλευθέρωσις ᾗ, ἢ σφαλέντι μηδὲν παθεῖν ἀνήκεστον. ἡμῖν δὲ πρὸς ἑκάστην πόλιν ἀποκεκινδυνεύσεται τά τε χρήματα καὶ αἱ ψυχαί. καὶ τυχόντες μὲν, πόλιν ἐφθαρμένην παραλαβόντες, τῆς ἔπειτα προσόδου, δι' ἣν ἰσχύομεν, τολοιπὸν στερήσεσθε, σφαλέντες δὲ, πολεμίους πρὸς τοῖς ὑπάρχουσιν ἕξομεν. καὶ ὃν χρόνον τοῖς νῦν καθεστηκόσι δεῖ ἐχθροῖς ἀνθίστασθαι, τοῖς οἰκείοις ξυμμάχοις πολεμήσομεν.

μ΄. Οὔκουν δεῖ προσθεῖναι ἐλπίδα οὔτε λόγῳ πιστὴν, οὔτε χρήμασιν ὠνητὴν, ὡς ξυγγνώμην ἁμαρτεῖν ἀνθρωπείως λήψονται. ἄκοντες μὲν γὰρ οὐκ ἔβλαψαν, εἰδότες δὲ ἐπεβούλευσαν. ξύγγνωμον δ' ἐστὶ τὸ ἀκούσιον. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ τότε πρῶτον, καὶ νῦν διαμάχομαι, μὴ μεταγνῶναι ὑμᾶς τὰ προδεδογμένα, μηδὲ τρισὶ τοῖς

quem tandem fore putatis, quin leviſſima de cauſa deficiat, ſi aut re feliciter geſta libertatem ſit adepturus, aut re infeliciter geſta nihil gravius ſit perpeſſurus? Nos vero in ſingulis civitatibus & fortunarum & ſalutis periculum ſubibimus. Et ſi, re proſpere geſta, urbem iam profligatam receperimus, proventibus, in quibus ſita eſt noſtra potentia, in poſterum privabimini: ſi vero labamur, praeter eos, quos iam habemus, novos etiam hoſtes habebimus. Et quo tempore illis, qui nunc ſunt hoſtes minime dubii, reſiſtendum erit, eo bellum noſtris ſociis erit faciendum.

XL. *Non oportet igitur ullam ſpem ipſis relinquere, qua ſperent fore, ut vel oratione probabili nobis perſuadeant, quod cupiunt, vel pecuniis peccata redimant, &, quaſi humanitus peccarint, veniam a nobis impetrent. Nec enim inviti deliquerunt: ſed ultro & ſcientes inſidias nobis fecerunt. Quod autem praeter voluntatem fit, id venia dignum eſt. Ego igitur & tunc primum, & nunc quoque contendo, ne priſtinam ſententiam mutantes de-*

P 2

ἀξυμφορωτάτοις τῇ ἀρχῇ, οἴκτῳ, καὶ ἡδονῇ λόγων, καὶ ἐπιεικείᾳ, ἁμαρτάνειν. ἔλεός τε γὰρ πρὸς τοὺς ὁμοίους δίκαιος ἀντιδίδοσθαι, καὶ μὴ πρὸς τοὺς οὔτ᾽ ἀντοικτιοῦντας, ἐξ ἀνάγκης τε καθεστῶτας ἀεὶ πολεμίους. οἵ τε τέρποντες λόγῳ ῥήτορες ἕξουσι καὶ ἐν ἄλλοις ἐλάσσοσιν ἀγῶνα, καὶ μὴ ἐν ᾧ ἡ μὲν πόλις βραχέα ἡσθεῖσα, μεγάλα ζημιώσεται, αὐτοὶ δὲ ἐκ τοῦ εὖ εἰπεῖν τὸ παθεῖν εὖ ἀντιλήψονται. καὶ ἡ ἐπιείκεια πρὸς τοὺς μέλλοντας ἐπιτηδείους καὶ τολοιπὸν ἔσεσθαι, μᾶλλον δίδοται ἢ πρὸς τοὺς ὁμοίους τε καὶ οὐδὲν ἧσσον πολεμίους ὑπολειπομένους. ἓν δὲ ξυνελὼν λέγω, πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ, τά τε δίκαια ἐς Μιτυληναίους καὶ τὰ ξύμφορα ἅμα ποιήσετε· ἄλλως δὲ γνόντες, τοῖς μὲν οὐ χαριεῖσθε, ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσεσθε. εἰ γὰρ οὗτοι ὀρθῶς ἀπέ-

cretum iam ante factum rescindatis, neve misericordia, & verborum illecebris, & lenitate, tribus rebus imperio perniciosissimis, adducti peccetis. Nam misericordiam illis, qui sunt similes, vicissim tribui est aequum: non autem illis, qui mutua miseratione non commoventur, & qui propter necessitatem, qua inviti parere coguntur, se nobis hostes perpetuo praebent. Et oratores, qui sua oratione oblectant, in aliis minoribus rebus certamen habebunt: non autem in qua, ipsa quidem civitas pro minima voluptate, quam perceperit, maximam iacturam faciet; ipsi vero pro causa bene acta beneficium accipient. Et lenitas illis potius tribuitur, qui in posterum amici sunt futuri, quam illis, qui semper sui similes, & nihilo minus hostes sunt futuri, si superstites relinquantur. Atque (ut semel rem totam paucis expediam) si meam sententiam sequamini, ea facietis, quae cum erga Mitylenaeos aequa, tum etiam vobis ipsis utilia sunt futura. Sed si aliter statuatis, illis quidem nihil gratificabimini, vos vero ipsos vestro prae-

στησαν, ὑμεῖς ἂν οὐ χρεὼν ἄρχοιτε. εἰ δὲ δὴ καὶ οὐ προσῆκον ὅμως ἀξιοῦτε τοῦτο δρᾶν, παρὰ τὸ εἰκὸς τοίνυν καὶ τούσδε ξυμφόρως δεῖ κολάζεσθαι, ἢ παύεσθαι τῆς ἀρχῆς, καὶ ἐκ τοῦ ἀκινδύνου ἀνδραγαθίζεσθαι. τῇ τε αὐτῇ ζημίᾳ ἀξιώσατε ἀμύνασθαι, καὶ μὴ ἀναλγητότεροι οἱ διαφεύγοντες τῶν ἐπιβουλευσάντων φανῆναι' ἐνθυμηθέντες ἃ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ποιῆσαι κρατήσαντας ἡμῶν, ἄλλως τε καὶ προϋπάρξαντας ἀδικίας. μάλιστα δὲ οἱ μὴ ξὺν προφάσει τινὰ κακῶς ποιοῦντες ἐπεξέρχονται, καὶ διόλλυνται, τὸν κίνδυνον ὑφορώμενοι τοῦ ὑπολειπομένου ἐχθροῦ. ὁ γὰρ μὴ ξὺν ἀνάγκῃ τι παθὼν, χαλεπώτερος διαφυγὼν τοῦ ἀπὸ τῆς ἴσης ἐχθροῦ. μὴ οὖν προδόται γένησθε ἡμῶν αὐτῶν. γενόμενοι δ' ὅτι ἐγγύτατα

iudicio magis damnabitis. si enim isti merito defecerunt, vos certe contra fas & ius ipsis imperare dicemini. Quod si vel contra fas & ius, hoc tamen vobis faciendum censetis, oportet igitur hos etiam praeter fas & ius a vobis puniri, quia hoc vobis conducit, aut imperium a vobis deponi, operamque dari, ut sine periculo viros bonos agatis. eadem etiam poena in illos animadvertite; neque vos, qui evasistis, clementiores vosmet ostendite, quam illi, qui insidias fecerunt, erga vos fuissent, si rem ex animi sententia gessissent: cogitantes, quae verisimile est ipsos facturos fuisse, si vos vicissent, praesertim cum vos iniuria lacessiverint. Illi vero praecipue, qui nulla de causa aliquem maleficio afficiunt, hunc etiam ad interneccionem usque persequuntur, & funditus perdunt, quia periculum sibi impendens ab hoste, qui superstes relinquitur, suspectum habent. Qui enim iniuriam aliquam accepit, a quo non oportuit, hic periculo vitato in eum acerbior esse solet, quam in iustum hostem. Nolite igitur vestri ipsorum proditores esse. Sed animo quam proxime accedentes ad mala,

τῇ γνώμῃ τοῦ πάσχειν, καὶ ὡς πρὸ παντὸς ἂν ἐτιμήσασθε αὐτοὺς χειρώσασθαι, νῦν ἀνταπόδοτε, μὴ μαλακισθέντες πρὸς τὸ παρὸν αὐτίκα, μηδὲ τοῦ ἐπικρεμασθέντος ποτὲ δεινοῦ ἀμνημονοῦντες. κολάσατε δὲ ἀξίως τούτους τε, καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις παράδειγμα σαφὲς καταστήσατε, ὃς ἂν ἀφιστῆται, θανάτῳ ζημιωσόμενον. τόδε γὰρ ἢν γνῶσιν, ἧσσον, τῶν πολεμίων ἀμελήσαντες, τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν μαχεῖσθε ξυμμάχοις.

μα΄. Τοιαῦτα μὲν ὁ Κλέων εἶπε. μετὰ δ᾽ αὐτὸν Διόδοτος ὁ Εὐκράτους (ὅσπερ καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ ἀντέλεγε μάλιστα μὴ ἀποκτεῖναι Μιτυληναίους) παρελθὼν καὶ τότε, ἔλεγε τοιάδε.

μβ΄. Οὔτε τοὺς προθέντας τὴν διαγνώμην αὖθις περὶ Μιτυληναίων αἰτιῶμαι, οὔτε τοὺς μεμφομένους μὴ πολλάκις περὶ τῶν μεγίστων βουλεύεσθαι, ἐπαινῶ. νομίζω

quae passuri eratis, & vos ceteris omnibus rebus anteposituros fuisse, eos in vestram potestatem redigere, nunc parem gratiam ipsis referatis: non emolliti ob praesentem ipsorum fortunam, ac statum, in quo iam sunt; nec periculi, quod vobis non ita pridem impendebat, obliti. Hos igitur pro meritis plectite, & insigne exemplum sociis praebete, ut intelligant, eum, qui defectionem a vobis fecerit, morte mulctatum iri. Hoc enim si cognoverint, vos, neglectis hostibus, cum vestris sociis posthac minus pugnabitis.

XLI. Atque Cleon quidem haec dixit. Post eum vero Diodotus Eucratis filius, (qui & in superiore concione ipsi maxime fuerat adversatus, ne Mitylenaei necarentur) tunc etiam in medium progressus, haec verba fecit.

XLII. *Neque illos, qui de Mitylenaeis iterum ad consilium retulerunt, reprehendendos puto; neque illos, qui maximis de*

δὲ δύο τὰ ἐναντιώτατα εὐβουλίᾳ εἶναι, τάχος τε καὶ ὀργήν. ὧν τὸ μὲν, μετὰ ἀνοίας φιλεῖ γίγνεσθαι, τὸ δὲ, μετὰ ἀπαιδευσίας, καὶ βραχύτητος γνώμης. τούς τε λόγους ὅστις διαμάχεται μὴ διδασκάλους τῶν πραγμάτων γίγνεσθαι, ἢ ἀξύνετός ἐστιν, ἢ ἰδίᾳ τι αὐτῷ διαφέρει. ἀξύνετος μὲν, εἰ ἄλλῳ τινὶ ἡγεῖται περὶ τοῦ μέλλοντος δυνατὸν εἶναι καὶ μὴ ἐμφανοῦς φράσαι· διαφέρει δ' αὐτῷ εἰ βουλόμενός τι αἰσχρὸν πεῖσαι, εὖ μὲν εἰπεῖν οὐκ ἂν ἡγεῖται περὶ τοῦ μὴ καλοῦ δύνασθαι, εὖ δὲ διαβαλὼν, ἐκπλῆξαι ἂν τούς τε ἀντεροῦντας καὶ τοὺς ἀκουσομένους. χαλεπώτατοι δὲ καὶ οἱ ἐπὶ χρήμασι προσκατηγοροῦντές ἐπίδειξίν τινα. εἰ μὲν γὰρ ἀμαθίαν κατῃτιῶντο, ὁ μὴ πείσας, ἀξυνετώτερος ἂν δόξας εἶναι ἢ ἀδικώτερος, ἀπεχώρει. ἀδικίας δ' ἐπιφερομένης, πείσας

rebus saepius consultandum esse vetant, laudandos censeo. Nam haec duo, celeritatem & iram, bonae consultationi maxime contraria esse iudico. Quorum alterum quidem cum amentia coniunctum esse solet; alterum vero, cum imperitia & consilii tenuitate. Et qui orationem rerum agendarum magistram esse contentiose negat, aut amens est, aut privatim aliquid ipsius interest. amens quidem, si ulla alia ratione, quam verbis, res futuras, easque obscuras declarari posse putat. ipsius vero interest, si cupiens aliquid turpe persuadere, de hoc quidem, quod est turpe, se non belle differere posse putet: sed, si probe vituperaverit alios, cum illos, qui sententiam contra ipsum sunt dicturi, tum etiam auditores, a se territum iri speret. Illi etiam sunt molestissimi, qui, ut suae prudentiae ac eloquentiae specimen edant, magnifica oratione corruptelam adversariis obiectant, eosque hoc nomine accusant. Si enim imperitiam illis obiicerent; is, qui rem persuadere non posset, imperitus potius quam iniustus habitus, vi-

τε, ὕποπτος γίγνεται, καὶ μὴ τυχὼν, μετὰ ἀξυνεσίας καὶ ἄδικος. ἥ τε πόλις οὐκ ὠφελεῖται ἐν τῷ τοιῷδε. φόβῳ γὰρ ἀποστερεῖται τῶν ξυμβούλων· καὶ πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο ἀδυνάτους λέγειν ἔχουσα τοὺς τοιούτους τῶν πολιτῶν. ἐλάχιστα γὰρ ἂν πεισθείησαν ἁμαρτάνειν. χρὴ δὲ τὸν μὲν ἀγαθὸν πολίτην, μὴ ἐκφοβοῦντα τοὺς ἀντεροῦντας, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἴσου φαίνεσθαι ἄμεινον λέγοντα. τὴν δὲ σώφρονα πόλιν, τῷ τε πλεῖστα εὖ βουλεύοντι μὴ προστιθέναι τιμὴν, ἀλλὰ μηδ' ἐλασσοῦν τῆς ὑπαρχούσης· καὶ τὸν μὴ τυχόντα γνώμης, οὐχ ὅπως ζημιοῦν, ἀλλὰ μηδ' ἀτιμάζειν. οὕτω γὰρ, ὅ, τε κατορθῶν, ἥκιστα ἂν ἐπὶ τῷ ἔτι μειζόνων ἀξιοῦσθαι, παρὰ γνώμην τι καὶ πρὸς χάριν λέγοι· ὅ, τε μὴ ἐπιτυχὼν, ὀρέγοιτο τῷ αὐ-

ctus discederet. Sed si iniustitia alicui obiiciatur, & idem caussam obtineat, est suspectus; & nisi obtineat, non solum imperitus, sed etiam iniustus existimatur. Et respublica ex huiusmodi re detrimentum capit. Consultoribus enim propter metum destituitur: quamquam praeclare cum ea ageretur, si tales cives nulla dicendi facultate praeditos haberet. minime enim ad peccandum impellerentur. Atqui oportet bonum civem non terrentem adversarios, qui sententiam contra ipsum sunt dicturi, sed, pari dicendi potestate facta, disputantem demonstrare, se meliora dicere. Civitatem vero sapientem oportet optimo consultori non addere novum honorem; sed nec eum, quem iam habet, imminuere: illum etiam, qui non est bonus consultor, non solum nulla poena, sed ne ulla quidem ignominia afficere. Ita enim & is, qui in dicendis sententiis praestat, nihil aliter ac sentit, neque quidquam ad gratiam dicet, adductus spe longe maiorum honorum, quos adipisci cupit. Et qui rectum consilium dare non novit, & ipse mul-

τῷ χαριζόμενός τι, καὶ αὐτὸς προσάγεσθαι τὸ πλῆθος.

μγ΄. Ὧν ἡμεῖς τἀναντία δρῶμεν, καὶ προσέτι, ἤν τις καὶ ὑποπτεύηται κέρδους μὲν ἕνεκα, τὰ βέλτιστα δ' ὅμως λέγειν, φθονήσαντες τῆς οὐ βεβαίου δοκήσεως τῶν κερδῶν, τὴν φανερὰν ὠφέλειαν τῆς πόλεως ἀφαιρούμεθα. καθέστηκε δὲ τἀγαθὰ, ἀπὸ τοῦ εὐθέος λεγόμενα, μηδὲν ἀνυποπτότερα εἶναι τῶν κακῶν. ὥστε δεῖν ὁμοίως τόν τε τὰ δεινότατα βουλόμενον πεῖσαι, ἀπάτῃ προσάγεσθαι τὸ πλῆθος, καὶ τὸν τὰ ἀμείνω λέγοντα, ψευσάμενον, πιστὸν γενέσθαι. μόνην τε πόλιν διὰ τὰς περινοίας εὖ ποιῆσαι ἐκ τοῦ προφανοῦς, μὴ ἐξαπατήσαντα, ἀδύνατον. ὁ γὰρ διδοὺς φανερῶς τι ἀγαθὸν, ἀνθυποπτεύεται ἀφανῶς πῃ πλέον ἕξειν. χρὴ δὲ πρὸς τὰ μέγιστα καὶ ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦντι, ἡμᾶς περαιτέρω προνοοῦν-

titudinem sibi conciliare non studebit, eadem ratione ei in re aliqua gratificans.

XLIII. *Quorum nos contraria facimus: & praeterea, si quis in sordium & corruptelae suspicionem venerit, & tamen eum optime dicere constet, invidentes ei propter incertam sordium suspicionem, manifestam utilitatem reipublicae eripimus. Solet autem usu venire, ut bonae ac salutares sententiae, quae ex improviso dicuntur, non minus sint suspectae, quam malae & perniciosae: adeo, ut oporteat pariter, tam illum, qui reipublicae pessimum consilium est daturus, quam illum, qui optimam sententiam dicturus, multitudinem dolo sibi conciliare, & mendacio suam causam probare. Et solam hanc rempublicam, propter huiusmodi suspiciones, nemo aperte, nisi fraude decipiat, beneficiis afficere potest. Qui enim aperte beneficium ipsi dat, in quaestus obscuri suspicionem incidit, quasi pro beneficio reipublicae dato, ipse beneficium aliquod longe maius ab ea clam sit accepturus. Oportet autem in*

τας λέγειν ὑμῶν τῶν δι' ὀλίγου σκοπούντων, ἄλλως τε καὶ ὑπεύθυνον τὴν παραίνεσιν ἔχοντας πρὸς ἀνεύθυνον τὴν ὑμετέραν ἀκρόασιν. εἰ γὰρ ὅ, τε πείσας καὶ ὁ ἐπισπώμενος ὁμοίως ἐβλάπτοντο, σωφρονέστερον ἂν ἐκρίνετε· νῦν δὲ πρὸς ὀργὴν ἥν τινα τύχητε ἔστιν ὅτε σφαλέντες, τὴν τοῦ πείσαντος μίαν γνώμην ζημιοῦτε, καὶ οὐ τὰς ὑμετέρας αὐτῶν, εἰ πολλαὶ οὖσαι ξυνεξήμαρτον.

μδ'. Ἐγὼ δὲ παρῆλθον οὔτε ἀντερῶν περὶ Μιτυληναίων, οὔτε κατηγορήσων. οὐ γὰρ περὶ τῆς ἐκείνων ἀδικίας ἡμῖν ὁ ἀγὼν, εἰ σωφρονοῦμεν, ἀλλὰ περὶ τῆς ἡμετέρας εὐβουλίας. ἤν τε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας αὐτοὺς, οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω, εἰ μὴ ξυμφέρον· ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, εἰ τῇ πό-

rebus maximis, & in tanta imperii dignitate, nos, qui verba facimus, longius prospicere, quam vos, qui non longe prospicitis; praesertim cum nos, qui consilium damus, rationem reddere cogamur vobis, qui nos auditis, & qui nullis rationibus reddendis, nullique iudicio obnoxii estis. Si enim & ille, qui aliquid persuasit, & ille, cui hoc persuasum fuit, aeque mulctaretur, profecto prudentius iudicaretis. Nunc vero ad quemlibet animi motum, quo repente fueritis abrepti, si quando forte in rebus iudicandis labamini, illius, qui persuaserit, unam sententiam, nec vestras ipsorum plectitis, quamvis multae sint, quae simul peccarint.

XLIV. *Ego vero in medium processi, neque pro Mitylenaeis cuiquam sententiam contrariam dicturus, neque quempiam accusaturus. Non enim de illorum facinore nobis est certamen, si sapimus, sed de utilitate nostra, ut nobis recte consulamus. Quamvis enim ipsos iniustissimum facinus fecisse pronuntiem, non tamen propterea eos etiam occidendos censuerim, nisi hoc republi-*

λει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο. νομίζω δὲ περὶ τοῦ μέλλοντος ἡμᾶς μᾶλλον βουλεύεσθαι ἢ τοῦ παρόντος. καὶ τοῦτο ὃ μάλιστα Κλέων ἰσχυρίζεται ἐς τὸ λοιπὸν ξυμφέρον ἔσεσθαι πρὸς τὸ ἧσσον ἀφίστασθαι, θάνατον ζημίαν προθεῖσι, καὶ αὐτὸς περὶ τοῦ ἐς τὸ μέλλον καλῶς ἔχοντος ἀντισχυριζόμενος, τἀναντία γιγνώσκω· καὶ οὐκ ἀξιῶ ὑμᾶς τῷ εὐπρεπεῖ τοῦ ἐκείνου λόγου τὸ χρήσιμον τοῦ ἐμοῦ ἀπώσασθαι. δικαιότερος γὰρ ὢν αὐτοῦ ὁ λόγος πρὸς τὴν νῦν ὑμετέραν ὀργὴν ἐς Μιτυληναίους, τάχα ἂν ἐπισπάσαιτο. ἡμεῖς δὲ οὐ δικαζόμεθα πρὸς αὐτοὺς ὥστε τῶν δικαίων δεῖν, ἀλλὰ βουλευόμεθα περὶ αὐτῶν, ὅπως χρησίμως ἕξουσιν.

με΄. Ἐν οὖν ταῖς πόλεσι πολλῶν θανάτου ζημία πρόκειται, καὶ οὐκ ἴσων τῷδε ἀλλ᾽ ἐλασσόνων ἁμαρτημά-

cae conducat. neque etiam, si qua venia sunt digni, hanc ipsis dandam censeo, nisi hoc ipsum e republica fore constiterit. Nam de rebus futuris, potius quam de praesentibus nos consultare puto. Atque in eo, quod Cleon praecipue contendit, ad socios in officio continendos, ne defectionem in posterum faciant, vobis utile fore, si capitale supplicium ipsis proponatis, in eo, inquam, a Cleone vehementer dissentio, & ego quoque de eo, quod in posterum vobis utile est futurum, contra contendens, longe aliter sentio. Et a vobis peto, ne speciosa ipsius oratione, meae orationis utilitatem repellatis. Nam eius oratio, quae maiorem aequitatis speciem habet, propter vestram iram, quae nunc in Mitylenaeos est accensa, fortasse vos ad ipsius sententiam attrahet. Nos vero cum ipsis Mitylenaeis iam non disceptamus, ita ut de iure nobis sit quaerendum: at de ipsis consultamus, quonam modo nobis in posterum utiles esse poterunt.

XLV. *In singulis enim civitatibus capitis poena proposita est*

των· ὅμως δὲ τῇ ἐλπίδι ἐπαιρόμενοι κινδυνεύουσι, καὶ οὐδεὶς πω καταγνοὺς ἑαυτοῦ μὴ περιέσεσθαι τῷ ἐπιβουλεύματι, ἦλθεν ἐς τὸ δεινόν. πόλις τε ἀφισταμένη τίς πω, ἥσσω τῇ δοκήσει ἔχουσα τὴν παρασκευὴν, ἢ οἰκείαν, ἢ ἄλλων ξυμμαχίαν, τούτῳ ἐπεχείρησε. πεφύκασί τε ἅπαντες καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἁμαρτάνειν. καὶ οὐκ ἔστι νόμος ὅστις ἀπείρξει τούτου. ἐπεὶ διεξεληλύθασί γε διὰ πασῶν τῶν ζημιῶν οἱ ἄνθρωποι, προστιθέντες εἴπως ἧσσον ἀδικοῖντο ὑπὸ τῶν κακούργων. καὶ εἰκὸς τοπάλαι τῶν μεγίστων ἀδικημάτων μαλακωτέρας κεῖσθαι αὐτάς· παραβαινομένων δὲ τῷ χρόνῳ, ἐς τὸν θάνατον αἱ πολλαὶ ἀνήκουσι· καὶ τοῦτο ὅμως παραβαίνεται. ἢ τοίνυν δεινότερόν τι τούτου δέος εὑρετέον ἐστὶν, ἢ τόδε γε οὐδὲν ἐπίσχει. ἀλλ' ἡ μὲν πενία, ἀνάγκη τὴν τόλ-

in multa peccata, non solum huic, quod ab istis est commissum, paria, sed etiam minora. Homines tamen spe sollicitati periculum subeunt, nec ullus adhuc in periculum venit, qui se ex eo non evasurum, neque suum conatum sibi successurum existimans, de se ipso desperarit. Nec ulla civitas, quae defectionem fecerit, ad hanc usque diem exstitit, quae iusto minorem se existimans habere apparatum, vel suum vel socialem, hoc aggredi ausa est. Omnibus enim natura insitum est, ut & privatim & publice peccent. nec ulla lex est, quae ab hoc prohibere valeat. Siquidem homines per omnia poenarum genera iverunt, eas paulatim augentes, si quo modo a facinorosis minus laederentur. Etenim verisimile est, mitiores poenas olim in maxima scelera constitutas fuisse. Sed cum temporis progressu violarentur, ad mortem pleraeque processerunt. Et tamen hoc quoque violatur. aut igitur aliquis terror hoc vehementior est excogitandus, aut ne iste quidem coërcebit. Sed paupertas quidem, audaciam necessitati praebet; opum vero po-

μαν παρέχουσα, ἡ δ' ἐξουσία, ὕβρει τὴν πλεονεξίαν καὶ φρονήματι. αἱ δ' ἄλλαι ξυντυχίαι, ὀργῇ τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἑκάστη τις κατέχεται ὑπ' ἀνηκέστου τινὸς κρείττονος, ἐξάγουσιν ἐς τοὺς κινδύνους. ἥ τε ἐλπὶς καὶ ὁ ἔρως ἐπὶ παντί. ὁ μὲν, ἡγούμενος, ἡ δ', ἐφεπομένη· καὶ ὁ μὲν, τὴν ἐπιβολὴν ἐκφροντίζων, ἡ δὲ, τὴν εὐπορίαν τῆς τύχης ὑποτιθεῖσα, πλεῖστα βλάπτουσι· καὶ ὄντα ἀφανῆ κρείσσω ἐστὶ τῶν ὁρωμένων δεινῶν. καὶ ἡ τύχη ἐπ' αὐτοῖς οὐδὲν ἔλασσον ξυμβάλλεται ἐς τὸ ἐπαίρειν. ἀδοκήτως γὰρ ἔστιν ὅτε παρισταμένη, καὶ ἐκ τῶν ὑποδεεστέρων κινδυνεύειν τινὰ προάγει, καὶ οὐχ ἧσσον τὰς πόλεις, ὅσῳ περὶ τῶν μεγίστων, ἐλευθερίας, ἢ ἄλλων ἀρχῆς· καὶ μετὰ πάντων ἕκαστος ἀλογίστως ἐπιπλέον τι αὑτὸν ἐδόξασεν. ἁπλῶς τε, ἀδύνατον, καὶ πολλῆς εὐηθείας,

tentia, petulantiae & superbiae violentiam, ac pluris habendi cupiditatem. Alii quoque vitae status, pro diverso hominum affectu, prout singuli constricti tenentur aliqua cupiditate vehementiori, quam quae refraenari possit, homines ad pericula impellunt. Et spes, & amor qualibet in re hoc ipsum faciunt. hic quidem, dux; illa vero, comes. atque hic quidem, rei aggrediendae rationem excogitans, illa vero fortunae prosperitatem suggerens, plurimum nocet. Atque haec naturae vitia, quamvis sub aspectum minime cadant, tamen maiorem vim habent, quam mala, quae cernuntur. Et praeter ista, ipsa quoque fortuna nihilo minus adiuvat ad homines ad periculum impellendos. Nam ex inopinato nonnunquam adstans, ac sese offerens, aliquem vel infirmioribus opibus instructum adducit ad periclitandum; & civitates integras eo magis, quo de maioribus rebus agitur, de libertate, aut de imperio in alios obtinendo: & quia cum universa civitate singuli cives temere de se plus aequo sentiunt. Denique (ut rem paucis

ἔστις οἴεται, τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ὁρμωμένης προθύμως τὶ πρᾶξαι, ἀποτροπήν τινα ἔχειν, ἢ νόμων ἰσχύϊ, ἢ ἄλλῳ τῷ δεινῷ.

μϛ΄. Οὔκουν χρὴ οὔτε τοῦ θανάτου τῇ ζημίᾳ ὡς ἐχεγγύῳ πιστεύσαντας, χεῖρον βουλεύσασθαι, οὔτε ἀνέλπιστον καταστῆσαι τοῖς ἀποστᾶσιν ὡς οὐκ ἔσται μεταγνῶναι, καὶ ὅτι ἐν βραχυτάτῳ τὴν ἁμαρτίαν καταλῦσαι. σκέψασθε γὰρ, ὅτι νῦν μὲν ἤν τις καὶ ἀποστᾶσα πόλις γνῷ μὴ περιεσομένη, ἔλθοι ἂν ἐς ξύμβασιν, δυνατὴ οὖσα ἔτι τὴν δαπάνην ἀποδοῦναι, καὶ τολοιπὸν ὑποτελεῖν· ἐκείνως δὲ, τίνα οἴεσθε ἥν τινα οὐκ ἄμεινον μὲν ἢ νῦν παρασκευάσεσθαι, πολιορκίᾳ τε παρατενεῖσθαι ἐς τοὔσχατον, εἰ τὸ αὐτὸ δύναται σχολῇ καὶ ταχὺ ξυμβῆναι; ἡμῖν τε πῶς οὐ βλάβη δαπανᾶν καθη-

complectar) hoc fieri non potest, & magnae est stultitiae, si quis existimet, se aliquam rationem habere, qua homines a peccatis deterreat, aut legum vi, aut aliquo alio mali gravioris metu, cum humana natura ad aliquid agendum, magno impetu feratur.

XLVI. *Quare non oportet nos aut mortis poena, tanquam locuplete fideiussore fretos, aliquid gravius de Mitylenaeis statuere, aut omnem spem tollere illis, qui defecerint, fore ut nullus ipsorum poenitentiae locus detur, neque suum peccatum quam levissima poena ipsis eluere liceat. Considerate enim, quod nunc quidem, si qua civitas praeterea, quae defectionem fecerit, & quae adhuc habuerit, unde impensas restituere, & tributum in posterum persolvere possit, se superstitem fore cognoverit, ad compositionem veniet: at illo modo, quem Cleon praescribit, quam tandem fore putatis, quae non melius, quam nunc ista fecit, ad bellum se instruet, & diuturnam obsidionem ad extremum usque perferet; si idem valet, sero & cito compositionem facere. Nobis vero quomodo*

μένοις διὰ τὸ ἀξύμβατον, καὶ ἣν ἕλωμεν πόλιν, ἐφθαρμένην παραλαβεῖν, καὶ τῆς προσόδου τολοιπὸν ἀπ' αὐτῆς στέρεσθαι; ἰσχύομεν δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους τῷδε. ὥστε οὐ δικαστὰς ὄντας δεῖ ἡμᾶς μᾶλλον τῶν ἐξαμαρτανόντων ἀκριβεῖς βλάπτεσθαι, ἢ ὁρᾷν ὅπως ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον μετρίως κολάζοντες, ταῖς πόλεσιν ἕξομεν ἐς χρημάτων λόγον ἰσχυούσαις χρῆσθαι· καὶ τὴν φυλακὴν μὴ ἀπὸ τῶν νόμων τῆς δεινότητος ἀξιοῦν ποιεῖσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔργων τῆς ἐπιμελείας. οὗ νῦν τοὐναντίον δρῶντες, ἤν τινα ἐλεύθερον καὶ βίᾳ ἀρχόμενον, εἰκότως πρὸς αὐτονομίαν ἀποστάντα, χειρωσώμεθα, χαλεπῶς οἰόμεθα χρῆναι τιμωρεῖσθαι. χρὴ δὲ τοὺς ἐλευθέρους οὐκ ἀφισταμένους, σφόδρα κολάζειν, ἀλλὰ πρὶν ἀποστῆναι, σφόδρα φυλάσσειν, καὶ προκαταλαμβά-

detrimento non erit, si propter sublatam compositionis faciendae spem, in longam obsidionem sumtus facere cogamur, & si urbem capiamus, profligatam recipiamus, & vectigalibus, quae ex ea percipimus, in posterum privemur? Atqui hac re adversus hostes valemus. Quapropter nobis non est committendum, ut, dum illorum, qui deliquerunt, iudices sumus severi, exinde detrimentum potius capiamus, quam videamus, quonam modo eos moderate mulctantes, civitatibus, quae pecuniarum vi pollent, in posterum uti possimus. Et oportet nos existimare, non legum atrocitate, sed officii nostri sedulitate eas custodiendas, & in officio fideque continendas. Nos tamen longe aliter nunc facimus. Nam si quem liberum hominem subegerimus, sed alterius imperio coactum parere, ac merito deficientem, ut se in pristinam libertatem vindicaret, eum atrocibus suppliciis afficiendum censemus. Atqui liberos homines acriter punire non oportet, si defectionem fecerint, sed eos diligenter custodire, & antevertere, ut ne in cogitationem quidem huius rei ve-

νειν ὅπως μηδ' εἰς ἐπίνοιαν τούτου ἴωσι, κρατήσαντάς τε ὅτι ἐπ' ἐλάχιστον τὴν αἰτίαν ἐπιφέρειν.

μζ'. Ὑμεῖς δὲ σκέψασθε ὅσον ἂν καὶ τοῦτο ἁμαρτάνοιτε, Κλέωνι πειθόμενοι. νῦν μὲν γὰρ ὑμῖν ὁ δῆμος ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν εὔνους ἐστὶ, καὶ ἢ οὐ ξυναφίσταται τοῖς ὀλίγοις, ἢ, ἐὰν βιασθῇ, ὑπάρχει τοῖς ἀποστήσασι πολέμιος εὐθύς· καὶ τῆς ἀντικαθισταμένης πόλεως τὸ πλῆθος ξύμμαχον ἔχοντες, ἐς πόλεμον ἐπέρχεσθε. εἰ δὲ διαφθερεῖτε τὸν δῆμον τὸν Μιτυληναίων, ὃς οὔτε μετέσχε τῆς ἀποστάσεως, ἐπειδή τε ὅπλων ἐκράτησεν, ἑκὼν παρέδωκε τὴν πόλιν· πρῶτον μὲν ἀδικήσετε, τοὺς εὐεργέτας κτείνοντες, ἔπειτα καταστήσετε τοῖς δυνατοῖς τῶν ἀνθρώπων ὃ βούλονται μάλιστα. ἀφιστάντες γὰρ τὰς πόλεις, τὸν δῆμον εὐθὺς ξύμμαχον ἕξουσι, προδειξάντων ὑμῶν τὴν αὐτὴν ζημίαν τοῖς τε ἀδικοῦσιν

niant; &, si eos in nostram potestatem redegerimus, delicti culpam quam minime ipsis tribuere.

XLVII. *Vos igitur considerate, quantopere hac etiam re peccaturi sitis, si Cleoni assentiamini. Nunc enim plebs in omnibus civitatibus est vobis benevola; & aut non deficit cum nobilibus, aut, si deficere cogatur, statim se illorum hostem declarat, a quibus ad defectionem impulsa fuit. Et cum adversariae civitatis multitudinem vestri studiosam habeatis, ad bellum pergitis. Quod si Mitylenaeorum plebem occidatis, quae neque defectionis particeps fuit, & quae, postquam arma penes se habuit, urbem ultro vobis tradidit: primum quidem iniuste facietis, quia bene de vobis meritos occidetis; deinde vero constituetis, quod homines potentes maxime cupiunt. Nam cum civitates ad defectionem impulerint, plebem statim sociam habebunt: quia vos ipsi eandem poenam omnibus pariter, tam illis, qui deliquerint, quam illis, qui non*

ὁμοίως κεῖσθαι, καὶ τοῖς μή. δεῖ δὲ, καὶ εἰ ἠδίκησαν, μὴ προσποιεῖσθαι, ὅπως ὃ μόνον ἡμῖν ἔτι ξύμμαχόν ἐστι, μὴ πολέμιον γένηται. καὶ τοῦτο πολλῷ ξυμφορώτερον ἡγοῦμαι ἐς τὴν κάθεξιν τῆς ἀρχῆς, ἑκόντας ἡμᾶς ἀδικηθῆναι, ἢ δικαίως οὓς μὴ δεῖ διαφθεῖραι. καὶ τὸ Κλέωνος τὸ αὐτὸ δίκαιον καὶ ξύμφορον τῆς τιμωρίας οὐχ εὑρίσκεται ἐν αὐτῷ δυνατὸν ὂν ἅμα γίγνεσθαι.

μη'. Ὑμεῖς δὲ, γνόντες ἀμείνω τάδε εἶναι, καὶ μήδε οἴκτῳ πλέον νείμαντες, μήτ' ἐπιεικείᾳ, (οἷς οὐδὲ ἐγὼ ἐῶ προσάγεσθαι) ἀπ' αὐτῶν δὲ τῶν παραινουμένων πείθεσθέ μοι, Μιτυληναίων οὓς μὲν Πάχης ἀπέπεμψεν ὡς ἀδικοῦντας, κρῖναι καθ' ἡσυχίαν, τοὺς δ' ἄλλους ἐᾷν οἰκεῖν. τάδε γὰρ ἔς τε τὸ μέλλον ἀγαθὰ, καὶ τοῖς πολεμίοις ἤδη φοβερά. ὅστις γὰρ εὖ βουλεύεται, πρὸς τοὺς

deliquerint, propositam esse prius demonstraveritis. Quamvis autem Mitylenaei deliquerint, hoc tamen erat dissimulandum, ut ea civitatis pars, quae sola adhuc rebus nostris favet, a nobis non alienetur. Hoc enim ad imperium retinendum longe utilius existimo, iniuriam nobis volentibus fieri, quam a nobis, summo iure agentibus, eos occidi, quos non oportet. Atque id, quod est in Cleonis sententia, ultionem iustam, eandemque utilem esse, in eadem re simul fieri posse non reperitur.

XLVIII. *Vos igitur, cum intellexeritis, hanc meam sententiam Cleonis meliorem esse, neque misericordia, neque lenitate adducti, (quibus ne ego quidem vos adduci sino,) sed ex ipsis rebus, quae vobis suadentur, mihi assentiamini; & de Mitylenaeis, quos Paches ut sontes huc misit, quaestionem per otium habeatis, ceteros vero habitare permittatis. Haec enim & in posterum bona sunt futura, & hostibus timorem iam sunt iniectura. Quisquis enim recte deliberat, is contra hostes magis pollet, quam qui*

ἐναντίους κρείσσων ἐστὶν, ἢ μετ᾽ ἔργων ἰσχύος ἀνοίᾳ ἐπιών.

μϐʹ. Τοιαῦτα μὲν ὁ Διόδοτος εἶπε. ῥηθεισῶν δὲ τῶν γνωμῶν τούτων μάλιστα ἀντιπάλων πρὸς ἀλλήλας, οἱ Ἀθηναῖοι ἦλθον μὲν ἐς ἀγῶνα ὅμως τῆς δόξης, καὶ ἐγένοντο ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἀγχώμαλοι· ἐκράτησε δὲ ἡ τοῦ Διοδότου. καὶ τριήρη εὐθὺς ἄλλην ἀπέστελλον κατὰ σπουδὴν, ὅπως μὴ φθασάσης τῆς δευτέρας εὕρωσι διεφθαρμένην τὴν πόλιν. προεῖχε δὲ ἡμέρα τε καὶ νυκτὶ μάλιστα. παρασκευασάντων δὲ τῶν Μιτυληναίων πρέσβεων τῇ νηὶ οἶνον καὶ ἄλφιτα, καὶ μεγάλα ὑποσχομένων εἰ φθάσαιεν, ἐγένετο σπουδὴ τοῦ πλοῦ τοιαύτη ὥστε ἤσθιόν τε ἅμα ἐλαύνοντες οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ἄλφιτα πεφυρμένα· καὶ οἱ μὲν ὕπνον ᾑροῦντο κατὰ μέρος, οἱ δὲ ἤλαυνον. κατὰ τύχην δὲ πνεύματος οὐδενὸς ἐναντιωθέν-

temeraria virium ferocitate fretus in eos fertur, & factis aggreditur.

XLIX. Atque Diodotus quidem haec dixit. Prolatis vero horum sententiis inter se maxime contrariis, Athenienses quidem pariter inter se contenderunt pro adversa sententia; & cum ad suffragia ventum est, par fere utrinque numerus fuit, Diodoti tamen sententia superior fuit. Quare confestim alteram triremem magna festinatione miserunt, ne, si forte posterior priorem non antevertisset, civitatem iam exstinctam offenderent. uno autem ferme die & nocte antecesserat. Cum autem Mitylenaeorum legati vinum & panem hordeaceum in ipsa navi praeparassent, & magna praemia se daturos promisissent, si antevertissent: tanto studio cursum navigationis confecerunt, ut uno eodemque tempore & remigarent, & panem vino ac oleo maceratum comederent; & per vices, alii quidem somnum caperent, alii vero remigarent. cum autem, quo-

τος, καὶ τῆς μὲν προτέρας νεὼς οὐ σπουδῇ πλεούσης ἐπὶ πρᾶγμα ἀλλόκοτον, ταύτης δὲ τοιούτῳ τρόπῳ ἐπειγομένης, ἡ μὲν ἔφθασε τοσοῦτον ὅσον Πάχητα ἀνεγνωκέναι τὸ ψήφισμα, καὶ μέλλειν δράσειν τὰ δεδογμένα· ἡ δ' ὑστέρα αὐτῆς ἐπικατάγεται, καὶ διεκώλυσε μὴ διαφθεῖραι. παρὰ τοσοῦτον μὲν ἡ Μιτυλήνη ἦλθε κινδύνου.

ν. Τοὺς δ' ἄλλους ἄνδρας, οὓς ὁ Πάχης ἀπέπεμψεν ὡς αἰτιωτάτους ὄντας τῆς ἀποστάσεως, Κλέωνος γνώμῃ διέφθειραν οἱ Ἀθηναῖοι· ἦσαν δὲ ὀλίγῳ πλείους χιλίων. καὶ Μιτυληναίων τείχη καθεῖλον, καὶ ναῦς παρέλαβον. ὕστερον δὲ φόρον μὲν οὐκ ἔταξαν Λεσβίοις, κλήρους δὲ ποιήσαντες τῆς γῆς, πλὴν τῆς Μηθυμναίων, τρισχιλίους, τριακοσίους μὲν τοῖς θεοῖς ἱεροὺς ἐξεῖλον, ἐπὶ δὲ τοὺς ἄλλους σφῶν αὐτῶν κληρούχους τοὺς λαχόντας

dam fortunae beneficio, tunc nullus ventus contrarius spirasset, & prior quidem navis haud magna festinatione navigaret, quod ad triste ministerium proficisceretur, haec vero hunc in modum adeo properaret; illa quidem tantisper praecessit, dum Paches decretum legeret, & ad imperata faciendum se praepararet. Haec vero posterior, eam proxime subsequens, ad portum appulit; & impedivit Pachetem, ne civitatem perderet. In tantum igitur discrimen Mitylene venit.

L. Ceteros vero, quos Paches ut praecipuos defectionis auctores miserat, Athenienses ex Cleonis sententia morte mulctarunt. Erant autem numero paulo plures mille. Et Mitylenes muros demoliti sunt, & naves ab illis traditas acceperunt. Postea vero nullum quidem tributum Lesbiis imposuerunt: sed agro, (excepto Methymnaeorum) in tria millia partium diviso, trecentas quidem eximias Diis con-

ἀπέπεμψαν· οἷς ἀργύριον Λέσβιοι ταξάμενοι τοῦ κλήρου ἑκάστου τοῦ ἐνιαυτοῦ δύο μνᾶς φέρειν, αὐτοὶ εἰργάζοντο τὴν γῆν. παρέλαβον δὲ καὶ τὰ ἐν τῇ ἠπείρῳ πολίσματα οἱ Ἀθηναῖοι, ὅσων Μιτυληναῖοι ἐκράτουν· καὶ ὑπήκουον ὕστερον Ἀθηναίων. τὰ μὲν κατὰ Λέσβον οὕτως ἐγένετο.

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. 2. U. C. Varr. 327. Initium Ol. an. 1. mense Aprili. Finis Ol. an. 2.

να΄. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει, μετὰ τὴν Λέσβου ἅλωσιν, Ἀθηναῖοι, Νικίου τοῦ Νικηράτου στρατηγοῦντος, ἐστράτευσαν ἐπὶ Μίνωαν τὴν νῆσον ἣ κεῖται πρὸ Μεγάρων· ἐχρῶντο δὲ αὐτῇ πύργον ἐνοικοδομήσαντες οἱ Μεγαρεῖς φρουρίῳ. ἐβούλετο δὲ Νικίας τὴν φυλακὴν αὐτόθεν δι' ἐλάσσονος τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ μὴ ἀπὸ τοῦ Βουδόρου καὶ τῆς Σαλαμῖνος εἶναι· τούς τε Πελοποννησίους, ὅπως μὴ ποιῶνται ἔκπλους αὐτόθεν λανθάνοντες, τριήρων

ſecrarunt; in reliquas vero colonos de ſuis facta ſortitione miſerunt. Quibus Lesbii certam pecuniae ſummam, nempe duas minas in ſingulas portiones ex pacto & convento quotannis perſolventes, agrum ipſi colebant. Oppida etiam, quotquot Mitylenaei in ſua poteſtate habebant, Athenienſes per deditionem ceperunt; quae poſtea Athenienſium imperio paruerunt. Et apud Lesbum quidem ita res geſtae ſunt.

LI. Eadem aeſtate, poſt receptam Lesbum, Athenienſes, duce Nicia, Nicerati filio, cum claſſe adverſus Minoam inſulam Megaris adiacentem iverunt. Megarenſes enim in ea turrim exſtruxerant, eaque pro propugnaculo utebantur. Nicias autem volebat, Athenienſes illic, breviore loci ſpatio, non autem in Budoro, aut Salamine, ſuae praeſidiariae claſſis ſtationem habere; & obſervare Peloponneſios, ne clam eruptiones illinc facerent, triremibus

τε (οἷον καὶ τοπρὶν γενόμενον) καὶ λῃστῶν ἐκπομπαῖς, τοῖς τε Μεγαρεῦσιν ἅμα μηδὲν ἐσπλεῖν. ἑλὼν οὖν ἀπὸ τῆς Νισαίας πρῶτον δύο πύργω προέχοντε μηχαναῖς ἐκ θαλάσσης, καὶ τὸν ἔσπλουν ἐς τὸ μεταξὺ τῆς νήσου ἐλευθερώσας, ἀπετείχιζε καὶ τὸ ἐκ τῆς ἠπείρου, ᾗ κατὰ γέφυραν διὰ τενάγους ἐπιβοήθεια ἦν τῇ νήσῳ, οὐ πολὺ διεχούσῃ τῆς ἠπείρου. ὡς δὲ τοῦτο ἐξειργάσαντο ἐν ἡμέραις ὀλίγαις, ὕστερον δὴ καὶ ἐν τῇ νήσῳ τεῖχος ἐγκαταλιπὼν καὶ φρουρὰν, ἀνεχώρησε τῷ στρατῷ.

νβʹ. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ θέρους τούτου καὶ οἱ Πλαταιῆς, οὐκέτι ἔχοντες σῖτον, οὐδὲ δυνάμενοι πολιορκεῖσθαι, ξυνέβησαν τοῖς Πελοποννησίοις τοιῷδε τρόπῳ· προσέβαλον αὐτῶν τῷ τείχει, οἱ δὲ οὐκ ἠδύναντο ἀμύνεσθαι· γνοὺς δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος ἄρχων τὴν ἀσθέ- Eodem tempore.

(quemadmodum & ante fecerant) praedonibus emissis, simul etiam ne quidquam Megarensibus importaretur. Cum igitur primum duas turres a Nisaea prominentes, machinis e mari expugnasset, liberamque ibi inter insulam continentemque navigationem reddidisset, eam Minoae partem, quae a continente erat, qua ponte, per loca palustria, auxilium insulae a continente non ita multum distanti ferri poterat, munitionibus intersepsit. cum autem hoc opus intra paucos dies confecisset, & munitionem in ipsa quoque insula exstruxisset, ac praesidium in ea reliquisset, cum exercitu domum rediit.

LII. Per eadem autem huius aestatis tempora, Plataeenses quoque, quod nullum commeatum amplius haberent, nec obsidionem diutius ferre possent, hunc in modum compositione facta Peloponnesiis se dediderunt. Peloponnesii muros urbis oppugnare coeperunt, illi vero ipsos propul-

νειαν αὐτῶν, βίᾳ μὲν οὐκ ἐβούλετο ἑλεῖν (εἰρημένον γὰρ ἦν αὐτῷ ἐκ Λακεδαίμονος, ὅπως, εἰ σπονδαὶ γίγνοιντό ποτε πρὸς Ἀθηναίους, καὶ ξυγχωροῖεν ὅσα πολέμῳ χωρία ἔχουσιν ἑκάτεροι ἀποδίδοσθαι, μὴ ἀνάδοτος εἴη ἡ Πλάταια, ὡς αὐτῶν ἑκόντων προσχωρησάντων) προσπέμπει δὲ αὐτοῖς κήρυκα, λέγοντα, εἰ βούλονται παραδοῦναι τὴν πόλιν ἑκόντες τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ δικασταῖς ἐκείνοις χρήσασθαι, τούς τε ἀδίκους κολάζειν, παρὰ δίκην δὲ, οὐδένα. τοσαῦτα μὲν ὁ κήρυξ εἶπεν. οἱ δὲ (ἦσαν γὰρ ἤδη ἐν τῷ ἀσθενεστάτῳ) παρέδοσαν τὴν πόλιν. καὶ τοὺς Πλαταιέας ἔτρεφον οἱ Πελοποννήσιοι ἡμέρας τινὰς, ἐν ὅσῳ οἱ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος δικασταὶ πέντε ἄνδρες ἀφίκοντο. ἐλθόντων δὲ αὐτῶν, κατηγορία μὲν οὐδεμία προετέθη· ἠρώτων δὲ αὐτοὺς ἐπικαλεσάμενοι,

ſare non poterant. Quare dux Lacedaemonius, cum eorum imbecillitatem cognoviſſet, per vim quidem eos capere noluit, (hoc enim a Lacedaemoniorum magiſtratibus ei fuerat interdictum, ut, ſi forte foedus aliquando cum Athenienſibus fieret, & utrique oppida bello capta, quae in ſua poteſtate haberent, reddenda conſentirent, Plataea non redderetur, quod ipſi ſua ſponte ſe dedidiſſent) ſed caduceatorem ad eos miſit, qui diceret, numquid ſe, & urbem ultro Lacedaemoniis dedere, eorumque iudicio ſtare vellent, ea conditione, ut de ſontibus ſupplicium ſumerent, nullum vero indicta cauſa damnarent ac punirent. Atque caduceator quidem haec tantum dixit. Illi vero (iam enim in extrema imbecillitate conſtituti erant) urbem ipſis dediderunt. Peloponneſii vero Plataeenſes per aliquot dies aluerunt, donec Lacedaemone quinque iudices advenerunt. Cum autem illi affuiſſent, nullam quidem accuſationem ipſis

τοσοῦτον μόνον, εἴτι Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους ἐν τῷ πολέμῳ τῷ καθεστῶτι ἀγαθόν τι εἰργασμένοι εἰσίν. οἱ δ' ἔλεγον, αἰτησάμενοι μακρότερα εἰπεῖν, καὶ προτάξαντες σφῶν αὐτῶν Ἀστύμαχόν τε τὸν Ἀσωπολάου, καὶ Λάκωνα τὸν Αἰειμνήστου, πρόξενον ὄντα Λακεδαιμονίων· καὶ ἐπελθόντες ἔλεγον τοιάδε.

νγ'. ΤΗΝ μὲν παράδοσιν τῆς πόλεως, ὦ Λακεδαιμόνιοι, πιστεύσαντες ὑμῖν, ἐποιησάμεθα, οὐ τοιάνδε δίκην οἰόμενοι ὑφέξειν, νομιμωτέραν δέ τινα ἔσεσθαι· καὶ ἐν δικασταῖς οὐκ ἐν ἄλλοις δεξάμενοι (ὥσπερ καὶ ἐσμὲν) γενέσθαι, ἢ ὑμῖν· ἡγούμενοι τὸ ἴσον μάλιστ' ἂν φέρεσθαι. νῦν δὲ φοβούμεθα μὴ ἀμφοτέρων ἅμα ἡμαρτήκαμεν. τόν τε γὰρ ἀγῶνα περὶ τῶν δεινοτάτων εἶναι εἰκότως ὑποπτεύομεν, καὶ ὑμᾶς, μὴ οὐ κοινοὶ ἀποβῆτε·

proposuerunt: sed illos arcessitos hoc tantum interrogabant, numquid in hoc bello, ex quo susceptum esset, de Lacedaemoniis, eorumque sociis aliquo modo bene meriti essent. Illi vero, cum petiissent, ut suam causam oratione prolixiore sibi agere liceret, responderunt, suaeque causae patronos constituentes Astymachum Asopolai, & Laconem Aeimnesti filium, cui publicum erat cum Lacedaemoniis hospitium, atque in medium progressi, in hunc modum verba fecerunt.

LIII. *URBIS deditionem, o Lacedaemonii, vestra aequitate freti fecimus; non existimantes, nos tale iudicium subituros, at aequius aliquod fore sperantes; & conditionem nobis oblatam accepimus, ut non apud alios, sed apud vos iudices causam diceremus, quemadmodum etiam dicimus: sic enim potissimum nos nostrum ius obtenturos arbitrabamur. Iam vero veremur, ne ab utroque simul aberraverimus. Nam & de capite nostro ultimoque*

τεκμαιρόμενοι, προκατηγορίας τε ἡμῶν οὐ προγεγενημένης, ᾗ χρὴ ἀντειπεῖν, ἀλλ' αὐτοὶ λόγον ᾐτησάμεθα· τό, τε ἐπερώτημα βραχὺ ὄν, ᾧ τὰ μὲν ἀληθῆ ἀποκρίνασθαι, ἐναντία γίγνεται, τὰ δὲ ψευδῆ, ἔλεγχον ἔχει. πανταχόθεν δὲ ἄποροι καθεστῶτες, ἀναγκαζόμεθα, καὶ ἀσφαλέστερον δοκεῖ εἶναι, εἰπόντας τι κινδυνεύειν. καὶ γὰρ ὁ μὴ ῥηθεὶς λόγος τοῖς ὧδ' ἔχουσιν αἰτίαν ἂν παράσχοι ὡς, εἰ ἐλέχθη, σωτήριος ἂν ἦν. χαλεπῶς δὲ ἔχει ἡμῖν πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἡ πειθώ. ἀγνῶτες μὲν γὰρ ὄντες ἀλλήλων, ἐπεισενεγκάμενοι μαρτύρια ὧν ἄπειροι ἦτε, ὠφελούμεθ' ἄν· νῦν δὲ πρὸς εἰδότας πάντα λελέξεται. καὶ δέδιμεν οὐχὶ μὴ προκαταγνόντες ἡμῶν τὰς ἀρετὰς ἥσσους εἶναι τῶν ὑμετέρων, ἔγκλημα αὐτὸ ποιῆ-

ſupplicio certamen eſſe, & vos non aequos iudices fore, merito ſuſpicamur: coniecturam inde facientes, tum quia nullus accuſator ante conſtitutus eſt, cuius criminationem refellamus, ſed & ipſi, ut dicendi poteſtas nobis fieret, popoſcimus; tum etiam, quia veſtra interrogatio perbrevis: ad quam ſi vera reſpondeamus, hoc noſtram cauſam evertit; ſin falſa, mendacii facile argui poſſumus. Itaque cum maximis difficultatibus undique premamur, & in ancipiti fortuna conſtituti ſimus, cogimur, & tutius eſſe ducimus, aliquid dicendo periclitari. Quod enim dici potuit ab illis, qui in tali diſcrimine verſantur, niſi dictum fuerit, hominibus praebet occaſionem exiſtimandi, hoc ipſum, ſi dictum fuiſſet, ſalutem illis dare potuiſſe. Sed praeter alia ipſa perſuadendi ratio in difficili nobis eſt. nam ſi ignoti inter nos eſſemus, allatis teſtimoniis rerum illarum, quas ignoraretis, cauſam noſtram fortaſſe iuvaremus. iam vero apud eos, qui rerum ſunt gnari, omnia dicentur. Nec illud pertimeſcimus, ne crimini nobis detis, & propterea nos damnetis, quod virtute vobis inferiores ſimus;

τε, ἀλλὰ μὴ ἄλλοις χάριν φέροντες, ἐπὶ διεγνωσμένην κρίσιν καθιστώμεθα.

νδ΄. Παρεχόμενοι δὲ ὅμως ἃ ἔχομεν δίκαια, πρός τε τὰ Θηβαίων διάφορα, καὶ ἐς ὑμᾶς, καὶ ἐς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, τῶν εὖ δεδρασμένων ὑπόμνησιν ποιησόμεθα, καὶ πείθειν πειρασόμεθα. Φαμὲν γὰρ πρὸς τὸ ἐρώτημα τὸ βραχὺ, εἴτι Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους ἐν τῷ πολέμῳ τῷδε ἀγαθὸν πεποιήκαμεν, εἰ μὲν ὡς πολεμίους ἐρωτᾶτε, οὐκ ἀδικεῖσθαι ὑμᾶς, μὴ εὖ παθόντας· φίλους δὲ νομίζοντας, αὐτοὺς ἁμαρτάνειν μᾶλλον, τοὺς ἡμῖν ἐπιστρατεύσαντας. τὰ δ᾽ ἐν τῇ εἰρήνῃ καὶ πρὸς τὸν Μῆδον, ἀγαθοὶ γεγενήμεθα, τὴν μὲν, οὐ λύσαντες νῦν πρότεροι, τῷ δὲ, ξυνεπιθέμενοι τότε ἐς ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος μόνοι Βοιωτῶν. καὶ γὰρ ἠπειρῶταί τε ὄντες ἐναυ-

ſed id veremur, ne, in aliorum gratiam, iudicium iam peractum, veſtroque praeiudicio confirmatum ſubeamus.

πόρων κατεκαύθη, καὶ ἡ πόλις ἐκινδύνευσε πᾶσα διαφθαρῆναι, εἰ ἄνεμος ἐπεγένετο τῇ φλογὶ ἐπίφορος ἐς αὐτήν. καὶ οἱ μὲν, παυσάμενοι τῆς μάχης, ὡς ἑκάτεροι ἡσυχάσαντες, τὴν νύκτα ἐν φυλακῇ ἦσαν· καὶ ἡ Κορινθία ναῦς, τοῦ δήμου κεκρατηκότος, ὑπεξανήγετο, καὶ τῶν ἐπικούρων οἱ πολλοὶ ἐς τὴν ἤπειρον λαθόντες διεκομίσθησαν.

οέ. Τῇ δ᾽ ἐπιγιγνομένῃ ἡμέρᾳ Νικόστρατος ὁ Διϊτρέφους, Ἀθηναίων στρατηγὸς, παραγίγνεται βοηθῶν ἐκ Ναυπάκτου δώδεκα ναυσὶ, καὶ Μεσσηνίων πεντακοσίοις ὁπλίταις. ξύμβασίν τε ἔπρασσε, καὶ πείθει ὥστε ξυγχωρῆσαι ἀλλήλοις, δέκα μὲν ἄνδρας τοὺς αἰτιωτάτους κρῖναι, οἳ οὐκέτι ἔμειναν· τοὺς δ᾽ ἄλλους οἰ-

neque alienis parcentes. quamobrem & multae mercatorum pecuniae crematae ſunt, & parum abfuit, quin urbs tota penitus periret, ſi ventus ingruiſſet, qui flammam in ipſam ſparſiſſet. Atque illi quidem, facto pugnandi fine, quieti utrinque noctem illam diſpoſitis cuſtodiis tranſegerunt. Et Corinthiaca navis, quia plebs vicerat, clam diſceſſit; & militum auxiliarium plerique hoſtem latentes in continentem ſe receperunt.

LXXV. Sequenti vero die Nicoſtratus, Diotrephis filius, Athenienſium dux, cum duodecim navibus, & quingentis gravis armaturae militibus Meſſeniis, Naupacto ad opem Corcyraeis ferendam venit. & de compoſitione inter illos facienda agere coepit, illiſque perſuaſit, (ut in mutuae concordiae gratiam redirent) ut decem quidem homines, qui praecipui malorum auctores fuerant, in iudicium vocarent, qui diutius ibi non manſerunt, ſed ſtatim ſe ſubduxerunt: reliqui vero Corcyram incolerent, icto in-

κεῖν, σπονδὰς πρὸς ἀλλήλους ποιησαμένους καὶ πρὸς Ἀθηναίους, ὥστε τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν. καὶ ὁ μὲν, ταῦτα πράξας, ἔμελλεν ἀποπλεύσεσθαι· οἱ δὲ τοῦ δήμου προστάται πείθουσιν αὐτὸν, πέντε μὲν ναῦς τῶν αὐτοῦ σφίσι καταλιπεῖν, ὅπως ἧσσόν τι ἐν κινήσει ὦσιν οἱ ἐναντίοι, ἴσας δὲ αὐτοὶ πληρώσαντες ἐκ σφῶν αὐτῶν, ξυμπέμψειν. καὶ ὁ μὲν ξυνεχώρησεν, οἱ δὲ, τοὺς ἐχθροὺς κατέλεγον ἐς τὰς ναῦς. δείσαντες δὲ ἐκεῖνοι μὴ ἐς τὰς Ἀθήνας ἀποπεμφθῶσι, καθίζουσιν ἐς τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερόν. Νικόστρατος δὲ αὐτοὺς ἀνίστη τε καὶ παρεμυθεῖτο. ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, ὁ δῆμος ὁπλισθεὶς ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ, ὡς οὐδὲν αὐτῶν ὑγιὲς διανοουμένων τῇ τοῦ μὴ ξυμπλεῖν ἀπιστίᾳ, τά τε ὅπλα αὐτῶν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἔλαβε, καὶ αὐτῶν τινας, οἷς ἐπέτυ-

ter ſe & cum Athenienſibus foedere, ut eoſdem hoſtes & eoſdem amicos ducerent. Atque ille quidem his rebus geſtis diſceſſurus erat. ſed plebis principes ei perſuaſerunt, ut ſibi quinque de ſuis navibus relinqueret, ut adverſarii minus ſe commoverent; ſe vero totidem de ſuis rebus omnibus ad navigationem neceſſariis inſtructas, cum eo miſſuros dixerunt. atque ille quidem hoc ipſis conceſſit: illi vero ſuos quique adverſarios delegerunt, quos naves conſcendere iuſſerunt. Sed illi, veriti, ne Athenas mitterentur, ad Caſtoris & Pollucis fanum ſupplices conſederunt. At Nicoſtratus illos illinc excitare, & conſolari coepit. Sed, cum illis perſuadere non poſſet, ut illinc diſcederent, populus, armis hac de cauſa ſumtis, quod exiſtimaret, eos nihil ſani in animo habere, qui propter ſuam diffidentiam cum Nicoſtrato navigare nollent, & eorum arma ex aedibus exportavit, & nonnullos ipſorum, in quos inciderat,

χον, εἰ μὴ Νικόστρατος ἐκώλυσε, διέφθειραν ἄν. ὁρῶντες δ' οἱ ἄλλοι τὰ γιγνόμενα, καθίζουσιν ἐς τὸ Ἥραιον ἱκέται, καὶ γίγνονται οὐκ ἐλάσσους τετρακοσίων. ὁ δὲ δῆμος, δείσας μή τι νεωτερίσωσιν, ἀνίστησί τε αὐτοὺς πείσας, καὶ διακομίζει ἐς τὴν πρὸ τοῦ Ἡραίου νῆσον, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐκεῖσε αὐτοῖς διεπέμπετο.

οστ'. Τῆς δὲ στάσεως ἐν τούτῳ οὔσης, τετάρτῃ ἢ πέμπτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἐς τὴν νῆσον διακομιδὴν, αἱ ἐκ τῆς Κυλλήνης Πελοποννησίων νῆες, μετὰ τὸν ἐκ τῆς Ἰωνίας πλοῦν, ἔφορμοι οὖσαι, παραγίγνονται τρεῖς καὶ πεντήκοντα. ἦρχε δὲ αὐτῶν Ἀλκίδας, ὥσπερ καὶ πρότερον, καὶ Βρασίδας αὐτῷ ξύμβουλος ἐπέπλει. ὁρμισάμενοι δὲ ἐς Σύβοτα λιμένα τῆς ἠπείρου, ἅμα ἕῳ ἐπέπλεον τῇ Κερκύρᾳ.

οζ'. Οἱ δὲ, πολλῷ θορύβῳ, καὶ πεφοβημένοι τά τ'

interfeciſſet, niſi Nicoſtratus eum impediviſſet. Alii vero, cum haec fieri viderent, ad Iunonis templum ſupplices conſederunt, erantque non pauciores quadringentis. Populus vero, veritus, ne quid novi molirentur, verbis adductos illinc excitavit, & in inſulam Iunonis templo oppoſitam tranſportavit; & quae ad vitam ſuſtentandam erant neceſſaria, illuc ad ipſos tranſmittebat.

LXXVI. Cum autem ſeditio in hoc ſtatu eſſet, quarto, quintove ab iſtis in inſulam tranſportatis die, tres & quinquaginta Peloponneſiorum naves ex Cyllene, ubi, poſt reditum ex Ionia, ſtationem habebant, advenerunt. His autem praeerat Alcidas, ut & prius; & Braſidas conſiliorum ſocius cum eo navigabat. cum autem appuliſſent ad Sybota portum, qui eſt in continente, primo diluculo adverſus Corcyram navigarunt.

ἐν τῇ πόλει καὶ τὸν ἐπίπλουν, παρεσκευάζοντό τε ἅμα ἑξήκοντα ναῦς, καὶ τὰς ἀεὶ πληρουμένας ἐξέπεμπον πρὸς τοὺς ἐναντίους, παραινούντων Ἀθηναίων σφᾶς τε ἐᾶσαι πρῶτον ἐκπλεῦσαι, καὶ ὕστερον πάσαις ἅμα ἐκείνους ἐπιγενέσθαι. ὡς δὲ αὐτοῖς πρὸς τοῖς πολεμίοις ἦσαν σποράδες αἱ νῆες, δύο μὲν εὐθὺς ηὐτομόλησαν, ἐν ἑτέραις δὲ ἀλλήλοις οἱ ἐμπλέοντες ἐμάχοντο. ἦν δὲ οὐδεὶς κόσμος τῶν ποιουμένων. ἰδόντες δὲ οἱ Πελοποννήσιοι τὴν ταραχὴν, εἴκοσι μὲν ναυσὶ πρὸς τοὺς Κερκυραίους ἐτάξαντο, ταῖς δὲ λοιπαῖς πρὸς τὰς δώδεκα ναῦς τῶν Ἀθηναίων· ὧν ἦσαν αἱ δύο, Σαλαμινία καὶ Πάραλος.

οη'. Καὶ οἱ μὲν Κερκυραῖοι, κακῶς τε καὶ κατ' ὀλίγας προσπίπτοντες, ἐταλαιπωροῦντο καθ' αὑτούς· οἱ δ' Ἀθηναῖοι, φοβούμενοι τὸ πλῆθος καὶ τὴν περικύκλωσιν,

LXXVII. Corcyraei vero magno cum tumultu, cum res urbanas, tum etiam claſſis hoſtilis adventum formidantes, ſexaginta naves ſimul inſtruere coeperunt; & prout unamquamque rebus omnibus ad proelium committendum neceſſariis explebant, eam adverſus hoſtem emittebant: Athenienſes enim ipſis ſuaſerant, ut ſe primos exire ſinerent, ipſi vero poſtea cum tota claſſe ſimul ſubſequerentur. Sed cum ipſorum naves diſperſae ad hoſtes accederent, duae quidem protinus ad eos transfugerunt: qui vero in aliis vehebantur, inter ſe proeliabantur. nihil autem rite fiebat. Peloponneſii vero, tumultu animadverſo, cum viginti quidem navibus ſe Corcyraeis oppoſuerunt, cum reliquis vero, duodecim Atticis navibus, quarum duae erant Salaminia & Paralus, obviam proceſſerunt.

LXXVIII. Atque Corcyraei quidem, quia male, navibuſque raris impetum faciebant, ſoli graviter laborabant.

ἀθρόαις μὲν οὐ προσέπιπτον, οὐδὲ κατὰ μέσον ταῖς ἐφ' ἑαυτοὺς τεταγμέναις· προσβαλόντες δὲ κατὰ κέρας, καταδύουσι μίαν ναῦν. καὶ μετὰ ταῦτα κύκλον ταξαμένων αὐτῶν, περιέπλεον, καὶ ἐπειρῶντο θορυβεῖν. γνόντες δὲ οἱ πρὸς τοῖς Κερκυραίοις, καὶ δείσαντες μὴ ὅπερ ἐν Ναυπάκτῳ γένοιτο, ἐπιβοηθοῦσι· καὶ γενόμεναι ἀθρόαι αἱ νῆες ἅμα τὸν ἐπίπλουν τοῖς Ἀθηναίοις ἐποιοῦντο. οἱ δ' ὑπεχώρουν, ἤδη πρύμναν κρουόμενοι· καὶ ἅμα τὰς τῶν Κερκυραίων ἐβούλοντο προκαταφυγεῖν, ὅτιμάλιστα ἑαυτῶν σχολῇ τε ὑποχωρούντων, καὶ πρὸς σφᾶς τεταγμένων τῶν ἐναντίων. ἡ μὲν οὖν ναυμαχία, τοιαύτη γενομένη, ἐτελεύτα ἐς ἡλίου δύσιν.

οθ'. Καὶ οἱ Κερκυραῖοι, δείσαντες μὴ σφίσιν ἐπιπλεύσαντες ἐπὶ τὴν πόλιν ὡς κρατοῦντες οἱ πολέμιοι, ἢ

Athenienſes vero, quia multitudinem metuebant, & ne circumvenirentur, in confertas illorum naves non irruebant, nec in eas, quae in medio agmine contra ſe inſtructae erant: ſed in extremum cornu irruentes, unam navem demergunt. Poſtea vero Peloponneſii, ſua claſſe in orbem digeſta, hoſtem circumeuntes turbare conabantur. at qui adverſus Corcyraeos in acie ſtabant, hac re cognita, & veriti, ne ſuis idem accideret, quod ad Naupactum, auxilium ferunt: tunc vero naves confertae ſimul in Athenienſes impreſſionem fecerunt. Illi vero ſe ſubducere coeperunt, iam in puppim remigantes. ſimul etiam volebant, Corcyraeorum naves mature fugere, dum ipſi quam lentiſſime retrocederent, & hoſtium ſibi oppoſitorum impetum ſuſtinerent. Hoc igitur navale proelium, quod huiuſmodi fuit, ſub ſolis occaſum finitum eſt.

LXXIX. Et Corcyraei, veriti, ne hoſtes, utpote victo-

τοὺς ἐκ τῆς νήσου ἀναλάβωσιν, ἢ καὶ ἄλλο τι νεωτερίσωσι, τούς τε ἐκ τῆς νήσου πάλαι ἐς τὸ Ἡραῖον διεκόμισαν, καὶ τὴν πόλιν ἐφύλασσον. οἱ δ' ἐπὶ μὲν τὴν πόλιν οὐκ ἐτόλμησαν πλεῦσαι, κρατοῦντες τῇ ναυμαχίᾳ, τρεῖς δὲ καὶ δέκα ναῦς ἔχοντες τῶν Κερκυραίων, ἀπέπλευσαν ἐς τὴν ἤπειρον, ὅθενπερ ἀνηγάγοντο. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐπὶ μὲν τὴν πόλιν οὐδὲν μᾶλλον ἐπέπλεον, καίπερ ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ φόβῳ ὄντας, καὶ Βρασίδου παραινοῦντος, ὡς λέγεται, Ἀλκίδᾳ, ἰσοψήφου δὲ οὐκ ὄντος· ἐπὶ δὲ τὴν Λευκίμνην τὸ ἀκρωτήριον ἀποβάντες, ἐπόρθουν τοὺς ἀγρούς.

π'. Ὁ δὲ δῆμος τῶν Κερκυραίων ἐν τούτῳ περιδεὴς γενόμενος μὴ ἐπιπλεύσωσιν αἱ νῆες, τοῖς τε ἱκέταις ᾔεσαν ἐς λόγους, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅπως σωθήσεται ἡ

res, infesta classe contra se venirent, & urbem invaderent, aut ex insula eos exportarent, aut aliud quidpiam novi moliruntur; eos, quos eo transmiserant, illinc in Iunonis templum rursus reportarunt, & urbem custodiebant. Hostes vero, quamvis eos navali proelio superassent, ad urbem tamen accedere non sunt ausi: sed cum tredecim Corcyraeorum navibus, quas ceperant, in continentem navigarunt, unde venerant. Postridie vero nihilo magis urbem infesta classe petierunt, licet omnes eius incolae in magna perturbatione & trepidatione essent, licet etiam Brasidas, ut fertur, Alcidam ad hoc adhortaretur; quamvis numero suffragiorum esset inferior: sed in promontorium Leucimnam ex navibus egressi, agros vastarunt.

LXXX. Interea vero Corcyraeorum populus, vehementer metuens, ne Peloponnesiorum classis urbem invaderet, cum supplicibus, aliisque in colloquium de civitate con-

πόλις. καί τινας αὐτῶν ἔπεισαν ἐς τὰς ναῦς ἐμβῆναι· ἐπλήρωσαν γὰρ ὅμως τριάκοντα, προσδεχόμενοι τὸν ἐπίπλουν. οἱ δὲ Πελοποννήσιοι μέχρι μέσου ἡμέρας δηώσαντες τὴν γῆν, ἀπέπλευσαν. καὶ ὑπὸ νύκτα αὐτοῖς ἐφρυκτωρήθησαν ἑξήκοντα νῆες Ἀθηναίων, προσπλέουσαι ἀπὸ Λευκάδος. ἃς οἱ Ἀθηναῖοι, πυνθανόμενοι τὴν στάσιν, καὶ τὰς μετ' Ἀλκίδου ναῦς ἐπὶ Κέρκυραν μελλούσας πλεῖν, ἀπέστειλαν, καὶ Εὐρυμέδοντα τὸν Θουκλέους στρατηγόν.

πα'. Οἱ μὲν οὖν Πελοποννήσιοι τῆς νυκτὸς εὐθὺς κατὰ τάχος ἐκομίζοντο ἐπ' οἴκου παρὰ τὴν γῆν· καὶ ὑπερενεγκόντες τὸν Λευκαδίων ἰσθμὸν τὰς ναῦς, ὅπως μὴ περιπλέοντες ὀφθῶσιν, ἀποκομίζονται. Κερκυραῖοι δὲ, αἰσθόμενοι τάς τε Ἀττικὰς ναῦς προσπλεούσας, τάς τε τῶν πολεμίων οἰχομένας, λαβόντες τούς τε Μεσσηνίους

ſervanda venit: & eorum nonnullis perſuaſit, ut naves conſcenderent. Nam Corcyraei, quamvis in hoc rerum ſtatu eſſent conſtituti, tamen triginta naves rebus ad proelium neceſſariis expleverunt, hoſtis adventum opperientes. At Peloponneſii ad meridiem uſque agrum eorum populati, diſceſſerunt. ſub noctem autem ignibus accenſis ſignificatum fuit ipſis, ſexaginta naves Atticas a Leucade venire: quas Athenienſes, certiores facti de Corcyraeorum ſeditione, deque claſſe cum Alcida adverſus Corcyram itura, miſerant cum Eurymedonte Theuclis filio, qui ipſis praeerat.

LXXXI. Peloponneſii igitur eadem nocte ſtatim, magna celeritate domum redierunt oram legentes. cum autem naves per Leucadium Iſthmum tranſportaſſent, ne circumeuntes ab hoſte conſpicerentur, ſe receperunt. Corcyraei vero, cum & Atticas naves adventare, & hoſtiles

ἐς τὴν πόλιν ἤγαγον, πρότερον ἔξω ὄντας· καὶ τὰς ναῦς περιπλεῦσαι κελεύσαντες ἃς ἐπλήρωσαν, ἐς τὸν Ὑλλαϊκὸν λιμένα, ἐν ὅσῳ περιεκομίζοντο, τῶν ἐχθρῶν εἴ τινα λάβοιεν, ἀπέκτεινον· καὶ ἐκ τῶν νεῶν ὅσους ἔπεισαν ἐσβῆναι ἐκβιβάζοντες, ἀπεχώρησαν· ἐς τὸ Ἡραῖόν τε ἐλθόντες, τῶν ἱκετῶν ὡς πεντήκοντα ἄνδρας δίκην ὑποσχεῖν ἔπεισαν, καὶ κατέγνωσαν ἁπάντων θάνατον. οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ἱκετῶν, ὅσοι οὐκ ἐπείσθησαν, ὡς ἑώρων τὰ γιγνόμενα, διέφθειραν αὐτοῦ ἐν τῷ ἱερῷ ἀλλήλους, καὶ ἐκ τῶν δένδρων τινὲς ἀπήγχοντο· οἱ δ', ὡς ἕκαστοι ἐδύναντο, ἀνηλοῦντο. ἡμέρας τε ἑπτὰ, ἃς ἀφικόμενος Εὐρυμέδων ταῖς ἑξήκοντα ναυσὶ παρέμεινεν, οἱ Κερκυραῖοι σφῶν αὐτῶν τοὺς ἐχθροὺς δοκοῦντας εἶναι ἐφόνευον,

discessisse intellexissent, Messenios receperunt, & in urbem introduxerunt, qui prius erant extra: iussisque navibus, quas rebus ad proelium necessariis expleverant, in portum Hyllaïcum circumire; dum illae circumveherentur, si quem de suis inimicis cepissent, eum interficiebant. quin etiam eos omnes, quibus persuaserant, ut naves conscenderent, ex navibus eiicientes, discesserunt. Et ad Iunonis templum profecti, ex supplicibus circiter quinquaginta ad iudicium subeundum verbis adduxerunt, omnesque capite damnatos morte mulctarunt. Sed plerique supplicum, qui verbis illorum adduci non potuerant, ut iudicium subirent, cum viderent ea, quae gerebantur, ibidem, in templo se mutuo interfecerunt; & nonnulli eorum ex arboribus se ipsos laqueis suspenderunt. reliqui vero, prout quisque potuit, se ipsos absumserunt. Et per septem dies, per quos Eurymedon cum sexaginta navibus eo profectus, ibi manserat, Corcyraei eos interfecerunt, quos inimicos esse du-

τὴν μὲν αἰτίαν ἐπιφέροντες τοῖς τὸν δῆμον καταλύουσιν· ἀπέθανον δέ τινες καὶ ἰδίας ἔχθρας ἕνεκα, καὶ ἄλλοι χρημάτων σφίσιν ὀφειλομένων ὑπὸ τῶν λαβόντων. πᾶσά τε ἰδέα κατέστη θανάτου, καὶ, οἷον φιλεῖ ἐν τῷ τοιούτῳ γίγνεσθαι, οὐδὲν ὅ, τι οὐ ξυνέβη, καὶ ἔτι περαιτέρω. καὶ γὰρ πατὴρ παῖδα ἀπέκτεινε, καὶ ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἀπεσπῶντο, καὶ πρὸς αὐτοῖς ἐκτείνοντο· οἱ δέ τινες καὶ περιοικοδομηθέντες ἐν τοῦ Διονύσου τῷ ἱερῷ ἀπέθανον. οὕτως ὠμὴ στάσις προὐχώρησε· καὶ ἔδοξε μᾶλλον, διότι ἐν τοῖς πρώτη ἐγένετο.

πβ΄. Ἐπεὶ ὕστερόν γε καὶ πᾶν, ὡς εἰπεῖν, τὸ Ἑλληνικὸν ἐκινήθη, διαφορῶν οὐσῶν ἑκασταχοῦ, τοῖς τε τῶν δήμων προστάταις τοὺς Ἀθηναίους ἐπάγεσθαι, καὶ τοῖς ὀλίγοις τοὺς Λακεδαιμονίους· καὶ ἐν μὲν εἰρήνῃ οὐκ ἂν

cebant: crimini quidem illis dantes, quod popularem statum everterent. sed nonnulli etiam ob inimicitias privatas, alii etiam propter pecunias, quae ipsis debebantur, a debitoribus, qui eas acceperant, interfecti fuerunt. omneque mortis genus visebatur: & (quemadmodum in huiusmodi rerum statu solet accidere) nihil est, quod non contigerit, atque eo amplius. Etenim pater filium occidebat; & homines a templis abstrahebantur, & prope ipsa caedebantur. quin etiam nonnulli muro circumsepti in Bacchi templo, fame necati perierunt. Eo saevitiae progressa est seditio, atque ideo maior est visa, quod haec apud eos prima exstitisset.

LXXXII. Nam postea propemodum & universa Graecia commota est; quod ubique discordiae essent inter plebis patronos, qui Athenienses, & optimates, qui Lacedaemonios arcessere volebant. ac in pace quidem nullam huius

ἐχόντων πρόφασιν, οὐδ' ἑτοίμων παρακαλεῖν αὐτούς· πολεμουμένων δὲ, καὶ ξυμμαχίας ἅμα ἑκατέροις τῇ τῶν ἐναντίων κακώσει, καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ προσποιήσει, ῥᾳδίως αἱ ἐπαγωγαὶ τοῖς νεωτερίζειν τι βουλομένοις ἐπορίζοντο. καὶ ἐπέπεσε πολλὰ καὶ χαλεπὰ κατὰ στάσιν ταῖς πόλεσι, γιγνόμενα μὲν, καὶ ἀεὶ ἐσόμενα, ἕως ἂν ἡ αὐτὴ φύσις ἀνθρώπων ᾖ, μᾶλλον δὲ καὶ ἡσυχαίτερα, καὶ τοῖς εἴδεσι διηλλαγμένα, ὡς ἂν ἕκασται αἱ μεταβολαὶ τῶν ξυντυχιῶν ἐφιστῶνται. ἐν μὲν γὰρ εἰρήνῃ καὶ ἀγαθοῖς πράγμασιν αἵ τε πόλεις καὶ οἱ ἰδιῶται ἀμείνους τὰς γνώμας ἔχουσι, διὰ τὸ μὴ ἐς ἀκουσίους ἀνάγκας πίπτειν· ὁ δὲ πόλεμος, ὑφελὼν τὴν εὐπορίαν τοῦ καθ' ἡμέραν, βίαιος διδάσκαλος, καὶ πρὸς τὰ παρόντα τὰς ὀργὰς τῶν πολλῶν ὁμοιοῖ. ἐστα-

rei peragendae ſpecioſam cauſam habuiſſent: nec ad ipſos arceſſendos adeo promti fuiſſent: bello vero coorto, utriſque, qui rerum novarum erant cupidi, facile dabatur occaſio & facultas arceſſendi ſocios auxiliares, ut ſimul & adverſam factionem opprimerent, & exinde potentiam ſibimet compararent. Et multae eaeque graves calamitates propter ſeditionem civitatibus acciderunt, quae accidere ſolent, & ſemper accident, quoad eadem hominum natura fuerit: ſed tamen vel graviores, vel leviores, & genere diverſae, prout ſingulae rerum fortunaeque mutationes contigerint. nam in pace quidem & rerum ſecundarum afſluentia, cum ipſae civitates, tum etiam homines privati mentes habent meliores, quod in odioſas neceſſitates non incidant. Bellum vero, ſubducens paulatim rerum copiam ad quotidianum vitae uſum neceſſarium, violentus eſt magiſter, & ad praeſentem rerum ſtatum multorum mores

σίαζέ τε οὖν τὰ τῶν πόλεων, καὶ τὰ ἐφυστερίζοντά που, πύστει τῶν προγενομένων, πολὺ ἐπέφερε τὴν ὑπερβολὴν τοῦ καινοῦσθαι τὰς διανοίας, τῶν τ' ἐπιχειρήσεων περιτεχνήσει, καὶ τῶν τιμωριῶν ἀτοπία. καὶ τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῇ δικαιώσει. τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος, ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη· μέλλησις δὲ προμηθὴς, δειλία εὐπρεπής. τὸ δὲ σῶφρον, τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα. καὶ τὸ πρὸς ἅπαν ξυνετὸν, ἐπὶ πᾶν ἀργόν. τὸ δ' ἐμπλήκτως ὀξὺ, ἀνδρὸς μοίρᾳ προσετέθη. ἀσφάλεια δὲ τὸ ἐπιβουλεύσασθαι, ἀποτροπῆς πρόφασις εὔλογος. καὶ ὁ μὲν χαλεπαίνων, πιστὸς ἀεὶ, ὁ δ' ἀντιλέγων αὐτῷ, ὕποπτος. ἐπιβουλεύ-

effingit. Civitates igitur seditionibus agitabantur, & illae, in quibus seditiones serius excitabantur, res, quas alibi iam accidisse fama acceperant, longe superare studebant, ut propter rerum a se inventarum novitatem ingenii laudem quaererent, quod novas inimicorum adoriendorum rationes magna cum sollertia invenissent, & nova suppliciorum genera excogitassent. Quin etiam usitatam vocabulorum significationem in rebus arbitratu suo immutarunt. Nam inconsiderata quidem audacia fortitudo amicorum studiosa existimata est: considerata vero cunctatio, honesta timiditas: modestia, ignaviae praetextus. Et adhibere prudentiam ad rem omnem, quae gerenda suscipitur, in re qualibet cessatio & segnities existimabatur. At vesana celeritas, viri fortis officio tribuebatur. Cautio vero in iteranda deliberatione, speciosa negotii detrectandi materia. Et qui iracundus erat, is fide dignus semper habebatur: at qui verbis ei resistebat, huius fides erat suspecta. Qui vero insidias aliis paraverat, si res ipsi ex animi sen-

σας δέ τις τυχὼν, ξυνετὸς, καὶ ὑπονοήσας, ἔτι δεινότερος. προβουλεύσας δὲ ὅπως μηδὲν αὐτῶν δεήσοι, τῆς τε ἑταιρίας διαλυτὴς, καὶ τοὺς ἐναντίους ἐκπεπληγμένος. ἁπλῶς δὲ, ὁ φθάσας τὸν μέλλοντα κακόν τι δρᾷν, ἐπῃνεῖτο, καὶ ὁ ἐπικελεύσας τὸν μὴ διανοούμενον. καὶ μὴν καὶ τὸ ξυγγενὲς τοῦ ἑταιρικοῦ ἀλλοτριώτερον ἐγένετο, διὰ τὸ ἑτοιμότερον εἶναι ἀπροφασίστως τολμᾷν. οὐ γὰρ μετὰ τῶν κειμένων νόμων ὠφελείας αἱ τοιαῦται ξύνοδοι, ἀλλὰ παρὰ τοὺς καθεστῶτας πλεονεξίᾳ. καὶ τὰς ἐς σφᾶς αὐτοὺς πίστεις οὐ τῷ θείῳ νόμῳ μᾶλλον ἐκρατύνοντο, ἢ τῷ κοινῇ τι παρανομῆσαι. τά τε ἀπὸ τῶν ἐναντίων καλῶς λεγόμενα ἐνεδέχοντο ἔργων φυλακῇ εἰ προύχοιεν, καὶ οὐ γενναιότητι. ἀντιτιμωρήσασθαί τε τινὰ

tentia fucceffiffet, prudens habebatur; & fi aliorum infidias fibi paratas providiffet, longe prudentior. Qui vero profpexiffet, ne ullis huiufmodi rebus ipfe indigeret, is amicitiae diffolutor, & adverfariorum timens vocabatur. In fumma, is laudabatur, qui alterum in iniuria facienda praevertiffet, & qui alium, nihil tale cogitantem, ad hoc ipfum impuliffet. Quin etiam fodales cognatis anteponebantur, quod ad audendum fine ulla tergiverfatione promtiores effent. Nam huiufmodi fodalitiorum coetus non utilitatis caufa, ex legum latarum praefcripto, fed avaritiae gratia, contra leges ufu longo ftabilitas, fiebant. nec tam iurisiurandi interpofiti religione, quam fcelerum, quae fimul patrabant, communicatione, fidem inter fe confirmabant. Et quae ab adverfariis probe dicebantur, ea admittebant, ut actiones eorum obfervarent & caverent, fi fuperiores effent, non autem ex generofitate. Et unufquifque hoc pluris faciebat, fi alium pro iniuria illata ulcifci poffet,

περὶ πλείονος ἦν, ἢ αὐτὸν μὴ προπαθεῖν. καὶ ὅρκοι εἴπου ἄρα γένοιντο ξυναλλαγῆς ἐν τῷ αὐτίκα πρὸς τὸ ἄπορον ἑκατέρῳ διδόμενοι, ἴσχυον, οὐκ ἐχόντων ἄλλοθεν δύναμιν. ἐν δὲ τῷ παρατυχόντι ὁ φθάσας θαρσῆσαι, εἰ ἴδοι ἄφρακτον, ἥδιον διὰ τὴν πίστιν ἐτιμωρεῖτο ἢ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς. καὶ τό, τε ἀσφαλὲς ἐλογίζετο, καὶ ὅτι ἀπάτῃ περιγενόμενος, ξυνέσεως ἀγώνισμα προσελάμβανε. ῥᾷον δ' οἱ πολλοὶ, κακοῦργοι ὄντες, δεξιοὶ κέκληνται, ἢ ἀμαθεῖς ἀγαθοί· καὶ τῷ μὲν αἰσχύνονται, ἐπὶ δὲ τῷ ἀγάλλονται. πάντων δ' αὐτῶν αἴτιον ἡ ἀρχὴ, ἡ διὰ πλεονεξίαν καὶ φιλοτιμίαν· ἐκ δ' αὐτῶν, καὶ ἐς τὸ φιλονεικεῖν καθισταμένων τὸ πρόθυμον. οἱ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι προστάντες, μετ' ὀνόματος ἑκάτεροι εὐπρεποῦς,

quam si ipse nulla iniuria ab alio lacesseretur. Et si forte reconciliandae gratiae causa iusiurandum inter utramque partem aliquando interponebatur, id in praesentia valebat propter difficultatem praesentem, quia vires aliunde non habebant: sed ad quamlibet rei peragendae occasionem oblatam, qui prior fidere coepisset, is, si adversarium minus munitum animadvertisset, propter fidem, lubentius ulciscebatur, quam si aperte rem gessisset. Nam & tutum hoc esse reputabat, &, quod fraude superasset, prudentiae praemium praeterea consequebatur. facilius enim multi, qui sunt fraudulenti, sollertes appellantur, quam tardi, boni: atque hoc quidem erubescunt, illo vero gloriantur. Horum autem omnium causa fuit principatus, qui propter avaritiam & ambitionem appetebatur. His autem quasi fundamentis iactis, alacritas etiam animorum ad contentionis studium accedebat. Nam singularum civitatum principes, honesto & specioso utrique nomine, civilem

πλήθους τε ἰσονομίας πολιτικῆς, καὶ ἀριστοκρατίας σώφρονος προτιμήσει, τὰ μὲν κοινὰ λόγῳ θεραπεύοντες ἆθλα ἐποιοῦντο, παντὶ δὲ τρόπῳ ἀγωνιζόμενοι ἀλλήλων περιγίγνεσθαι, ἐτόλμησάν τε τὰ δεινότατα, ἐπεξῄεσάν τε, τὰς τιμωρίας ἔτι μείζους οὐ μέχρι τοῦ δικαίου καὶ τῇ πόλει ξυμφόρου προτιθέντες, ἐς δὲ τὸ ἑκατέροις που αἰεὶ ἡδονὴν ἔχον ὁρίζοντες, καὶ ἢ μετὰ ψήφου ἀδίκου καταγνώσεως, ἢ χειρὶ κτώμενοι τὸ κρατεῖν, ἕτοιμοι ἦσαν τὴν αὐτίκα φιλονεικίαν ἐμπιμπλάναι· ὥστε εὐσεβείᾳ μὲν οὐδέτεροι ἐνόμιζον, εὐπρεπείᾳ δὲ λόγου, οἷς ξυμβαίη ἐπιφθόνως τι διαπράξασθαι, ἄμεινον ἤκουον. τὰ δὲ μέσα τῶν πολιτῶν ὑπ' ἀμφοτέρων, ἢ ὅτι οὐ ξυνηγωνίζοντο, ἢ φθόνῳ τοῦ περιεῖναι, διεφθείροντο.

populi aequabilitatem, & moderatam optimatum dominationem anteponentes, rempublicam verbo quidem curabant; sed re ipsa tanquam suorum certaminum praemium eam sibi proponebant. Et cum alii alios omni modo superare contenderent, atrocissima quaeque facinora sunt ausi, & sunt persecuti, poenas, non quantum aequitas, & utilitas publica postulabat, sed longe graviores irrogantes, & pro sua utrique libidine semper eas in qualibet re statuentes; & vel iniquis suffragiis damnantes, vel manibus potentiam sibi parantes, ad praesentis contentionis libidinem explendam erant parati. Itaque neutri quidquam transigere consueverant, habita ratione religionis: sed quibus speciosa oratione aliquid commode transigere licuisset, illi melius audiebant. Cives vero, quotquot inter utrosque erant medii, & qui neutris favebant, nec in partibus erant, hi, vel quod illos non adiuvarent, vel propter invidiam, quod ipsi calamitatum essent immunes, ab utraque factione penitus perdebantur.

πγʹ. Οὕτω πᾶσα ἰδέα κατέστη κακοτροπίας διὰ τὰς στάσεις τῷ Ἑλληνικῷ. καὶ τὸ εὔηθες (οὗ τὸ γενναῖον πλεῖστον μετέχει) καταγελασθὲν ἠφανίσθη· τὸ δὲ ἀντιτετάχθαι ἀλλήλοις τῇ γνώμῃ ἀπίστως, ἐπιπολὺ διήνεγκεν. οὐ γὰρ ἦν ὁ διαλύσων, οὔτε λόγος ἐχυρὸς, οὔτε ὅρκος φοβερός. κρείσσους δὲ ὄντες ἅπαντες λογισμῷ ἐς τὸ ἀνέλπιστον τοῦ βεβαίου, μὴ παθεῖν μᾶλλον προεσκόπουν, ἢ πιστεῦσαι ἐδύναντο. καὶ οἱ φαυλότεροι γνώμην, ὡς τὰ πλείω περιεγίγνοντο. τῷ γὰρ δεδιέναι τό τε αὐτῶν ἐνδεὲς, καὶ τὸ τῶν ἐναντίων ξυνετὸν, μὴ λόγοις τε ἥσσους ὦσι, καὶ ἐκ τοῦ πολυτρόπου αὐτῶν τῆς γνώμης φθάσωσι προεπιβουλευόμενοι, τολμηρῶς πρὸς τὰ ἔργα ἐχώρουν. οἱ δὲ καταφρονοῦντες κἂν προαισθέσθαι, καὶ

LXXXIII. Adeo omne facinorum genus in Graecia passim propter seditiones exstitit: & simplicitas (cuius ipsa generositas est maxime particeps) cum irrisione funditus est deleta. Animis vero infestis inter se esse, & nullam alteri fidem habere, longe praestitit: nam nec ulla sermonis auctoritas, nec ullus iurisiurandi terror illas inimicitias dirimere poterat. Sed cum omnes animis essent propensiores ad desperandum de alterius fide & constantia, illud potius prospiciebant, quomodo malum impendens vitarent, quam, ut cuiquam fiderent, adduci poterant. Et qui prudentia minus valebant, plerumque superiores erant. Quod enim & suam imprudentiam, & adversariorum prudentiam metuerent, veriti, ne vel illorum eloquentia superarentur, vel propter illorum ingenii calliditatem praevenirentur insidiis priores appetiti, audacter ad quaelibet facinora suscipienda ferebantur. Qui vero haec negligebant, & insidias se praesensuros existimabant, nec sibi factis ul-

ἔργῳ οὐδὲν σφᾶς δεῖν λαμβάνειν ἃ γνώμῃ ἔξεστιν, ἄφρακτοι μᾶλλον διεφθείροντο.

πδ΄. Ἐν δ᾽ οὖν τῇ Κερκύρᾳ τὰ πολλὰ αὐτῶν προετολμήθη, καὶ ὁπόσα ὕβρει μὲν ἀρχόμενοι τοπλέον ἢ σωφροσύνῃ, ὑπὸ τῶν τὴν τιμωρίαν παρασχόντων, οἱ ἀνταμυνόμενοι δράσειαν· πενίας δὲ τῆς εἰωθυίας ἀπαλλαξείοντές τινες, μάλιστα δ᾽ ἂν διὰ πάθους ἐπιθυμοῦντες τὰ τῶν πέλας ἔχειν, παρὰ δίκην γιγνώσκοιεν· οἵ τε μὴ ἐπὶ πλεονεξίᾳ, ἀπὸ ἴσου δὲ μάλιστα ἐπιόντες, ἀπαιδευσίᾳ ὀργῆς πλεῖστον ἐκφερόμενοι, ὠμῶς καὶ ἀπαραιτήτως ἐπέλθοιεν. ξυνταραχθέντος τε τοῦ βίου ἐς τὸν καιρὸν τοῦτον τῇ πόλει, καὶ τῶν νόμων κρατήσασα ἡ ἀνθρωπεία

lis opus esse ducebant in antevertendis illorum insidiis, quas consilio vitare possent, non muniti, facilius opprimebantur.

LXXXIV. Pleraque igitur huiusmodi audaciae facinora Corcyrae prius, quam in aliis civitatibus, patrata fuerunt, & alia, quaecunque facere possent, qui suas iniurias ulciscuntur, in eos, qui damnum datum, iniuriamque sibi factam sunt ulti, a quibus, dum illorum imperio parerent, insolenter potius quam modeste tractati fuerunt: & quaecunque facere possent pauperes aliqui, qui consueta ac diuturna rerum inopia se liberari cuperent, praecipue vero, qui per avaritiam fortunas alienas occupare studerent, & se has praeter ius consequi posse confiderent: & quaecunque patrare possent, qui non avaritiae causa, sed primum quidem aequo iure suos inimicos invaderent, deinde vero immani indignatione longissime provecti, crudeliter eos, & animo inexorabili persequerentur. Cum autem vitae disciplina tunc temporis Corcyrae fuisset perturbata,

φύσις, εἰωθυῖα καὶ παρὰ τοὺς νόμους ἀδικεῖν, ἀσμένη ἐδήλωσεν ἀκρατὴς μὲν ὀργῆς οὖσα, κρείσσων δὲ τοῦ δικαίου, πολεμία δὲ τοῦ προύχοντος. οὐ γὰρ ἂν τοῦ τε ὁσίου τὸ τιμωρεῖσθαι προυτίθεσαν, τοῦ τε μὴ ἀδικεῖν τὸ κερδαίνειν, ἐν ᾧ μὴ βλάπτουσαν ἰσχὺν εἶχε τὸ φθονεῖν. ἀξιοῦσί τε τοὺς κοινοὺς περὶ τῶν τοιούτων οἱ ἄνθρωποι νόμους, ἀφ' ὧν ἅπασιν ἐλπὶς ὑπόκειται σφαλεῖσι κἂν αὐτοὺς διασώζεσθαι, ἐν ἄλλων τιμωρίαις προκαταλύειν, καὶ μὴ ὑπολείπεσθαι, εἴ ποτε ἄρα τις κινδυνεύσας τινὸς δεήσεται αὐτῶν.

πε'. Οἱ μὲν οὖν κατὰ τὴν πόλιν Κερκυραῖοι, τοιαύταις ὀργαῖς ταῖς πρώταις ἐς ἀλλήλους ἐχρήσαντο. καὶ ὁ Εὐρυμέδων καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἀπέπλευσαν ταῖς ναυσίν. ὕστερον δὲ οἱ φεύγοντες τῶν Κερκυραίων (διεσώθησαν

ipſa quoque humana natura, quae vel praeter leges, iniuſte facere conſuevit, legibus ſuperatis, ſe irae quidem impotentem, at iure potentiorem, omniſque ſuperioris dignitatis hoſtem eſſe lubenter declaravit. Aliter enim profecto homines pietati vindictam non antepoſuiſſent, neque innocentiae quaeſtum, in quo invidia potentiam non nocentem habebat. quippe homines cum alios ulciſcuntur, communes leges de rebus illis latas, in quibus ſpes omnibus eſt repoſita, ut ſi ipſi in calamitates aliquas inciderint, ſaltem ipſae leges conſerventur, evertere mature volunt, nec relinquere, ſi quis forte in periculum adductus, aliqua illarum indigeat.

LXXXV. Corcyraei igitur, qui in urbe erant, primi omnium tales iras inter ſe tunc exercuerunt. Et Eurymedon, & Athenienſes cum claſſe illinc diſceſſerunt. Poſtea vero Corcyraeorum exſules, (nam ad quingentos illorum

γὰρ αὐτῶν ἐς πενταχοσίους) τείχη τε λαβόντες ἃ ἦν ἐν τῇ ἠπείρῳ, ἐκράτουν τῆς πέραν οἰκείας γῆς, καὶ ἐξ αὐτῆς ὁρμώμενοι, ἐλῄζοντο τοὺς ἐν τῇ νήσῳ, καὶ πολλὰ ἔβλαπτον· καὶ λιμὸς ἰσχυρὸς ἐγένετο ἐν τῇ πόλει. ἐπρεσβεύοντο δὲ καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα καὶ Κόρινθον περὶ καθόδου· καὶ ὡς οὐδὲν αὐτοῖς ἐπράσσετο, ὕστερον χρόνῳ πλοῖα καὶ ἐπικούρους παρασκευασάμενοι, διέβησαν ἐς τὴν νῆσον ἑξακόσιοι μάλιστα οἱ πάντες. καὶ τὰ πλοῖα ἐμπρήσαντες, ὅπως ἀπόγνοια ᾖ τοῦ ἄλλο τι ἢ κρατεῖν τῆς γῆς, ἀναβάντες ἐς τὸ ὄρος τὴν Ἰστώνην, τεῖχος ἐνοικοδομησάμενοι, ἔφθειρον τοὺς ἐν τῇ πόλει, καὶ τῆς γῆς ἐκράτουν.

Ante Octob. 17. πστ'. Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους τελευτῶντος, Ἀθηναῖοι εἴκοσι ναῦς ἔστειλαν ἐς Σικελίαν, καὶ Λάχητα τὸν Μελανώπου στρατηγὸν αὐτῶν, καὶ Χαροιάδην τὸν Εὐφι-

evaserant) occupatis quibusdam munitionibus, quae in continente erant, suo ulteriore agro potiti sunt, atque illinc erumpentes, populabantur agros illorum, qui erant in insula, magnisque detrimentis illos afficiebant. Et propterea in urbe fames ingens est exorta. Iidem etiam legatos de suo reditu Lacedaemonem & Corinthum miserunt. Sed cum nihil proficerent, postea paratis navibus & militibus auxiliariis, in insulam traiecerunt, numero universi circiter sexcenti. atque navibus incensis, ut nulla spes alia relinqueretur, quam agri occupandi, montem Istonem conscenderunt, &, munitione illic exstructa, eos, qui in urbe erant, gravissime vexabant, agroque potiebantur.

LXXXVI. Hac eadem aestate extrema, Athenienses viginti naves in Siciliam miserunt, & Lachetem Melanopi, & Charoeadam Euphileti filium, harum praefectos. Nam

λήτου. οἱ γὰρ Συρακούσιοι καὶ Λεοντῖνοι ἐς πόλεμον ἀλλήλοις καθέστασαν. ξύμμαχοι δὲ τοῖς μὲν Συρακουσίοις ἦσαν, πλὴν Καμαριναίων, αἱ ἄλλαι Δωρίδες πόλεις, αἵπερ καὶ πρὸς τὴν τῶν Λακεδαιμονίων τοπρῶτον ἀρχομένου τοῦ πολέμου ξυμμαχίαν ἐτάχθησαν, οὐ μέντοι ξυνεπολέμησάν γε· τοῖς δὲ Λεοντίνοις αἱ Χαλκιδικαὶ πόλεις, καὶ Καμαρίνα. τῆς δὲ Ἰταλίας, Λοκροὶ μὲν Συρακουσίων ἦσαν, Ῥηγῖνοι δὲ, κατὰ τὸ ξυγγενὲς, Λεοντίνων. ἐς οὖν τὰς Ἀθήνας πέμψαντες οἱ τῶν Λεοντίνων ξύμμαχοι, κατά τε παλαιὰν ξυμμαχίαν, καὶ ὅτι Ἴωνες ἦσαν, πείθουσι τοὺς Ἀθηναίους πέμψαι σφίσι ναῦς. ὑπὸ γὰρ τῶν Συρακουσίων τῆς τε γῆς εἴργοντο καὶ τῆς θαλάσσης. καὶ ἔπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι, τῆς μὲν οἰκειότητος προφάσει, βουλόμενοι δὲ μήτε σῖτον ἐς τὴν Πελοπόννησον ἄγεσθαι αὐτόθεν, πρόπειράν τε ποιούμενοι εἰ σφίσι δυνατὰ εἴη τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ πράγματα

Syracuſani & Leontini bellum inter ſe gerebant. Syracuſanorum autem ſociae erant, exceptis Camarinaeis, ceterae Dorienſes civitates, quae in Lacedaemoniorum ſocietatem huius belli initio conceſſerunt, eos tamen in bello non adiuverant: Leontinorum vero, Chalcidicae civitates, & Camarina. Sed ex Italia, Locri quidem, Syracuſanis; Rhegini vero, propter cognationem Leontinis favebant. Leontinorum igitur ſocii, cum propter antiquam ſocietatem, tum etiam quod Iones eſſent, legatis Athenas miſſis, Athenienſibus perſuaſerunt, ut naves ad ſe mitterent. nam & terrae & maris uſu a Syracuſanis prohibebantur. Athenienſes vero naves miſerunt, per ſpeciem quidem neceſſitudinis; ſed re ipſa, eo conſilio, ut neque frumentum illinc in Peloponneſum exportaretur, utque ten-

ὑποχείρια γενέσθαι. καταστάντες οὖν ἐς Ῥήγιον τῆς Ἰταλίας, τὸν πόλεμον ἐποιοῦντο μετὰ τῶν ξυμμάχων· καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

Octob. desinente. πζ΄. Τοῦ δ᾽ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος ἡ νόσος τοδεύτερον ἐπέπεσε τοῖς Ἀθηναίοις, ἐκλιποῦσα μὲν οὐδένα χρόνον τοπαντάπασιν, ἐγένετο δέ τις ὅμως διακωχή. παρέμεινε δὲ τὸ μὲν ὕστερον, οὐκ ἔλασσον ἐνιαυτοῦ· τὸ δὲ πρότερον, καὶ δύο ἔτη. ὥστε Ἀθηναίους τε μὴ εἶναι ὅ, τι μᾶλλον τούτου ἐπίεσε, καὶ ἐκάκωσε τὴν δύναμιν. τετρακοσίων γὰρ ὁπλιτῶν καὶ τετρακισχιλίων οὐκ ἐλάσσους ἀπέθανον ἐκ τῶν τάξεων, καὶ τριακοσίων ἱππέων· τοῦ δὲ ἄλλου ὄχλου ἀνεξεύρετος ἀριθμός. ἐγένοντο δὲ τότε καὶ οἱ πολλοὶ σεισμοὶ τῆς γῆς, ἔν τε Ἀθήναις, καὶ ἐν Εὐβοίᾳ, καὶ ἐν Βοιωτοῖς, καὶ μάλιστα ἐν Ὀρχομενῷ τῷ Βοιωτίῳ.

tarent, an res Siculas in suam potestatem redigere possent. Cum igitur Rhegium Italiae appulissent, cum sociis bellum gerere coeperunt. atque haec aestas excessit.

LXXXVII. At hieme ineunte morbus Athenienses iterum invasit; qui nunquam quidem omnino sedatus fuerat, sed tamen quaedam eius quiescentis intermissio facta fuerat: cum autem eos rursus est aggressus, non minus anno integro apud eos immoratus; prius vero, vel per biennium est grassatus. adeo ut nihil fuerit, quod Athenienses magis, quam morbus iste, presserit, eorumque vires afflixerit. Nam ex legionariis militibus obierunt non pauciores, quam quatuor millia & quadringenti, & trecenti equites: nam ceterae turbae numerus iniri non potest. Tunc vero praeterea frequentes terrae motus exstiterunt, & Athenis,

πη'. Καὶ οἱ μὲν ἐν Σικελίᾳ Ἀθηναῖοι καὶ Ῥηγῖνοι, τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, τριάκοντα ναυσὶ στρατεύουσιν ἐπὶ τὰς Αἰόλου νήσους καλουμένας. θέρους γὰρ δι' ἀνυδρίαν ἀδύνατα ἦν ἐπιστρατεύειν. νέμονται δὲ Λιπαραῖοι αὐτὰς, Κνιδίων ἄποικοι ὄντες. οἰκοῦσι δ' ἐν μιᾷ τῶν νήσων οὐ μεγάλῃ, καλεῖται δὲ Λιπάρα. τὰς δὲ ἄλλας ἐκ ταύτης ὁρμώμενοι γεωργοῦσι, Διδύμην, καὶ Στρογγύλην, καὶ Ἱεράν. νομίζουσι δὲ οἱ ἐκείνῃ ἄνθρωποι, ἐν τῇ Ἱερᾷ ὡς ὁ Ἥφαιστος χαλκεύει, ὅτι τὴν νύκτα φαίνεται πῦρ ἀναδιδοῦσα πολὺ, καὶ τὴν ἡμέραν καπνόν. κεῖνται δὲ αἱ νῆσοι αὗται κατὰ τὴν Σικελῶν καὶ Μεσσηνίων γῆν· ξύμμαχοι δ' ἦσαν Συρακουσίων. τεμόντες δ' οἱ Ἀθηναῖοι τὴν γῆν, ὡς οὐ προσεχώρουν, ἀπέπλευσαν ἐς τὸ Ῥήγιον· καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα, καὶ πέμπτον ἔτος

& in Euboea, & cum inter Boeotos, tum vero praecipue in Boeotiae oppido Orchomeno.

LXXXVIII. Et Athenienſes, ac Rhegini, qui in Sicilia erant, inſulis, quae Aeoli vocantur, eadem hieme bellum cum triginta navibus intulerunt. nam aeſtate propter aquarum inopiam bellum ipſis inferri nequit. Liparaei autem, qui ſunt Cnidiorum coloni, eas poſſident: habitantque in una ex iſtis inſulis non magna, quae Lipara vocatur. hinc autem proficiſcentes, alias, Didymen ſcilicet, Strongylen, & Hieram, colunt. Homines autem, qui ſunt in illa regione, Vulcanum in Hiera fabrilem artem exercere putant, quia noctu quidem magnum ignem, interdiu vero, fumum emittere cernitur. Hae autem inſulae ſitae ſunt e regione Siculi & Meſſani agri: erantque Syracuſanorum ſociae. Athenienſes vero, vaſtato illorum agro, cum illae ſe dedere nollent, Rhegium redierunt. atque haec hiems

ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε.

Bell. Pelop. an. 6. Olymp. 88. 2/3. U. C. Varr. 32. 8/9. Post Apr. 13. ante Iun. 21.

πθ΄. Τοῦ δ᾽ ἐπιγιγνομένου θέρους, Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι μέχρι μὲν τοῦ ἰσθμοῦ ἦλθον, ὡς ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβαλοῦντες, Ἄγιδος τοῦ Ἀρχιδάμου ἡγουμένου, Λακεδαιμονίων βασιλέως· σεισμῶν δὲ γενομένων πολλῶν, ἀπετράποντο πάλιν, καὶ οὐκ ἐγένετο ἐσβολή. καὶ περὶ τούτους τοὺς χρόνους τῶν σεισμῶν κατεχόντων τῆς Εὐβοίας ἐν Ὀροβίαις, ἡ θάλασσα ἐπελθοῦσα ἀπὸ τῆς τότε οὔσης γῆς, καὶ κυματωθεῖσα, ἐπῆλθε τῆς πόλεως μέρος τι· καὶ τὸ μὲν, κατέκλυσε, τὸ δ᾽ ὑπενόστησε· καὶ θάλασσα νῦν ἐστι πρότερον οὖσα γῆ· καὶ ἀνθρώπους διέφθειρεν ὅσοι μὴ ἐδύναντο φθῆναι πρὸς τὰ μετέωρα ἀναδραμόντες. καὶ περὶ Ἀταλάντην τὴν ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Ὀπουντίοις νῆσον παραπλησία γίγνεται ἐπί-

exiit, & belli, quod Thucydides conscripsit, quintus annus excessit.

LXXXIX. Sequente vero aestate Peloponnesii, eorumque socii, duce Agide, Archidami filio, Lacedaemoniorum rege, ad Isthmum usque processerunt, ut irruptionem in Atticam facerent. Sed cum crebri terrae motus fierent, retro se receperunt, nec irruptionem in Atticam fecerunt. Per haec tempora terrae motibus Euboeam apud Orobias agitantibus, mare ab ea, quae tunc erat tellus, magno cum fluctuum impetu veniens, quandam urbis partem invasit. Atque una quidem maris pars illam urbis partem demersit; altera vero, se in suum pristinum alveum recepit. & quod antea tellus fuerat, id nunc est mare. omnesque mortales perdidit, quotquot in editiora loca ocius cursu se conferre non potuerant. Huic autem similis alluvio exstitit circa Atalantam insulam apud Locros Opun-

κλυσις, καὶ τοῦ τε φρουρίου τῶν Ἀθηναίων παρεῖλε, καὶ δύο νεῶν ἀνειλκυσμένων τὴν ἑτέραν κατέαξεν. ἐγένετο δὲ καὶ ἐν Πεπαρήθῳ κύματος ἐπαναχώρησίς τις, οὐ μέντοι ἐπέκλυσέ γε· καὶ σεισμὸς τοῦ τείχους τι κατέβαλε, καὶ τὸ Πρυτανεῖον, καὶ ἄλλας οἰκίας ὀλίγας. αἴτιον δ' ἔγωγε τοῦ τοιούτου νομίζω, ᾗ ἰσχυρότατος ὁ σεισμὸς ἐγένετο, κατὰ τοῦτο ἀποστέλλειν τε τὴν θάλασσαν, καὶ ἐξαπίνης πάλιν ἐπισπωμένην, βιαιότερον τὴν ἐπίκλυσιν ποιεῖν. ἄνευ δὲ σεισμοῦ οὐκ ἄν μοι δοκεῖ τὸ τοιοῦτο ξυμβῆναι γενέσθαι.

ϛ'. Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους ἐπολέμουν μὲν καὶ ἄλλοι, ὡς ἑκάστοις ξυνέβαινεν, ἐν τῇ Σικελίᾳ, καὶ αὐτοὶ οἱ Σικελιῶται ἐπ' ἀλλήλους στρατεύοντες, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ξὺν τοῖς σφετέροις ξυμμάχοις· ἃ δὲ λόγου μάλιστα ἄξια ἢ μετὰ τῶν Ἀθηναίων οἱ ξύμμαχοι ἔπραξαν, Bell. Pelop. an. 6. Olymp. 88. 3. U. C. Varr. 328. Post Iun. 21.

tios, quae ab Atheniensium castello partem abstraxit, & duarum navium, quae subductae erant, alteram diffregit. In Peparetho quoque fuit quaedam maris restagnatio, quae tamen urbem non inundavit. Et terrae motus muri partem, & Prytaneum, & aliquot alias domos diruit. Huius autem rei ego causam fuisse puto, quod terrae motus, qua parte vehementissimus exstitit, ab hac mare longe amandarit, hoc vero repente rursus retroactum inundationem violentiorem fecerit, nam sine terrae motu non videtur mihi contingere, ut hoc fiat.

XC. Eadem aestate, cum alii, ut quibusque contigit, in Sicilia, bellum inter se gesserunt, tum etiam ipsi Sicilienses, alii aliis arma inferentes, & Athenienses cum suis sociis. Quae autem maxime digna memoratu, vel socii cum Atheniensibus, vel hostes adversus Athenienses gesserunt,

ἢ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους οἱ ἀντιπολέμιοι, τούτων μνησθήσομαι. Χαροιάδου γὰρ ἤδη τοῦ Ἀθηναίων στρατηγοῦ τεθνηκότος ὑπὸ Συρακουσίων πολέμῳ, Λάχης ἅπασαν ἔχων τῶν νεῶν τὴν ἀρχὴν, ἐστράτευσε μετὰ τῶν ξυμμάχων ἐπὶ Μυλὰς τὰς τῶν Μεσσηνίων. ἔτυχον δὲ δύο φυλαὶ ἐν ταῖς Μυλαῖς τῶν Μεσσηνίων φρουροῦσαι, καί τινα καὶ ἐνέδραν πεποιημέναι τοῖς ἀπὸ τῶν νεῶν. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, καὶ οἱ ξύμμαχοι, τούς τε ἐκ τῆς ἐνέδρας τρέπουσι, καὶ διαφθείρουσι πολλούς· καὶ τῷ ἐρύματι προσβαλόντες, ἠνάγκασαν ὁμολογίᾳ τήν τε ἀκρόπολιν παραδοῦναι, καὶ ἐπὶ Μεσσήνην ξυστρατεῦσαι. καὶ μετὰ τοῦτο, ἐπελθόντων οἱ Μεσσήνιοι τῶν τε Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων, προσεχώρησαν καὶ αὐτοὶ, ὁμήρους τε δόντες, καὶ τὰ ἄλλα πιστὰ παρασχόμενοι.

ϛϟ΄. Τοῦ δ᾽ αὐτοῦ θέρους οἱ Ἀθηναῖοι τριάκοντα μὲν ναῦς ἔστειλαν περὶ Πελοπόννησον, (ὧν ἐστρατήγει Δη-

horum mentionem faciam. Cum enim Charoeades Atheniensium dux a Syracusanis in proelio caesus fuisset, Laches, totum classis imperium penes se habens, cum sociis Mylis Messaniorum oppido bellum intulit. Mylis autem praesidio erant duae Messaniorum cohortes, quae nonnullas etiam insidias struxerant Atheniensium militibus, qui in navibus erant: sed Athenienses, eorumque socii, illos, qui in insidiis collocati fuerant, in fugam vertunt, multosque caedunt; & munitionem adorti, eos compositione facta & arcem dedere, & secum adversus Messanam militare coëgerunt. Postea vero Messanii, cum Athenienses, eorumque socii eos invasissent, ipsi quoque deditionem fecerunt, datis obsidibus, aliisque fidei pignoribus praebitis.

XCI. Eadem aestate, Athenienses triginta quidem naves

μεσθένης τε ὁ Ἀλκισθένους, καὶ Προκλῆς ὁ Θεοδώρου) ἑξήκοντα δὲ ἐς Μῆλον, καὶ δισχιλίους ὁπλίτας· ἐστρατήγει δὲ αὐτῶν Νικίας ὁ Νικηράτου. τοὺς γὰρ Μηλίους ὄντας νησιώτας, καὶ οὐκ ἐθέλοντας ὑπακούειν, οὐδὲ ἐς τὸ αὐτῶν ξυμμαχικὸν ἰέναι, ἐβούλοντο προσαγαγέσθαι· ὡς δὲ αὐτοῖς δῃουμένης τῆς γῆς οὐ προσεχώρουν, ἄραντες ἐκ τῆς Μήλου, αὐτοὶ μὲν ἔπλευσαν ἐς Ὠρωπὸν τῆς πέραν γῆς, ὑπὸ νύκτα δὲ σχόντες, εὐθὺς ἐπορεύοντο οἱ ὁπλῖται ἀπὸ τῶν νεῶν πεζῇ ἐς Τάναγραν τῆς Βοιωτίας. οἱ δ' ἐκ τῆς πόλεως πανδημεὶ Ἀθηναῖοι, Ἱππονίκου τε τοῦ Καλλίου στρατηγοῦντος, καὶ Εὐρυμέδοντος τοῦ Θουκλέους, ἀπὸ σημείου ἐς τὸ αὐτὸ κατὰ γῆν ἀπήντων. καὶ στρατοπεδευσάμενοι, ταύτην τὴν ἡμέραν ἐν τῇ Τανάγρᾳ ἐδῄουν, καὶ ἐνηυλίσαντο. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ, μάχῃ κρα-

circa Peloponnefum miferunt, (quibus praeerant Demofthenes Alcifthenis, & Procles Theodori filius:) fexaginta vero in Melum, cum duobus millibus gravis armaturae militum: Nicias autem Nicerati filius ipfis praeerat. Melios enim, quod infulam incolerent, nec imperio parere, neque focietatem fecum inire vellent, fubigere volebant. Sed cum illi, agro vaftato, fe ipfis minime dederent; caftris ex Melo motis, ipfi quidem ad Oropum, quod eft e regione, navigarunt: cumque fub noctem eo appuliffent, gravis armaturae milites ex navibus egreffi, ad Tanagram Boeotiae itinere pedeftri protinus ire coeperunt. Athenienfes vero, qui Athenis erant, ex omni univerfi populi ordine coactis frequentibus copiis, Hipponico Calliae, & Eurymedonte Theuclis filio, ducibus, dato figno in eundem locum terra fuis obviam iverunt. caftrifque illo die apud Tanagram pofitis, agrum populabantur, & noctem

τήσαντες τοὺς ἐπεξελθόντας τῶν Ταναγραίων, καὶ Θηβαίων τινὰς προσβεβοηθηκότας, καὶ ὅπλα λαβόντες, καὶ τροπαῖον στήσαντες, ἀνεχώρησαν, οἱ μὲν, ἐς τὴν πόλιν, οἱ δὲ, ἐπὶ τὰς ναῦς. καὶ παραπλεύσας ὁ Νικίας ταῖς ἑξήκοντα ναυσὶ, τῆς Λοκρίδος τὰ ἐπιθαλάσσια ἔτεμε, καὶ ἀνεχώρησεν ἐπ' οἴκου.

σϛβ'. Ὑπὸ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον Λακεδαιμόνιοι Ἡράκλειαν τὴν ἐν Τραχινίαις, ἀποικίαν καθίσταντο, ἀπὸ τοιᾶσδε γνώμης· Μηλιεῖς οἱ ξύμπαντες, εἰσὶ μὲν τρία μέρη, Παράλιοι, Ἱερῆς, Τραχίνιοι· τούτων δὲ οἱ Τραχίνιοι πολέμῳ ἐφθαρμένοι ὑπὸ Οἰταίων ὁμόρων ὄντων, τοπρῶτον μελλήσαντες Ἀθηναίοις προσθεῖναι σφᾶς αὐτοὺς, δείσαντες δὲ μὴ οὐ σφίσι πιστοὶ ὦσι, πέμπουσιν ἐς Λακεδαίμονα, ἑλόμενοι πρεσβευτὴν Τισαμενόν. ξυνεπρεσβεύοντο δὲ αὐτοῖς καὶ Δωριεῖς, ἡ μητρόπολις τῶν

illic egerunt. Ac poſtridie, cum Tanagraeos, qui eruptionem in ipſos fecerant, & Thebanos aliquot, qui auxilio venerant, proelio ſuperaſſent, & arma illis abſtuliſſent, & tropaeum ſtatuiſſent; hi quidem, in urbem, illi vero, ad naves redierunt. Nicias autem, cum ſexaginta navibus terram legens, maritimam Locridis oram vaſtavit, domumque rediit.

XCII. Sub hoc ipſum tempus Lacedaemonii Heracleam, quae eſt in agro Trachinio, miſſa colonia condiderunt, hac de cauſa. Melienſes in tres partes univerſi diſtinguuntur, in Paralios, Hierenſes, & Trachinios. Ex his autem Trachinii ab Oetaeis finitimis bello attriti, initio quidem ſe ipſos Athenienſibus adiungere ſtatuerant: ſed veriti, ne illi parum fideles ſibi eſſent, Tiſamenum legatum elegerunt, quem Lacedaemonem miſerunt. cum ipſis autem &

Λακεδαιμονίων, τῶν αὐτῶν δεόμενοι· ὑπὸ γὰρ τῶν Οἰταίων καὶ αὐτοὶ πολέμῳ ἐφθείροντο. ἀκούσαντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι, γνώμην εἶχον τὴν ἀποικίαν ἐκπέμπειν, τοῖς τε Τραχινίοις βουλόμενοι καὶ τοῖς Δωριεῦσι τιμωρεῖν. καὶ ἅμα τοῦ πρὸς Ἀθηναίους πολέμου καλῶς αὐτοῖς ἐδόκει ἡ πόλις καθίστασθαι. ἐπί τε γὰρ τῇ Εὐβοίᾳ ναυτικὸν παρασκευασθῆναι ἄν, ὥστ' ἐκ βραχέος τὴν διάβασιν γίγνεσθαι, τῆς τε ἐπὶ Θράκης παρόδου χρησίμως ἕξειν. τό, τε ξύμπαν, ὥρμηντο τὸ χωρίον κτίζειν. πρῶτον μὲν οὖν ἐν Δελφοῖς τὸν θεὸν ἐπήροντο· κελεύοντος δὲ, ἐξέπεμψαν τοὺς οἰκήτορας αὐτῶν τε καὶ τῶν περιοίκων· καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τὸν βουλόμενον ἐκέλευον ἕπεσθαι, πλὴν Ἰώνων, καὶ Ἀχαιῶν, καὶ ἔστιν ὧν ἄλλων ἐθνῶν. οἰκισταὶ δὲ τρεῖς Λακεδαιμονίων ἡγήσαντο,

Dorienses, quae est Lacedaemoniorum metropolis, legatos miserunt, ut idem peterent. Nam ipsi quoque ab Oetaeis gravissime vexabantur. Lacedaemonii autem his auditis, in animo habebant coloniam emittere, quod & Trachiniis & Doriensibus opem ferre vellent. Simul etiam quod haec urbs ad bellum adversus Athenienses gerendum in loco opportuno sita esse ipsis videretur. nam & adversus Euboeam ibi classem paratum iri, ubi traiectus brevis esset, & ad transitum in Thraciam usui futuram. Et omnino oppidum illud colonia eo missa condere studebant. Primum igitur Deum, qui Delphis est, consuluerunt. Cum autem ille iussisset, colonos cum de suis, tum de populis circumcirca finitimis eo emiserunt: quin etiam aliorum Graecorum quisquis vellet, sequi iusserunt, exceptis Ionibus & Achaeis, & nonnullis aliis gentibus. Tres autem ex Lacedaemoniis, Leon, Alcidas, & Damagon, coloniae

Λέων, καὶ Ἀλκίδας, καὶ Δαμάγων. καταστάντες δὲ ἐτείχισαν τὴν πόλιν ἐκ καινῆς, ἣ νῦν Ἡράκλεια καλεῖται, ἀπέχουσα Θερμοπυλῶν σταδίους μάλιστα τεσσαράκοντα, τῆς δὲ θαλάσσης, εἴκοσι. νεώριά τε παρεσκευάζοντο, καὶ ἤρξαντο κατὰ Θερμοπύλας, κατ' αὐτὸ τὸ στενὸν, ὅπως εὐφύλακτα αὐτοῖς εἴη.

στγ'. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, τῆς πόλεως ταύτης ξυνοικιζομένης, τεπρῶτον ἔδεισάν τε, καὶ ἐνόμισαν ἐπὶ τῇ Εὐβοίᾳ μάλιστα καθίστασθαι, ὅτι βραχύς ἐστιν ὁ διάπλους πρὸς τὸ Κήναιον τῆς Εὐβοίας. ἔπειτα μέντοι παρὰ δόξαν αὐτοῖς ἀπέβη. οὐ γὰρ ἐγένετο ἀπ' αὐτῆς δεινὸν οὐδέν. αἴτιον δὲ ἦν· οἵ τε Θεσσαλοὶ ἐν δυνάμει ὄντες τῶν ταύτῃ χωρίων, καὶ ὧν ἐπὶ τῇ γῇ ἐκτίζετο, φοβούμενοι μὴ σφίσι μεγάλῃ ἰσχύϊ παροικῶσιν, ἔφθειρον, καὶ διαπαντὸς

duces & conditores fuerunt. cum autem eo perveniſſent, urbem a fundamentis denuo excitatam muro cinxerunt, quae nunc Heraclea vocatur, quadraginta ferme ſtadiorum ſpatio a Thermopylis, & viginti a mari diſtans. navaliaque praeparaverunt, eaque iuxta Thermopylas, ad ipſas earum anguſtias facere coeperunt, ut ea facile tueri poſſent.

XCIII. Athenienſes autem, cum haec urbs a colonis undique coactis conderetur, primum quidem timuerunt, hancque potiſſimum adverſus Euboeam condi putarunt, quod illinc ad Cenaeum Euboeae promontorium brevis eſſet traiectus. poſtea vero praeter opinionem, res ipſis ceſſit. nihil enim mali inde Athenienſibus evenit. Cuius rei haec fuit cauſa: quia Theſſali, qui rerum illarum potiebantur, & quorum in agro condebatur, veriti, ne praepotentes accolas haberent, aſſiduo bello novos colonos

ἐπολέμουν ἀνθρώποις νεοκαταστάτοις ἕως ἐξετρύχωσαν, γενομένους τοπρῶτον καὶ πάνυ πολλούς. πᾶς γάρ τις, Λακεδαιμονίων οἰκιζόντων, θαρσαλέως ᾔει, βέβαιον νομίζων τὴν πόλιν. οὐ μέντοι ἥκιστα οἱ ἄρχοντες αὐτῶν τῶν Λακεδαιμονίων οἱ ἀφικνούμενοι τὰ πράγματά τε ἔφθειρον, καὶ ἐς ὀλιγανθρωπίαν κατέστησαν, ἐκφοβήσαντες τοὺς πολλοὺς, χαλεπῶς τε καὶ ἔστιν ἃ οὐ καλῶς ἐξηγούμενοι. ὥστε ῥᾷον ἤδη αὐτῶν οἱ πρόσοικοι ἐπεκράτουν.

ϟδ'. Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους, καὶ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ὃν ἐν τῇ Μήλῳ οἱ Ἀθηναῖοι κατείχοντο, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν τριάκοντα νεῶν Ἀθηναῖοι, περὶ Πελοπόννησον ὄντες, πρῶτον ἐν Ἐλλομένῳ τῆς Λευκαδίας φρουρούς τινας λοχήσαντες διέφθειραν, ἔπειτα ὕστερον ἐπὶ Λευκάδα μείζονι στόλῳ ἦλθον, Ἀκαρνᾶσί τε πᾶσιν, οἳ πανδημεὶ,

premebant, donec eos attritos in pauciſſimos redegerunt, quamvis initio permulti fuiſſent. Quilibet enim hanc urbem, quam Lacedaemonii condebant, ſtabilem fore ſperans, eo confidenter ibat. Verumtamen vel ipſi Lacedaemonii magiſtratus, qui illuc proficiſcebantur, illius civitatis res maxime labefactarunt, & urbem infrequentem reddiderunt, quod plurimos deterruiſſent; aſperius, quin etiam nonnullis in rebus perperam ipſis imperantes. quamobrem populi finitimi facilius eos iam ſuperabant.

XCIV. Eadem aeſtate, & ſub idem tempus, quo Athenienſes in Melo detinebantur, illi quoque Athenienſes, qui cum triginta navibus circa Peloponneſum erant, primum quidem ad Ellomenum Leucadiae quoſdam ex praeſidiariis per inſidias interfecerunt, deinde vero cum maiore claſſis apparatu, & cum omnibus Acarnanibus, qui cum frequentibus copiis, quas ex omnibus ſuae gentis civitatibus

πλὴν Οἰνιαδῶν, ξυνέσποντο, καὶ Ζακυνθίοις, καὶ Κεφαλλῆσι, καὶ Κερκυραίων πεντεκαίδεκα ναυσί. καὶ οἱ μὲν Λευκάδιοι, τῆς τε ἔξω γῆς δῃουμένης, καὶ τῆς ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ (ἐν ᾗ καὶ ἡ Λευκάς ἐστι, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος) πλήθει βιαζόμενοι ἡσύχαζον. οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες ἠξίουν Δημοσθένην τὸν στρατηγὸν τῶν Ἀθηναίων ἀποτειχίζειν αὐτούς· νομίζοντες ῥᾳδίως γ' ἂν ἐκπολιορκῆσαι, πόλεώς τε αἰεὶ σφίσι πολεμίας ἀπαλλαγῆναι. Δημοσθένης δ' ἀναπείθεται κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον ὑπὸ Μεσσηνίων ὡς καλὸν αὐτῷ, στρατιᾶς τοσαύτης ξυνειλεγμένης Αἰτωλοῖς ἐπιθέσθαι, Ναυπάκτῳ τε πολεμίοις οὖσι· καὶ, ἢν κρατήσῃ αὐτῶν, ῥᾳδίως καὶ τὸ ἄλλο Ἠπειρωτικὸν τὸ ταύτῃ Ἀθηναίοις προσποιήσειν. τὸ γὰρ ἔθνος μέγα μὲν εἶναι τὸ τῶν Αἰτωλῶν, καὶ μάχιμον,

coëgerant, exceptis Oeniadis, eos comitabantur, praeterea cum Zacynthiis, & Cephalleniis, & quindecim Corcyraeorum navibus, adversus Leucadem iverunt. Atque Leucadii quidem, cum ipsorum ager tam extra quam intra Isthmum (ubi & ipsa Leucas est sita, & Apollinis templum) vastaretur, quod militum numero longe inferiores essent, quiescebant. Acarnanes vero Demosthenem Atheniensium ducem rogabant, ut eos circumvallaret. hanc enim urbem facile expugnari posse, seque civitate sibi semper inimica liberatum iri putabant. Sed Demosthenes hoc ipso tempore verbis Messeniorum adductus est, ut crederet, e dignitate sua esse, cum tantus exercitus esset coactus, Aetolis bellum inferre, quod & Naupacto hostes essent. Et si hos superasset, reliquas quoque civitates, quae in illis Epiri partibus erant, in Atheniensium potestatem facile redacturum. Aetolorum enim gentem magnam illam

οἰκοῦν δὲ κατὰ κώμας ἀτειχίστους, καὶ ταύτας διὰ πολλοῦ, καὶ σκευῇ ψιλῇ χρώμενον, οὐ χαλεπὸν ἀπέφαινον, πρὶν ξυμβοηθῆσαι, καταστραφῆναι. ἐπιχειρεῖν δ' ἐκέλευον πρῶτον μὲν Ἀποδώτοις, ἔπειτα δὲ Ὀφιονεῦσι, καὶ μετὰ τούτους, Εὐρυτᾶσιν (ὅπερ μέγιστον μέρος ἐστὶ τῶν Αἰτωλῶν· ἀγνωστότατοι δὲ γλῶσσαν καὶ Ὠμοφάγοι εἰσὶν, ὡς λέγονται) τούτων γὰρ ληφθέντων, ῥᾳδίως καὶ τἆλλα προσχωρήσειν.

ϞΕ'. Ὁ δὲ, τῶν Μεσσηνίων χάριτι πεισθεὶς, καὶ μάλιστα νομίσας ἄνευ τῆς τῶν Ἀθηναίων δυνάμεως τοῖς Ἠπειρώταις ξυμμάχοις μετὰ τῶν Αἰτωλῶν δύνασθαι ἂν κατὰ γῆν ἐλθεῖν ἐπὶ Βοιωτοὺς διὰ Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν ἐς Κυτίνιον τὸ Δωρικὸν, ἐν δεξιᾷ ἔχων τὸν Παρνασ-

quidem, & bellicosam esse: quia tamen in vicis nullo muro cinctis, iisque longo intervallo inter se distantibus habitabat, & levi armatura utebatur, eam non difficulter ab eo subigi posse demonstrabant, si celeriter eam invasisset, antequam ipsa copiis omnium suarum civitatum in unum coactis obviam ipsi prodiret, ut saluti fortunisque communibus opem ferret. Suadebant autem, ut primum quidem invaderet Apodotos, deinde vero Ophionenses, post hos Eurytanes, (quae est maxima Aetolorum pars. Sermone autem utuntur perquam captu difficili, & carnibus crudis vescuntur, proinde & Omophagi vocantur.) His enim captis, ceteros etiam populos deditionem facile facturos.

XCV. Ille vero Messeniorum, qui in gratia apud eum erant, verbis adductus, praecipue vero, quia credidit, se sine Atheniensium copiis, cum solis Epiroticis sociis, & cum Aetolis posse itinere terrestri proficisci contra Boeotos, per Locros Ozolas, ad Cytinium Doricum, quod

σὸν, ἕως καταβαίη ἐς Φωκέας, οἳ προθύμως ἐδόκουν κατὰ τὴν Ἀθηναίων αἰεί ποτε φιλίαν ξυστρατεύειν, ἢ κἂν βίᾳ προσαχθῆναι. καὶ Φωκεῦσιν ἤδη ὅμορος ἡ Βοιωτία ἐστίν. ἄρας οὖν ξύμπαντι τῷ στρατεύματι ἀπὸ τῆς Λευκάδος, ἀκόντων τῶν Ἀκαρνάνων, παρέπλευσεν ἐς Σόλλιον. κοινώσας δὲ τὴν ἐπίνοιαν τοῖς Ἀκαρνᾶσιν, ὡς οὐ προσεδέξαντο, διὰ τῆς Λευκάδος τὴν οὐ περιτείχισιν, αὐτὸς τῇ λοιπῇ στρατιᾷ, Κεφαλλῆσι, καὶ Μεσσηνίοις, καὶ Ζακυνθίοις, καὶ Ἀθηναίων τριακοσίοις τοῖς ἐπιβάταις τῶν σφετέρων νεῶν (αἱ γὰρ πεντεκαίδεκα τῶν Κερκυραίων ἀπῆλθον νῆες) ἐστράτευσεν ἐπ' Αἰτωλούς. ὡρμᾶτο δὲ ἐξ Οἰνεῶνος τῆς Λοκρίδος. οἱ δὲ Ὀζόλαι οὗτοι Λοκροὶ ξύμμαχοι ἦσαν, καὶ ἔδει αὐτοὺς πανστρατιᾷ ἀπαντῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὴν μεσόγειαν. ὄντες γὰρ

Parnaſſum ad dextram habet, donec deſcenderet ad Phocenſes, qui propter amicitiam, quae ipſis cum Athenienſibus perpetuo quondam interceſſerat, ad eandem militiam alacriter venturi, vel etiam per vim, qua cogerentur, profecturi videbantur. iam vero Boeotia Phocenſibus eſt finitima. Cum omnibus igitur copiis, invitis Acarnanibus, a Leucade ſolvens, oram maritimam legens ad Sollium navigavit. Conſilio autem cum Acarnanibus communicato, cum illi hoc non admiſiſſent, quod Leucadem circumvallare noluiſſet, ipſe cum reliquis copiis Cephalleniorum, Meſſeniorum, Zacynthiorum, & trecentorum ex ſuis claſſiariis Athenienſium (nam quindecim Corcyraeorum naves abierant) Aetolis bellum intulit. Ex Oenone autem Locridis profectus eſt. Iſti autem Locri Ozolae erant ſocii, eoſque cum omnibus ſuis copiis in loca mediterranea proficiſci oportebat, ut illic Athenienſibus praeſto eſſent. quod

ὅμοροι τοῖς Αἰτωλοῖς καὶ ὁμόσκευοι, μεγάλη ὠφέλεια ἐδόκουν εἶναι ξυστρατεύοντες, μάχης τε ἐμπειρίᾳ τῆς ἐκείνων, καὶ χωρίων.

ϟϛ΄. Αὐλισάμενος δὲ τῷ στρατῷ ἐν τοῦ Διὸς τοῦ Νεμείου τῷ ἱερῷ (ἐν ᾧ Ἡσίοδος ὁ ποιητὴς λέγεται ὑπὸ τῶν ταύτῃ ἀποθανεῖν, χρησθὲν αὐτῷ ἐν Νεμέᾳ τοῦτο παθεῖν) ἅμα τῇ ἕῳ ἄρας ἐπορεύετο ἐς τὴν Αἰτωλίαν. καὶ αἱρεῖ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ Ποτιδανίαν, καὶ τῇ δευτέρᾳ Κροκύλειον, καὶ τῇ τρίτῃ Τείχιον· ἔμενέ τε αὐτοῦ, καὶ τὴν λείαν ἐς Εὐπόλιον τῆς Λοκρίδος ἀπέπεμψε. τὴν γὰρ γνώμην εἶχε, τὰ ἄλλα καταστρεψάμενος, οὕτως ἐπὶ Ὀφιονέας, εἰ μὴ βούλοιντο ξυγχωρεῖν, ἐς Ναύπακτον ἐπαναχωρήσας, στρατεῦσαι ὕστερον. τοὺς δὲ Αἰτωλοὺς οὐκ ἐλάνθανεν αὕτη ἡ παρασκευὴ, οὔτε ὅτε τοπρῶτον

enim Aetolis essent finitimi, & armorum genere similes, cum propter peritiam pugnae, qua illi utebantur, tum etiam propter locorum notitiam, eorum auxilium in hac expeditione magno usui fore videbatur.

XCVI. Cum autem in Iovis Nemeaei templo (in quo ab illius regionis incolis Hesiodus obiisse dicitur, cum oraculum accepisset, hoc sibi in Nemea eventurum) cum toto exercitu pernoctasset, sub auroram castris inde motis in Aetoliam est profectus. primoque die Potidaniam cepit; secundo, Crocylium; tertio, Tichion. ibique substitit: & praedam in Eupolion Locridis misit. nam in animo habebat, ubi cetera loca prius in suam potestatem redegisset, ita demum postea adversus Ophionenses, Naupactum reversus, nisi se dedere voluissent, cum suis copiis proficisci. Sed hic apparatus Aetolos non latuit, immo ne tunc quidem, cum primum consilium inibatur: & postquam eius

ἐπεβουλεύετο, ἐπειδή τε ὁ στρατὸς ἐσεβεβλήκει, πολλῇ χειρὶ ἐπεβοήθουν πάντες· ὥστε καὶ οἱ ἔσχατοι Ὀφιονέων οἱ πρὸς τὸν Μηλιακὸν κόλπον καθήκοντες, Βωμιῆς καὶ Καλλιῆς, ἐβοήθησαν.

ϛζ΄. Τῷ δὲ Δημοσθένει τοιόνδε τι οἱ Μεσσήνιοι παρῄνουν ὅπερ καὶ τοπρῶτον· ἀναδιδάσκοντες αὐτὸν τῶν Αἰτωλῶν ὡς εἴη ῥᾳδία ἡ αἵρεσις, ἰέναι ἐκέλευον ὅτι τάχιστα ἐπὶ τὰς κώμας, καὶ μὴ μένειν ἕως ἂν ξύμπαντες ἀθροισθέντες ἀντιτάξωνται, τὴν δ' ἐν ποσὶν αἰεὶ πειρᾶσθαι αἱρεῖν. ὁ δὲ, τούτοις τε πεισθεὶς, καὶ τῇ τύχῃ ἐλπίσας, ὅτι οὐδὲν αὐτῷ ἠναντιοῦτο, τοὺς Λοκροὺς οὐκ ἀναμείνας οὓς αὐτῷ ἔδει προσβοηθῆσαι (ψιλῶν γὰρ ἀκοντιστῶν ἐνδεὴς ἦν μάλιστα) ἐχώρει ἐπὶ Αἰγιτίου, καὶ κατὰ κράτος αἱρεῖ ἐπιών. ὑπέφευγον γὰρ οἱ ἄνθρω-

exercitus in Aetoliam irrupit, omnes Aetoli ingenti manu ei obviam iverunt: ita ut illi, qui Ophionenſium ſunt extremi, qui ad Meliacum ſinum pertingunt, Bomienſes & Callienſes, opem ſuis tulerint.

XCVII. Meſſenii vero tunc etiam idem, quod & initio, Demoſtheni ſuadebant. Nam eum docentes, Aetolorum debellationem facilem eſſe, hortabantur, ut quam celerrime vicos illorum invaderet, nec exſpectaret, donec univerſi, copiis in unum contractis, ei occurrerent: ſed vicum quemcunque proxime adiacentem expugnare ſemper conaretur. Ille vero his verbis adductus, & fortuna fretus, quod nulla in re ei adverſaretur, Locros, quos ipſi auxilium ferre oportebat, non praeſtolatus, (velitum enim & levis armaturae opera potiſſimum indigebat) adverſus Aegitium contendit, & aggreſſus expugnat. Nam oppidani fuga dilapſi fuerant, & tumulos oppido imminen-

ποι, καὶ ἐκάθηντο ἐπὶ τῶν λόφων τῶν ὑπὲρ τῆς πόλεως. ἦν γὰρ ἐφ' ὑψηλῶν χωρίων, ἀπέχουσα τῆς θαλάσσης ὀγδοήκοντα σταδίους μάλιστα. οἱ δὲ Αἰτωλοὶ (βεβοηθηκότες γὰρ ἤδη ἦσαν ἐπὶ τὸ Αἰγίτιον) προσέβαλλον τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ τοῖς ξυμμάχοις, καταθέοντες ἀπὸ τῶν λόφων ἄλλοι ἄλλοθεν, καὶ ἐσηκόντιζον· καὶ ὅτε μὲν ἐπίοι τὸ τῶν Ἀθηναίων στρατόπεδον, ὑπεχώρουν, ἀναχωροῦσι δὲ ἐπέκειντο· καὶ ἦν ἐπιπολὺ τοιαύτη ἡ μάχη, διώξεις τε καὶ ὑπαγωγαὶ ἐν οἷς ἀμφοτέροις ἥσσους ἦσαν οἱ Ἀθηναῖοι.

στη'. Μέχρι μὲν οὖν οἱ τοξόται εἶχόν τε τὰ βέλη αὐτοῖς, καὶ οἷοί τε ἦσαν χρῆσθαι, οἱ δὲ ἀντεῖχον· (τοξευόμενοι γὰρ οἱ Αἰτωλοὶ ἄνθρωποι ψιλοὶ ἀνεστέλλοντο) ἐπειδὴ δὲ τοῦ τε τοξάρχου ἀποθανόντος οὗτοι διεσκεδάσθησαν, καὶ αὐτοὶ ἐκεκμήκεσαν, καὶ ἐπιπολὺ τῷ αὐ-

tes occupaverant. nam in locis excelſis erat ſitum, a mari diſtans octoginta ferme ſtadiis. Aetoli vero (iam enim ad Aegitium venerant, ut ei ferrent opem) Athenienſes eorumque ſocios invaſerunt, & alii ex his, alii ex aliis tumulis decurrentes, miſſilia in eos ingerebant. Et quoties Athenienſium exercitus ipſos invadebat, ipſi pedem referebant: illis vero pedem referentibus inſtabant. Et huiuſmodi pugna diu eſt commiſſa, dum alii alios mutuo inſequerentur, & viciſſim ſe reciperent, & in utroque Athenienſes erant inferiores.

XCVIII. Quoad igitur illorum ſagittariis tela ſuppeditarunt, hiſque uti potuerunt, hi Aetolis reſtiterunt. (nam Aetoli, quod leviter armati eſſent, dum ſagittis peterentur, reprimebantur.) at cum amiſſo ſagittariorum duce & iſti diſperſi, & ipſi defeſſi eſſent, quippe qui iamdudum

τῷ πόνῳ ξυνεχόμενοι, οἵ τε Αἰτωλοὶ ἐνέκειντο καὶ ἐσηκόντιζον, οὕτω δὴ τραπόμενοι ἔφευγον· καὶ ἐσπίπτοντες ἔς τε χαράδρας ἀνεκβάτους, καὶ χωρία ὧν οὐκ ἦσαν ἔμπειροι, διεφθείροντο. καὶ γὰρ ὁ ἡγεμὼν αὐτοῖς τῶν ὁδῶν Χρόμων ὁ Μεσσήνιος ἐτύγχανε τεθνηκώς. οἱ δὲ Αἰτωλοὶ ἐσακοντίζοντες, πολλοὺς μὲν αὐτοῦ ἐν τῇ τροπῇ κατὰ πόδας αἱροῦντες, ἄνθρωποι ποδώκεις καὶ ψιλοὶ, διέφθειρον· τοὺς δὲ πλείους, τῶν ὁδῶν ἁμαρτάνοντας, καὶ ἐς τὴν ὕλην ἐσφερομένους ὅθεν διέξοδοι οὐκ ἦσαν, πῦρ κομισάμενοι περιεπίμπρασαν. πᾶσά τε ἰδέα κατέστη τῆς φυγῆς καὶ τοῦ ὀλέθρου τῶν στρατοπέδων τῶν Ἀθηναίων. μόλις τε ἐπὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὸν Οἰνεῶνα τῆς Λοκρίδος (ὅθεν περ καὶ ὡρμήθησαν) οἱ περιγενόμενοι κατέφυγον. ἀπέθανον δὲ τῶν τε ξυμμάχων πολλοὶ, καὶ αὐτῶν Ἀθηναίων

eodem labore premerentur, & Aetoli ipſis inſtarent, & miſſilibus ipſos peterent, ita demum terga verterunt, fugaeque ſe dederunt. & incidentes in torrentium alveos exitu carentes, & in loca, quorum erant ignari, perdebantur. Nam Chromon Meſſenius, qui viae dux ipſis erat, iam obierat. Aetoli vero miſſilibus eos petentes, multos quidem eorum illic in ipſa fuga pedibus aſſecuti, quod eſſent homines pedum velocitate praeſtantes & leviter armati, perdiderunt. Sed longe plures, qui a viis aberraverant, & in ſilvam non perviam ſe contulerant, allato iniectoque igne concremarunt. Denique fugae & interitus omne genus in Athenienſium exercitu cernebatur. Et qui ſuperfuerunt, ad mare, & Oeneonem Locridis (unde profecti fuerant) aegre fuga ſe recipere potuerunt. Perierunt autem cum ex ſociis multi, tum etiam ex ipſorum Athenienſium militibus graviter armatis ad ſummum circiter

ὁπλῖται περὶ εἴκοσι μάλιστα καὶ ἑκατόν. τοσοῦτοι μὲν τὸ πλῆθος, καὶ ἡλικία ἡ αὐτή. οὗτοι βέλτιστοι δὴ ἄνδρες ἐν τῷ πολέμῳ τῷδε ἐκ τῆς Ἀθηναίων πόλεως διεφθάρησαν. ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ ἕτερος στρατηγὸς Προκλῆς. τοὺς δὲ νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀνελόμενοι παρὰ τῶν Αἰτωλῶν, καὶ ἀναχωρήσαντες ἐς Ναύπακτον, ὕστερον ἐς τὰς Ἀθήνας ταῖς ναυσὶν ἐκομίσθησαν. Δημοσθένης δὲ περὶ Ναύπακτον καὶ τὰ χωρία ταῦτα ὑπελείφθη, τοῖς πεπραγμένοις φοβούμενος τοὺς Ἀθηναίους.

ϟθʹ. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, καὶ οἱ περὶ Σικελίαν Ἀθηναῖοι πλεύσαντες ἐς τὴν Λοκρίδα, ἐν ἀποβάσει τέ τινι τοὺς προσβοηθήσαντας Λοκρῶν ἐκράτησαν, καὶ Περιπόλιον αἱροῦσιν, ὃ ἦν ἐπὶ τῷ Ἄληκι ποταμῷ.

ρʹ. Τοῦ δ᾽ αὐτοῦ θέρους Αἰτωλοὶ προπέμψαντες πρότερον ἔς τε Κόρινθον καὶ ἐς Λακεδαίμονα πρέσβεις, Τό-

centum & viginti. Atque tot quidem numero fuerunt, & eadem aetas militaris omnibus erat. Isti igitur, qui reipublicae Atheniensis cives, virique fortissimi erant, in hoc bello perierunt. periit etiam alter ex ducibus Procles. Cum autem suorum militum cadavera, fide publica interposita, ab Aetolis accepissent, & Naupactum rediissent, postea cum navibus Athenas delati sunt. Demosthenes vero apud Naupactum, & in illius regionis locis remansit, quod ob res a se male gestas Athenienses formidaret.

XCIX. Per eadem tempora, Athenienses etiam, qui circa Siciliam erant, cum in Locridem navigassent, in quodam exscensu e navibus in terram facto, Locros, qui loco auxilium ferebant, superarunt, & Peripolium ceperunt, quod situm erat ad flumen Halecem.

C. Eadem aestate, Aetoli, qui iam antea Corinthum &

λοφόν τε τὸν Ὀφιονέα, καὶ Βοριάδην τὸν Εὐρυτᾶνα, καὶ Τίσανδρον τὸν Ἀπόδωτον, πείθουσιν ὥστε σφίσι πέμψαι στρατιὰν ἐπὶ Ναύπακτον, διὰ τὴν τῶν Ἀθηναίων ἐπαγωγήν. καὶ ἐξέπεμψαν Λακεδαιμόνιοι περὶ τὸ Φθινόπωρον τρισχιλίους ὁπλίτας τῶν ξυμμάχων. τούτων ἦσαν πεντακόσιοι ἐξ Ἡρακλείας τῆς ἐν Τραχῖνι πόλεως, τότε νεοκτίστου οὔσης. Σπαρτιάτης δ' ἦρχεν Εὐρύλοχος τῆς στρατιᾶς, καὶ ξυνηκολούθουν αὐτῷ Μακάριος καὶ Μενεδαῖος οἱ Σπαρτιᾶται.

ρα΄. Ξυλλεγέντος δὲ τοῦ στρατεύματος ἐς Δελφοὺς, ἐπεκηρυκεύετο Εὐρύλοχος Λοκροῖς τοῖς Ὀζόλαις. διὰ τούτων γὰρ ἡ ὁδὸς ἦν ἐς Ναύπακτον, καὶ ἅμα τῶν Ἀθηναίων ἐβούλετο ἀποστῆσαι αὐτούς. ξυνέπρασσον δὲ μάλιστα αὐτῷ τῶν Λοκρῶν Ἀμφισσῆς, διὰ τὸ τῶν Φωκέων ἔχθος δεδιότες. καὶ αὐτοὶ πρῶτον δόντες ὁμήρους,

Lacedaemonem legatos miſerant, Tolophum Ophionenſem, & Boriadem Eurytanem, ac Tiſandrum Apodotum, illarum civitatum magiſtratibus perſuaſerunt, ut ſibi copias contra Naupactum mitterent, propter Athenienſes a Naupactiis arceſſitos & in oppidum introductos. Lacedaemonii vero ſub auctumnum tria millia gravis armaturae ſociorum emiſerunt. Horum in numero fuerunt quingenti ex Heraclea urbe in agro Trachinio tunc recens condita. His autem copiis praeerat Eurylochus Spartanus, eumque Maſſarius & Menedatus Spartani comitabantur.

CI. Exercitu autem Delphis coacto, Eurylochus caduceatorem ad Locros Ozolas praemiſit. nam per illorum regionem ad Naupactum iter erat, ſimul etiam eos ab Athenienſium ſocietate abducere volebat. Amphiſſenſes autem omnium Locrorum maxime eum adiuvabant, quia propter

καὶ τοὺς ἄλλους ἔπεισαν δοῦναι, φοβουμένους τὸν ἐπιόντα στρατόν· πρῶτον μὲν οὖν τοὺς ὁμόρους αὐτοῖς Μυονέας (ταύτῃ γὰρ δυσεσβολώτατος ἡ Λοκρὶς) ἔπειτα Ἰπνέας, καὶ Μεσσαπίους, καὶ Τριταιέας, καὶ Χαλλαίους, καὶ Τολοφωνίους, καὶ Ἡσσίους, καὶ Οἰανθέας. οὗτοι καὶ ξυνεστράτευον πάντες. Ὀλπαῖοι δὲ ὁμήρους μὲν ἔδοσαν, ἠκολούθουν δὲ οὔ. καὶ Ὑαῖοι οὐκ ἔδοσαν ὁμήρους, πρὶν αὐτῶν εἷλον κώμην, Πόλιν ὄνομα ἔχουσαν.

ρβʹ. Ἐπειδὴ δὲ παρεσκεύαστο πάντα, καὶ τοὺς ὁμήρους κατέθετο ἐς Κυτίνιον τὸ Δωρικὸν, ἐχώρει τῷ στρατῷ ἐπὶ τὴν Ναύπακτον, διὰ τῶν Λοκρῶν. καὶ πορευόμενος, Οἰνεῶνα αἱρεῖ αὐτῶν, καὶ Εὐπόλιον. οὐ γὰρ προσεχώρησαν. γενόμενοι δ' ἐν τῇ Ναυπακτίᾳ, καὶ οἱ Αἰτωλοὶ ἅμα ἤδη προσβεβοηθηκότες, ἐδῄουν τὴν γῆν, καὶ τὸ

Phocensium odium sibi timebant. & cum ipsi primi dederunt obsides, tum etiam alios ad idem faciendum induxerunt, qui hostilis exercitus adventum metuebant. Primum igitur Myonenses sibi finitimos, (hac enim ager Locrensis aditum habet difficillimum) deinde Ipnenses, Messapios, Tritaeenses, Challaeos, Tolophonios, Hessios, & Oeanthenses. Isti omnes etiam ad eandem expeditionem profecti sunt. at Olpaei obsides quidem dederunt: sed tamen alios sequi noluerunt. Hyaei vero ne obsides quidem dederunt, priusquam vicus eorum nomine Polis ab hostibus est captus.

CII. Postquam autem res omnes ad expeditionem necessariae comparatae fuerunt, Eurylochus obsidibus in Cytinio Dorico depositis, cum exercitu per Locrorum agrum Naupactum versus contendit. Et dum iter faceret, Oeneonem ipsorum & Eupolium cepit. nam Eurylocho se adiungere noluerant. Cum in agrum Naupactium pervenissent,

προάστειον ἀτείχιστον ὂν εἷλον. ἐπί τε Μολύκρειον ἐλθόντες, τὴν Κορινθίων μὲν ἀποικίαν, Ἀθηναίων δὲ ὑπήκοον, αἱροῦσι. Δημοσθένης δὲ ὁ Ἀθηναῖος, (ἔτι γὰρ ἐτύγχανεν ὢν μετὰ τὰ ἐκ τῆς Αἰτωλίας περὶ Ναύπακτον) προαισθόμενος τοῦ στρατοῦ, καὶ δείσας περὶ αὐτῆς, ἐλθὼν, πείθει Ἀκαρνᾶνας χαλεπῶς, διὰ τὴν ἐκ τῆς Λευκάδος ἀναχώρησιν, βοηθῆσαι Ναυπάκτῳ. καὶ πέμπουσι μετ' αὐτοῦ ἐπὶ τῶν νεῶν χιλίους ὁπλίτας· οἳ ἐσελθόντες, περιεποιήσαντο τὸ χωρίον. δεινὸν γὰρ ἦν μὴ, μεγάλου ὄντος τοῦ τείχους, ὀλίγων δὲ τῶν ἀμυνομένων, οὐκ ἀντίσχωσιν. Εὐρύλοχος δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ὡς ᾔσθοντο τὴν στρατιὰν ἐσεληλυθυῖαν, καὶ ἀδύνατον ὂν τὴν πόλιν βίᾳ ἑλεῖν, ἀνεχώρησαν οὐκ ἐπὶ Πελοποννήσου, ἀλλ' ἐς τὴν Αἰολίδα, τὴν νῦν καλουμένην Καλυδῶνα,

& Aetoli ſimul auxilium ei iam tuliſſent, agrum vaſtarunt, & ſuburbia nullis cincta muris ceperunt. Et Molycricum profecti, quae Corinthiorum quidem colonia erat, ſed Athenienſium imperio parebat, ceperunt. Demoſthenes vero Athenienſis, (adhuc enim poſt reditum ex Aetolia, ubi cladem acceperat, circa Naupactum agebat) cum hoſtilis exercitus adventum praeſenſiſſet, & de ipſa Naupacto timeret, ad Acarnanes profectus, ipſis aegre (propter diſceſſum ex Leucade) perſuaſit, ut Naupacto ſubſidio venirent. Et cum eo mille gravis armaturae milites navibus vectos miſerunt: qui urbem ingreſſi, eam ſunt tutati. Metus enim vehemens erat, ne, cum magnus eſſet murorum ambitus, & pauci propugnatores, urbis incolae hoſtibus reſiſtere non poſſent. Eurylochus vero, & qui cum eo erant, cum intellexiſſent, Athenienſium copias in urbem ingreſſas, eamque expugnari non poſſe, ſe receperunt non

καὶ Πλευρῶνα, καὶ ἐς τὰ ταύτῃ χωρία, καὶ ἐς Πρόσχιον τῆς Αἰτωλίας. οἱ γὰρ Ἀμπρακιῶται ἐλθόντες πρὸς αὐτοὺς, πείθουσιν ὥστε μετὰ σφῶν Ἄργει τε τῷ Ἀμφιλοχικῷ καὶ Ἀμφιλοχίᾳ τῇ ἄλλῃ ἐπιχειρῆσαι, καὶ Ἀκαρνανίᾳ· ἅμα λέγοντες ὅτι ἢν τούτων κρατήσωσι, πᾶν τὸ Ἠπειρωτικὸν Λακεδαιμονίοις ξύμμαχον καθεστήξει. καὶ ὁ μὲν Εὐρύλοχος, πεισθεὶς, καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς ἀφεὶς, ἡσύχαζε τῷ στρατῷ περὶ τοὺς χώρους τούτους, ἕως τοῖς Ἀμπρακιώταις ἐκστρατευσαμένοις περὶ τὸ Ἄργος δέοι βοηθεῖν. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

ργ΄. Οἱ δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ Ἀθηναῖοι, τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος ἐπελθόντες μετὰ τῶν Ἑλλήνων ξυμμάχων, καὶ ὅσοι Σικελῶν κατὰ κράτος ἀρχόμενοι ὑπὸ Συρακουσίων, καὶ ξύμμαχοι ὄντες, ἀποστάντες αὐτοῖς ἀπὸ Συρακουσίων, ξυνεπολέμουν, ἐπὶ Νῆσσαν, τὸ Σι- Post Octob. 7.

in Peloponnesum, sed in Aeolidem, quae nunc Calydon vocatur, & Pleuronem, & in alia illius regionis loca, nec non in Proschion Aetoliae. Nam Ambraciotae ad eos profecti ipsis persuaserunt, ut secum Argos Amphilochicum, & ceteram Amphilochiam, & Acarnaniam aggrederentur. Simul etiam ipsis dixerunt, fore ut, si haec in suam potestatem redegissent, tota Epirotica gens societatem cum Lacedaemoniis contraheret. Eurylochus igitur horum verbis adductus, & dimissis Aetolis, circum illa loca cum exercitu conquievit, donec Ambraciotis ad militiam profectis ad Argos subsidio venire oporteret. atque haec aestas excessit.

CIII. Sequente autem hieme, Athenienses, qui in Sicilia erant, cum sociis Graecis, & aliis Siculis, quotquot violento Syracusanorum imperio premebantur, & qui, cum eorum essent socii, defectione a Syracusanis facta,

κελικὸν πόλισμα, οὗ τὴν ἀκρόπολιν Συρακούσιοι εἶχον, προσέβαλλον· καὶ ὡς οὐκ ἐδύναντο ἑλεῖν, ἀπῄεσαν. ἐν δὲ τῇ ἀναχωρήσει, ὑστέροις Ἀθηναίων τοῖς ξυμμάχοις ἀναχωροῦσιν ἐπιτίθενται οἱ ἐκ τοῦ τειχίσματος Συρακούσιοι· καὶ προσπεσόντες, τρέπουσί τε μέρος τι τοῦ στρατοῦ, καὶ ἀπέκτειναν οὐκ ὀλίγους. καὶ μετὰ τοῦτο, ἀπὸ τῶν νεῶν ὁ Λάχης καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐς τὴν Λοκρίδα ἀποβάσεις τινὰς ποιησάμενοι κατὰ τὸν Καΐκινον ποταμὸν, τοὺς προσβοηθοῦντας Λοκρῶν μετὰ Προξένου τοῦ Καπάτωνος, ὡς τριακοσίους, μάχῃ ἐκράτησαν, καὶ ὅπλα λαβόντες ἀπεχώρησαν.

ρδ'. Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος καὶ Δῆλον ἐκάθηραν Ἀθηναῖοι, κατὰ χρησμὸν δή τινα. ἐκάθηρε μὲν γὰρ καὶ Πεισίστρατος ὁ τύραννος πρότερον αὐτὴν, οὐχ ἅπασαν, ἀλλ' ὅσον ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐφεωρᾶτο τῆς νήσου· τότε δὲ

ipſos in hoc bello iuvabant, Neſſam Siciliae oppidum, cuius arcem Syracuſani tenebant, aggreſſi ſunt. cum autem hoc expugnare non potuiſſent, abierunt. In ipſo autem receptu, Syracuſani, qui in arce erant, Athenienſium ſocios, qui extremum agmen claudebant, dum ſe reciperent, invaſerunt. & impreſſione in illos facta, magnam exercitus partem in fugam vertunt, & non paucos occidunt. Poſtea vero Laches & Athenienſes, exſcenſu e navibus in nonnulla Locridis loca facto, ad Caicinum fluvium, Locros, qui cum Proxeno Capatonis filio ad vim arcendam occurrerant, circiter trecentos, proelio ſuperarunt; armiſque detractis, abierunt.

CIV. Eadem hieme, Athenienſes Delum etiam ex oraculo quodam luſtrarunt. Nam & ante Piſiſtratus tyrannus eam quidem luſtraverat: ſed non totam; at tantum inſu-

πᾶσα ἐκαθάρθη, τοιῷδε τρόπῳ· θῆκαι ὅσαι ἦσαν τῶν τεθνεώτων ἐν Δήλῳ, πάσας ἀνεῖλον, καὶ τολοιπὸν προεῖπον μήτε ἐναποθνήσκειν ἐν τῇ νήσῳ, μήτε ἐντίκτειν, ἀλλ' ἐς τὴν Ῥήνειαν διακομίζεσθαι. ἀπέχει δὲ ἡ Ῥήνεια τῆς Δήλου οὕτως ὀλίγον ὥστε Πολυκράτης ὁ Σαμίων τύραννος, ἰσχύσας τινὰ χρόνον ναυτικῷ, καὶ τῶν τε ἄλλων νήσων ἄρξας, καὶ τὴν Ῥήνειαν ἑλὼν, ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δηλίῳ, ἁλύσει δήσας πρὸς τὴν Δῆλον. καὶ τὴν πεντετηρίδα τότε πρῶτον μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐποίησαν οἱ Ἀθηναῖοι τὰ Δήλια. ἦν δέ ποτε καὶ τοπάλαι μεγάλη ξύνοδος ἐς τὴν Δῆλον τῶν Ἰώνων τε καὶ περικτιόνων νησιωτῶν. ξύν τε γὰρ γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐθεώρουν, ὥσπερ νῦν ἐς τὰ Ἐφέσια Ἴωνες· καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐ-

lae ſpatium, quantum a templo proſpici poterat. tunc vero tota hoc modo fuit expiata. Quaecunque in Delo defunctorum monumenta erant, omnia ſuſtulerunt, & edixerunt, ne quis in poſterum in inſula moreretur, neque mulier in ea pareret: ſed in inſulam Rheneam tranſportarentur. Rhenea autem tam parvo intervallo a Delo diſtat, ut Polycrates Samiorum tyrannus, qui quondam ad aliquod tempus & claſſe polluit, & aliis inſulis imperavit, Rheneam etiam captam, Apollini Delio conſecraverit, ad Delum catena religatam. Tunc quoquè primum Athenienſes poſt luſtrationem, feſta luſtralia, ludoſque Deliacos, qui quinto quoque anno celebrabantur, inſtituerunt. Fuit autem & priſcis temporibus in Delo frequens Ionum, & accolarum in inſulis circumiacentibus habitantium conventus. nam cum uxoribus & liberis ad ſpectacula conveniebant, ut nunc Iones ad ludos in Dianae Epheſiae honorem inſtitutos confluere ſolent. Illic autem gymnicum muſicumque certamen

τέθι καὶ γυμνικὸς καὶ μουσικός. χορούς τε ἀνῆγον αἱ πόλεις. δηλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος ὅτι τοιαῦτα ἦν, ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε, ἅ ἐστιν ἐκ προοιμίου Ἀπόλλωνος,

Ἀλλὰ σὺ Δήλῳ, Φοῖβε, μάλιστ᾽ ἐπιτέρπεαι ἦτορ,
Ἔνθα τοι ἑλκεχίτωνες Ἰάονες ἠγερέθονται,
Αὐτοῖς σὺν παίδεσσι, καὶ αἰδοίῃς ἀλόχοισιν.
Οἱ δέ σε πυγμαχίῃ τε καὶ ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ
Μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν στήσωνται ἀγῶνα.

Ὅτι δὲ καὶ Μουσικῆς ἀγὼν ἦν, καὶ ἀγωνιούμενοι ἐφοίτων, ἐν τοῖσδε αὖ δηλοῖ, ἅ ἐστιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ προοιμίου. τὸν γὰρ Δηλιακὸν χορὸν τῶν γυναικῶν ὑμνήσας, ἐτελεύτα τοῦ ἐπαίνου ἐς τάδε τὰ ἔπη, ἐν οἷς καὶ ἑαυτοῦ ἐπεμνήσθη,

Ἀλλ᾽ ἄγεθ᾽, ἱλήκοι μὲν Ἀπόλλων, Ἀρτέμιδι ξὺν,
Χαίρετε δ᾽ ὑμεῖς πᾶσαι. ἐμεῖο δὲ καὶ μετόπισθε

fiebat. Et civitates eo saltatorum choros mittebant. Quod autem haec ita se habuerint, Homerus inprimis declarat, his versibus, qui sunt ex hymno Apollinis:

Tunc tibi magnopere in Delo mens gestit Apollo,
Cum natis quoties cum coniugibusque frequentes
Iones in fluxa celebrant tua compita veste:
Cestibus & variis certamina sacra choreis
Oblectant, referuntque tuas modulamine laudes.

Quod autem Musices etiam certamen ibi fieret, & certaturi se conferrent, his quoque versibus indicat, qui sunt ex eodem Apollinis hymno. nam postquam Deliacum mulierum chorum celebravit, suam laudationem his versibus finivit, in quibus & sui ipsius mentionem fecit:

Verum agedum, nobis adsis cum Phoebe Diana,
Vos etiam cunctae me discedente valete:

Μνήσασθ᾽, ὁππότε κέν τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
Ἐνθάδ᾽ ἀνείρηται ξεῖνος ταλαπείριος ἐλθὼν,
Ὦ κοῦραι, τίς δ᾽ ὔμμιν ἀνὴρ ἥδιστος ἀοιδῶν
Ἐνθάδε πωλεῖται, καὶ τέῳ τέρπεσθε μάλιστα;
Ὑμεῖς δ᾽ εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθε ἀφήμως,
Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

Τοσαῦτα μὲν Ὅμηρος ἐτεκμηρίωσεν ὅτι ἦν καὶ τοπάλαι μεγάλη ξύνοδος καὶ ἑορτὴ ἐν τῇ Δήλῳ· ὕστερον δὲ τοὺς μὲν χοροὺς οἱ νησιῶται καὶ οἱ Ἀθηναῖοι μεθ᾽ ἱερῶν ἔπεμπον. τὰ δὲ περὶ τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰ πλεῖστα κατελύθη ὑπὸ ξυμφορῶν, ὡς εἰκὸς, πρὶν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι τότε τὸν ἀγῶνα ἐποίησαν, καὶ ἱπποδρομίας, ὃ πρότερον οὐκ ἦν.

ρέ. Τοῦ δ᾽ αὐτοῦ χειμῶνος, Ἀμπρακιῶται, ὥσπερ ὑποσχόμενοι Εὐρυλόχῳ τὴν στρατιὰν κατέσχον, ἐκ-

Et memores estote mei posthac, homo si quis
Venerit huc alius peregre, dicatque, Puellae,
Quis vir in his versans unquam lepidissimus oris
Pectora praecipue demulsit vestra canendo?
Vos uno assensu sic respondete faventes,
Vir qui luminibus captus Chion incolit altam.

His igitur argumentis Homerus manifeste probavit, vel priscis temporibus ingentem conventum & celebritatem in Delo fieri consuevisse. postea vero Athenienses, & insularum incolae, coetus quidem saltatorum cum sacris eo mittebant. Sed certamina, & cetera pleraque, ut credibile est, adversis casibus exoluerunt, donec Athenienses certamen tunc instaurarunt, & equorum cursum addiderunt, quod ante non fuerat.

CV. Eadem hieme Ambraciotae, quemadmodum Eu-

στρατεύονται ἐπὶ Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν τρισχιλίοις ὁπλίταις· καὶ ἐσβαλόντες ἐς τὴν Ἀργείαν, καταλαμβάνουσιν Ὄλπας, τεῖχος ἐπὶ λόφου ἰσχυρὸν πρὸς τῇ θαλάσσῃ· ὃ ποτὲ Ἀκαρνᾶνες τειχισάμενοι, κοινῷ δικαστηρίῳ ἐχρῶντο. ἀπέχει δὲ ἀπὸ τῆς Ἀργείων πόλεως ἐπιθαλασσίας οὔσης, πέντε καὶ εἴκοσι σταδίους μάλιστα. οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες, οἱ μὲν, ἐς Ἄργος ξυνεβοήθουν, οἱ δὲ, τῆς Ἀμφιλοχίας ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ ὃ Κρῆναι καλεῖται, φυλάσσοντες τοὺς μετὰ Εὐρυλόχου Πελοποννησίους, μὴ λάθωσι πρὸς τοὺς Ἀμπρακιώτας διελθόντες, ἐστρατοπεδεύσαντο. πέμπουσι δὲ καὶ ἐπὶ Δημοσθένην τὸν ἐς τὴν Αἰτωλίαν Ἀθηναίων στρατηγήσαντα, ὅπως σφίσιν ἡγεμὼν γίγνηται. καὶ ἐπὶ τὰς εἴκοσι ναῦς Ἀθηναίων, αἳ ἔτυχον περὶ Πελοπόννησον οὖσαι· ὧν ἦρχεν Ἀριστοτέλης τε ὁ Τιμοκράτους, καὶ Ἱεροφῶν ὁ Ἀντι-

rylocho promiſerant, cum eius exercitum retinuerunt, expeditionem adverſus Argos Amphilochicum ſuſcipiunt cum tribus millibus gravis armaturae militum. & irruptione in agrum Argivum facta, Olpas occupant, caſtellum in colle munitum, ad mare ſitum: quod Acarnanes quondam cum muniviſſent, communi iuridici conventus loco utebantur. ab Argivorum autem urbe, quae eſt maritima, fere quinque & viginti ſtadiis diſtat. Acarnanes vero, partim quidem, copiis coactis Argos ſuppetias ferebant, partim vero, caſtra poſuerunt in eo Amphilochiae loco, qui Fontes vocatur, obſervantes Peloponneſios, qui cum Eurylocho erant, ne clam ad Ambraciotas tranſirent. Mittunt praeterea cum ad Demoſthenem, qui Athenienſium copias in Aetoliam ante duxerat, ut ſibi dux eſſet; tum etiam ad viginti Athenienſium naves, quae circa Peloponneſum erant,

μνήστου. ἀπέστειλαν δὲ καὶ ἄγγελον οἱ περὶ τὰς Ὄλπας Ἀμπρακιῶται ἐς τὴν πόλιν, κελεύοντες σφίσι βοηθεῖν πανδημεί· δεδιότες μὴ οἱ μετ' Εὐρυλόχου οὐ δύνωνται διελθεῖν τοὺς Ἀκαρνᾶνας, καὶ σφίσιν ἢ μονωθεῖσιν ἡ μάχη γένηται, ἢ ἀναχωρεῖν βουλομένοις οὐκ ᾖ ἀσφαλές.

ρϛʹ. Οἱ μὲν οὖν μετ' Εὐρυλόχου Πελοποννήσιοι, ὡς ᾔσθοντο τοὺς ἐν Ὄλπαις Ἀμπρακιώτας ἥκοντας, ἄραντες ἐκ τοῦ Προσχίου, ἐβοήθουν κατὰ τάχος. καὶ διαβάντες τὸν Ἀχελῷον, ἐχώρουν δι' Ἀκαρνανίας, οὔσης ἐρήμου, διὰ τὴν ἐς Ἄργος βοήθειαν, ἐν δεξιᾷ μὲν ἔχοντες τὴν Στρατίων πόλιν, καὶ τὴν φρουρὰν αὐτῶν, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὴν ἄλλην Ἀκαρνανίαν. καὶ διελθόντες τὴν Στρατίων γῆν, ἐχώρουν διὰ τῆς Φυτίας, καὶ αὖθις Μεδεῶνος

quibus praeerat Ariſtoteles Timocratis, & Hierophon Antimneſti filius. Ambraciotae vero, qui apud Olpas erant, mittunt & ipſi nuntium in urbem Ambraciam, rogantes, ut populus frequentibus copiis auxilium ſibi ferret: quia verebantur, ne Eurylochus, & qui cum eo erant, Acarnaniam pertranſire non poſſent; atque ita ſibi vel aliorum praeſidio nudatis proelium eſſet committendum, vel ſi domum redire voluiſſent, minime tutum eſſet.

CVI. Eurylochus igitur, ac Peloponneſii, qui cum eo erant, ſimul atque Ambraciotas, qui apud Olpas erant, venire intellexerunt, caſtris e Proſchio motis, ad opem ipſis ferendam confeſtim proficiſcuntur. Et Acheloo tranſmiſſo, iter per Acarnaniam faciebant, quae propter ſubſidium Argos miſſum praeſidiis erat nudata, ad dextram quidem habentes Stratiorum urbem & ipſorum praeſidium, ad ſiniſtram vero reliquam Acarnaniam. Cum autem Stratiorum agrum pertranſiſſent, iverunt per Phytiam, & rur-

παρ' ἔσχατα· ἔπειτα διὰ Λιμναίας. καὶ ἐπέβησαν τῆς Ἀγραίων οὐκέτι Ἀκαρνανίας, φιλίας δὲ σφίσι. λαβόμενοι δὲ τοῦ Θυάμου ὄρους, ὅ ἐστιν ἄγροικον, ἐχώρουν δι' αὐτοῦ, καὶ κατέβησαν ἐς τὴν Ἀργείαν νυκτὸς ἤδη. καὶ διεξελθόντες μεταξὺ τῆς τε Ἀργείων πόλεως καὶ τῆς ἐπὶ Κρήναις Ἀκαρνάνων φυλακῆς, ἔλαθον, καὶ προσέμιξαν τοῖς ἐν Ὄλπαις Ἀμπρακιώταις.

ρζ'. Γενόμενοι δὲ ἀθρόοι, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ καθίζουσιν ἐπὶ τὴν Μητρόπολιν καλουμένην, καὶ στρατόπεδον ἐποιήσαντο. Ἀθηναῖοι δὲ ταῖς εἴκοσι ναυσὶν οὐ πολλῷ ὕστερον παραγίγνονται ἐς τὸν Ἀμπρακικὸν κόλπον, βοηθοῦντες τοῖς Ἀργείοις· καὶ Δημοσθένης, Μεσσηνίων μὲν ἔχων διακοσίους ὁπλίτας, ἑξήκοντα δὲ τοξότας Ἀθηναίων. καὶ αἱ μὲν νῆες περὶ τὰς Ὄλπας τὸν λόφον ἐκ θαλάσσης ἐφόρμουν· οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες, καὶ Ἀμφιλόχων ὀλίγοι (οἱ

ſus per extremos Medeonis fines; deinde per Limnaeam. illinc ingreſſi ſunt in Agraeorum terram, quae non Acarnaniae iam, ſed ipſis amica. Et Thyamum montem nacti, qui eſt incultus, per eum tranſiverunt, & in agrum Argivum deſcenderunt, cum iam nox eſſet. Cumque inter Argivorum urbem & Acarnanum praeſidium, quod erat ad Fontes, clam tranſiſſent, cum Ambraciotis, qui apud Olpas erant, ſe coniunxerunt.

CVII. Iunctis autem caſtris, ſimul atque illuxit, conſiſtunt ante urbem, quae Metropolis appellatur, ibique caſtra fecerunt. Athenienſes vero non multo poſt cum viginti navibus ad ſinum Ambracicum advenerunt opem Argivis laturi. Et Demoſthenes cum ducentis gravis armaturae militibus Meſſeniis, & ſexaginta ſagittariis Athenienſibus. Atque naves quidem ad Olpas in colle ſitas, a mari

γὰρ πλείους ὑπὸ Ἀμπρακιωτῶν βίᾳ κατείχοντο) ἐς τὸ Ἄργος ἤδη ξυνεληλυθότες, παρεσκευάζοντο ὡς μαχούμενοι τοῖς ἐναντίοις. καὶ ἡγεμόνα τοῦ παντὸς ξυμμαχικοῦ αἱροῦνται Δημοσθένην μετὰ τῶν σφετέρων στρατηγῶν. ὁ δὲ, προσαγαγὼν ἐγγὺς τῆς Ὄλπης, ἐστρατοπεδεύσατο. χαράδρα δ' αὐτοὺς μεγάλη διεῖργε. καὶ ἡμέρας μὲν πέντε ἡσύχαζον, τῇ δ' ἕκτῃ ἐτάσσοντο ἀμφότεροι ὡς ἐς μάχην. καὶ μεῖζον γὰρ ἐγένετο, καὶ περιέσχε τὸ τῶν Πελοποννησίων στρατόπεδον. ὁ δὲ Δημοσθένης, δείσας μὴ κυκλωθῇ, λοχίζει ἐς ὁδόν τινα κοίλην καὶ λοχμώδη ὁπλίτας καὶ ψιλοὺς, ξυναμφοτέρους ἐς τετρακοσίους, ὅπως κατὰ τὸ ὑπερέχον τῶν ἐναντίων ἐν τῇ ξυνόδῳ αὐτῇ ἐξαναστάντες οὗτοι κατὰ νώτου γίγνωνται. ἐπεὶ δὲ παρεσκεύαστο ἀμφοτέροις, ᾔεσαν ἐς χεῖρας,

ſtationem habebant. Acarnanes vero, & Amphilochorum aliquot (nam eorum plerique ab Ambraciotis per vim diſtinebantur) cum Argos iam conveniſſent, ad proelium cum adverſariis committendum ſe praeparabant. Et Demoſthenem totius ſocialis excercitus ducem cum ſuis praetoribus elegerunt. Ille vero copiis ad Olpas adductis, caſtra prope eas poſuit. Ingens autem terrae vorago utraque caſtra dirimebat. Et per quinque dies quieverunt: at ſexto utrique ad proelium ſe inſtruxerunt. Sed enim Peloponneſiorum acies maior, & longe ſuperior erat. Demoſthenes igitur, veritus, ne circumveniretur, in inſidiis in via quadam cava & dumoſa collocat, tam ex gravi quam ex levi armatura promiſcue ad quadringentos milites; ut ab ea parte, qua hoſtis numero ſuperior erat, iſti in ipſo congreſſu ſurgentes ex inſidiis eum a tergo aggrederentur. Ubi vero acies utrinque fuit inſtructa, ad manus venerunt. De-

Δημεσθένης μὲν τὸ δεξιὸν κέρας ἔχων μετὰ Μεσσηνίων καὶ Ἀθηναίων ὀλίγων· τὸ δὲ ἄλλο Ἀκαρνᾶνες ὡς ἕκαστοι τεταγμένοι ἐπεῖχον, καὶ Ἀμφιλόχων οἱ παρόντες ἀκοντισταί. Πελοποννήσιοι δὲ καὶ Ἀμπρακιῶται ἀναμὶξ τεταγμένοι, πλὴν Μαντινέων. οὗτοι δὲ ἐν τῷ εὐωνύμῳ μᾶλλον, καὶ οὐ τὸ κέρας ἄκρον ἔχοντες, ἀθρόοι ἦσαν. ἀλλ' Εὐρύλοχος ἔσχατον εἶχε τὸ εὐώνυμον, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, κατὰ Μεσσηνίους καὶ Δημοσθένην.

ρη'. Ὡς δ' ἐν χερσὶν ἤδη ὄντες περιέσχον τῷ κέρᾳ οἱ Πελοποννήσιοι, καὶ ἐκυκλοῦντο τὸ δεξιὸν τῶν ἐναντίων, οἱ ἐκ τῆς ἐνέδρας Ἀκαρνᾶνες, ἐπιγενόμενοι αὐτοῖς κατὰ νώτου, προσπίπτουσί τε, καὶ τρέπουσιν, ὥστε μήτε ἐς ἀλκὴν ὑπομεῖναι, φοβηθέντας τε ἐς φυγὴν καὶ τὸ πλέον τοῦ στρατεύματος καταστῆσαι. ἐπειδὴ γὰρ εἶδον τὸ κατ'

moſthenes autem cum Meſſeniis & paucis Athenienſibus dextrum cornu tenebat: alterum vero, Acarnanes, ut cuique locus in acie obtigerat, & Amphilochorum iaculatores, qui aderant, obtinebant. Peloponneſii vero & Ambraciotae promiſcue inſtructi erant, exceptis Mantinenſibus. hi enim in laevo potius, non tamen extremo penitus in cornu, conferti ſtabant. Sed Eurylochus, & qui cum eo erant, e regione Meſſeniorum & Demoſthenis, extremum laevum cornu tenebant.

CVIII. Cum autem manus inter ſe iam confererent, & Peloponneſii cornu ſuperiores eſſent, & dextrum adverſariorum circumvenirent, Acarnanes, qui in inſidiis collocati fuerant, illos a tergo adoriuntur, factaque impreſſione in fugam vertunt, ita ut ne primum quidem ipſorum impetum ſuſtinuerint, ſed territi maiorem exercitus partem in fugam coniecerint. Poſtquam enim cornu, cui

Εὐρύλοχον, καὶ ὃ κράτιστον ἦν, διαφθειρόμενον, πολλῷ μᾶλλον ἐφοβοῦντο. καὶ οἱ Μεσσήνιοι ὄντες ταύτῃ μετὰ τοῦ Δημοσθένους, τὸ πολὺ τοῦ ἔργου ἐπεξῆλθον. οἱ δὲ Ἀμπρακιῶται, καὶ οἱ κατὰ τὸ δεξιὸν κέρας, ἐνίκων τὸ καθ' ἑαυτοὺς, καὶ πρὸς τὸ Ἄργος ἀπεδίωξαν. καὶ γὰρ μαχιμώτατοι τῶν περὶ ἐκεῖνα τὰ χωρία τυγχάνουσιν ὄντες. ἐπαναχωροῦντες δὲ, ὡς ἑώρων τὸ πλέον νενικημένον, καὶ οἱ ἄλλοι Ἀκαρνᾶνες σφίσι προσέκειντο, χαλεπῶς διεσώζοντο ἐς τὰς Ὄλπας. καὶ πολλοὶ ἀπέθανον αὐτῶν, ἀτάκτως καὶ οὐδενὶ κόσμῳ προσπίπτοντες, πλὴν Μαντινέων. οὗτοι δὲ μάλιστα ξυντεταγμένοι παντὸς τοῦ στρατοῦ ἀνεχώρησαν. καὶ ἡ μὲν μάχη ἐτελεύτα ἕως ὀψέ.

ρθʹ. Μενεδαῖος δὲ τῇ ὑστεραίᾳ, Εὐρυλόχου τεθνεῶτος, καὶ Μακαρίου, αὐτὸς παρειληφὼς τὴν ἀρχὴν, καὶ

praeerat Eurylochus, quod erat firmiſſimum, ab hoſte caedi viderunt, multo magis metuere coeperunt. Et Meſſenii, qui cum Demoſthene ab ea parte in acie ſtabant, rem magna ex parte confecerunt. At Ambraciotae, & qui in dextro cornu collocati erant, hoſtilem aciem ſibi oppoſitam vicerunt, & ad Argos uſque ſunt perſecuti. Etenim omnium, qui circum illa loca habitant, ſunt pugnaciſſimi. Sed cum ſe reciperent, poſtquam maiorem ſuarum copiarum partem victam viderunt, impetumque in eos ceteri Acarnanes fecerunt, ad Olpas aegre confugerunt. Et multi eorum obierunt, dum in Olpas perturbatis ordinibus, & nulla rei militaris diſciplina ſervata irruerent, praeter Mantineos. iſti enim totius exercitus maxime compoſiti ſe receperunt. pugnaeque finis ſub veſperum eſt factus.

CIX. Poſtridie vero Menedaeus, defuncto Eurylocho,

ἀπορῶν, μεγάλης ἥσσης γεγενημένης, ὅτῳ τρόπῳ ἢ μένων πολιορκήσεται, ἔκ τε γῆς καὶ ἐκ θαλάσσης ταῖς Ἀττικαῖς ναυσὶν ἀποκεκλεισμένος, ἢ καὶ ἀναχωρῶν διασωθήσεται, προσφέρει λόγον περὶ σπονδῶν καὶ ἀναχωρήσεως Δημοσθένει καὶ τοῖς Ἀκαρνάνων στρατηγοῖς, καὶ περὶ νεκρῶν ἅμα ἀναιρέσεως. οἱ δὲ νεκροὺς μὲν ἀπέδοσαν, καὶ τροπαῖον αὐτοὶ ἔστησαν, καὶ τοὺς ἑαυτῶν τριακοσίους μάλιστα ἀποθανόντας ἀνείλοντο· ἀναχώρησιν δὲ ἐκ μὲν τοῦ προφανοῦς οὐκ ἐσπείσαντο ἅπασι, κρύφα δὲ Δημοσθένης μετὰ τῶν ξυστρατηγῶν Ἀκαρνάνων σπένδονται Μαντινεῦσι, καὶ Μενεδαίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἄρχουσι τῶν Πελοποννησίων, καὶ ὅσοι αὐτῶν ἦσαν ἀξιολογώτατοι, ἀποχωρεῖν κατὰ τάχος, βουλόμενος ψιλῶσαι τοὺς Ἀμπρακιώτας τε καὶ τὸν μισθοφόρων ὄχλον

& Macario, ipſe imperium adeptus, & ob ingentem cladem acceptam dubitans, quonam modo aut obſidionem perferret, ſi maneret, quod terra marique navium Atticarum praeſidiis eſſet circumſeptus, aut etiam evaderet, ſi eruptionem tentaſſet, Demoſtheni & Acarnanum ducibus ſermonem infert de foedere, & de diſceſſu ſuo, & de recipiendis ſuis militibus in acie caeſis. Illi vero milites quidem caeſos reddiderunt, ipſique tropaeum ſtatuerunt, & ſuos ferme ad trecentos, qui in proelio ceciderant, ſuſceperunt. Abeundi vero facultatem non palam omnibus facto foedere dederunt: ſed Demoſthenes cum Acarnanibus praetoribus, ſuis collegis, clam foedere facto cum Mantinenſibus, & Menedaeo, & aliis Peloponneſiorum ducibus, & quicunque inter illos dignitate maxime praeſtabant, quamprimum abeundi poteſtatem ipſis fecit; eo conſilio, ut Ambraciotas, turbamque militum mercede conducto-

τὸν ξενικὸν, μάλιστα δὲ Λακεδαιμονίους καὶ Πελοποννησίους διαβαλεῖν ἐς τοὺς ἐκείνῃ χρήζων Ἕλληνας, ὡς καταπροδόντες, τὸ ἑαυτῶν προυργιαίτερον ἐποιήσαντο. καὶ οἱ μὲν τούς τε νεκροὺς ἀνείλοντο, καὶ διὰ τάχους ἔθαπτον, ὥσπερ ὑπῆρχε· καὶ τὴν ἀποχώρησιν κρύφα οἷς ἐδέδοτο ἐπεβούλευον.

ρί. Τῷ δὲ Δημοσθένει καὶ τοῖς Ἀκαρνᾶσιν ἀγγέλλεται τοὺς Ἀμπρακιώτας τοὺς ἐκ τῆς πόλεως πανδημεὶ κατὰ τὴν πρώτην ἐκ τῶν Ὄλπων ἀγγελίαν ἐπιβοηθεῖν διὰ τῶν Ἀμφιλόχων, βουλομένους τοῖς ἐν Ὄλπαις ξυμμῖξαι, εἰδότας οὐδὲν τῶν γεγενημένων. καὶ πέμπει εὐθὺς τοῦ στρατοῦ μέρος τι τὰς ὁδοὺς προλοχιοῦντας, καὶ τὰ καρτερὰ προκαταληψομένους· καὶ τῇ ἄλλῃ στρατιᾷ ἅμα παρεσκευάζετο βοηθεῖν ἐπ' αὐτούς.

rum, nudaret; praecipue vero, quod Lacedaemonios & Peloponnesios apud illius regionis Graecos in invidiam rapere cuperet, quod illos foede prodidissent, suaeque privatae potius, quam communi sociorum saluti consuluissent. Atque hi quidem suorum cadavera receperunt, & pro praesenti rerum copia festinabundi ea sepelierunt. Et illi, quibus abeundi facultas clam data fuerat, clam abire deliberabant.

CX. Demostheni autem & Acarnanibus nuntiatur, Ambraciotas, qui in urbe Ambracia erant, primo illo nuntio, quem ex Olpis acceperant, excitos frequentibus copiis per Amphilochiam ad opem suis ferendam venire, quia cum illis, qui in Olpis erant, se coniungere volebant, rerum ante gestarum prorsus ignari. Quamobrem quandam copiarum partem ad vias insidiis obsidendas, & ad munitissima quaeque loca praeoccupanda confestim mittit. Simul autem cum reliquis copiis ad opem suis contra illos ferendam se praeparabat.

ρια΄. Ἐν τούτῳ δ᾽ οἱ Μαντινεῖς, καὶ οἷς ἔσπειστο, πρόφασιν ἐπὶ λαχανισμὸν καὶ φρυγάνων ξυλλογὴν ἐξελθόντες, ὑπαπῄεσαν κατ᾽ ὀλίγους, ἅμα ξυλλέγοντες ἐφ᾽ ἃ ἐξῆλθον δῆθεν· προκεχωρηκότες δὲ ἤδη ἄπωθεν τῆς Ὄλπης, θᾶσσον ἀπεχώρουν. οἱ δ᾽ Ἀμπρακιῶται καὶ οἱ ἄλλοι, ὅσοι μὲν ἐτύγχανον οὕτως ἀθρόοι ξυνελθόντες, ὡς ἔγνωσαν ἀπιόντας, ὥρμησαν καὶ αὐτοὶ, καὶ ἔθεον δρόμῳ, ἐπικαταλαβεῖν βουλόμενοι. οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες τὸ μὲν πρῶτον καὶ πάντας ἐνόμισαν ἀπιέναι ἀσπόνδους ὁμοίως, καὶ τοὺς Πελοποννησίους ἐπεδίωκον, καί τινας αὐτῶν τῶν στρατηγῶν κωλύοντας, καὶ φάσκοντας ἐσπεῖσθαι αὐτοῖς, ἠκόντισέ τις, νομίσας καταπροδίδοσθαι σφᾶς· ἔπειτα μέντοι τοὺς μὲν Μαντινέας, καὶ τοὺς Πελοποννησίους ἀφίεσαν, τοὺς δ᾽ Ἀμπρακιώτας

CXI. Interea vero Mantinenſes, & ceteri, quibus abeundi poteſtas pactis induciis data fuerat, per ſpecioſam olerum & cremiorum colligendorum cauſam egreſſi, rari clam abibant, & inter abeundum colligebant ea, quorum cauſa ſe exiſſe ſimulabant. Cum autem ab Olpa iam longe progreſſi eſſent, tunc ſe ocius proripiebant. Ambraciotae vero & alii, qui ſic frequentes convenerant, cum ſuos abire animadvertiſſent, ipſi quoque magna contentione, curſuque concitato currere coeperunt, quod eos aſſequi vellent. Acarnanes vero, primum quidem vel omnes pariter nullis induciis impetratis abire exiſtimarunt, & ideo Peloponneſios perſequebantur; quin etiam quidam, qui exiſtimabant ſe prodi, in quoſdam e ſuis ducibus, inſequi vetantes, ac dicentes, illos data fide abire, tela iaculati ſunt. Deinde tamen Mantinenſes quidem & Peloponneſios dimittebant, Ambraciotas vero caedebant. Eratque magna

ἔκτεινον. καὶ ἦν πολλὴ ἔρις, καὶ ἄγνοια εἴτε Ἀμπρακιώτης τίς ἐστιν, εἴτε Πελοποννήσιος. καὶ ἐς διακοσίους μέν τινας αὐτῶν ἀπέκτειναν· οἱ δ' ἄλλοι διέφυγον ἐς τὴν Ἀγραΐδα, ὅμορον οὖσαν· καὶ Σαλύνθιος αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀγραίων φίλος ὢν ὑπεδέξατο.

ριβ'. Οἱ δ' ἐκ τῆς πόλεως Ἀμπρακιῶται ἀφικνοῦνται ἐπ' Ἰδομένην. ἐστὸν δὲ δύο λόφω ἡ Ἰδομένη ὑψηλώ· τούτοιν τὸν μὲν μείζω, νυκτὸς ἐπιγενομένης, οἱ προαποσταλέντες ὑπὸ τοῦ Δημοσθένους ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, ἔλαθόν τε καὶ ἔφθασαν προκαταλαβόντες· τὸν δ' ἐλάσσω ἔτυχον οἱ Ἀμπρακιῶται προαναβάντες, καὶ ηὐλίσαντο. ὁ δὲ Δημοσθένης, δειπνήσας ἐχώρει, καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα ἀπὸ ἑσπέρας εὐθύς, αὐτὸς μὲν τὸ ἥμισυ ἔχων ἐπὶ τῆς ἐσβολῆς, τὸ δ' ἄλλο διὰ τῶν Ἀμφιλοχικῶν ὀρῶν. καὶ ἅμα ὄρθρῳ ἐπιπίπτει τοῖς Ἀμπρακιώταις

contentio, & ignoratio, quis Ambraciota, quisve Peloponnesius esset; & ex illis ad ducentos interfecerunt. Ceteri vero in Agraidem, quae finitima erat, diffugerunt. Et Salynthius Agraeorum rex, quippe quod eorum amicus esset, eos excepit.

CXII. Ambraciotae vero, qui ex urbe veniebant, ad Idomenen perveniunt. Idomene vero sunt duo excelsi tumuli. horum alterum, qui maior est, noctis adventu, milites ex castris a Demosthene praemissi, clam hostibus iter facientes celeriter praeocuparunt: alterum vero, qui minor est, Ambraciotae priores ascenderant, & in eo pernoctarant. Demosthenes vero a coena, primoque crepusculo, statim cum reliquo exercitu viam ingreditur, & dimidium quidem eius secum habens ad illam tumuli partem substitit, qua illis aditus patebat: alterum vero dimidium

ἔτι ἐν ταῖς εὐναῖς, καὶ οὐ προῃσθημένοις τὰ γεγενημένα, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον νομίσασι τοὺς ἑαυτῶν εἶναι. καὶ γὰρ τοὺς Μεσσηνίους πρώτους ἐπίτηδες ὁ Δημοσθένης προὔταξε, καὶ προσαγορεύειν ἐκέλευε, Δωρίδα τε γλῶσσαν ἱέντας, καὶ τοῖς προφύλαξι πίστιν παρεχομένους, ἅμα δὲ καὶ οὐ καθορωμένους τῇ ὄψει, νυκτὸς ἔτι οὔσης. ὡς οὖν ἐπέπεσε τῷ στρατεύματι αὐτῶν, τρέπουσι· καὶ τοὺς μὲν πολλοὺς αὐτοῦ διέφθειραν. οἱ δὲ λοιποὶ, κατὰ τὰ ὄρη ἐς φυγὴν ὥρμησαν. προκατειλημμένων δὲ τῶν ὁδῶν, καὶ ἅμα τῶν μὲν Ἀμφιλόχων ἐμπείρων ὄντων τῆς ἑαυτῶν γῆς, καὶ ψιλῶν πρὸς ὁπλίτας, τῶν δὲ, ἀπείρων, καὶ ἀνεπιστημόνων ὅποι τράπωνται, ἐσπίπτοντες ἔς τε χαράδρας καὶ τὰς προλελοχισμένας ἐνέδρας, διεφθείροντο. καὶ ἐς πᾶσαν ἰδέαν χωρήσαντες τῆς φυγῆς, ἐτρά-

per Amphilochicos montes ivit. Et ſub aurorae ortum invadit Ambraciotas in cubilibus adhuc iacentes, rerumque geſtarum penitus ignaros; immo vero potius opinantes, ex ſuis eſſe. Demoſthenes enim Meſſenios de induſtria primos, & ante ceteros omnes in acie collocarat, & imperaverat, ut Ambraciotas Dorice alloquerentur, & illis, qui pro caſtris erant in ſtatione, fidem facerent, praecipue vero quod eorum facies cerni non poſſet, adhuc enim nox erat. cum igitur illorum copias invaſiſſet, eas fugarunt, & magnam illorum partem illic interfecerunt. Reliqui vero in fugam verſi, curſu montes petere coeperunt. Sed cum itinera iam praeoccupata eſſent, ſimul etiam cum Amphilochi quidem ſuae regionis notitiam haberent, & leviter armati eſſent adverſus homines armis graves; hi vero locorum eſſent imperiti, nec ſcirent, quo ſe verterent, incidentes aut in loca confragoſa, aut in vias inſidiis iam in-

πόντό τινες καὶ ἐς τὴν θάλασσαν, οὐ πολὺ ἀπέχουσαν. καὶ ὡς εἶδον τὰς Ἀττικὰς ναῦς παραπλεούσας, ἅμα τοῦ ἔργου τῇ ξυντυχίᾳ, προσένευσαν, ἡγησάμενοι ἐν τῷ αὐτίκα φόβῳ κρεῖσσον εἶναι σφίσιν ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς ναυσὶν ἤδη διαφθαρῆναι, ἢ ὑπὸ τῶν βαρβάρων, καὶ ἐχθίστων Ἀμφιλόχων. οἱ μὲν οὖν Ἀμπρακιῶται, τοιούτῳ τρόπῳ κακωθέντες, ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐσώθησαν ἐς τὴν πόλιν. Ἀκαρνᾶνες δὲ, σκυλεύσαντες τοὺς νεκροὺς, καὶ τροπαῖα στήσαντες, ἀπεχώρησαν ἐς Ἄργος.

ριγ'. Καὶ αὐτοῖς τῇ ὑστεραίᾳ ἦλθε κῆρυξ ἀπὸ τῶν ἐς Ἀγραίους καταφυγόντων ἀπὸ τῆς Ὄλπης Ἀμπρακιωτῶν, ἀναίρεσιν αἰτήσων τῶν νεκρῶν, οὓς ἀπέκτειναν ὕστερον τῆς πρώτης μάχης, ὅτε μετὰ τῶν Μαντινέων καὶ τῶν ὑποσπόνδων ξυνεξῄεσαν ἄσπονδοι. ἰδὼν δ' ὁ κῆρυξ τὰ

ſeſſas, profligabantur. Et cum omne fugae genus tentaſſent, nonnulli ad mare etiam non longe diſtans ſe converterunt. Et cum vidiſſent naves Atticas, quae terram legebant, interea dum ipſi forte fugerent, ad eas annatarunt; exiſtimantes, in praeſenti metu ſibi ſatius eſſe iam ab illis, qui in navibus erant, quam a barbaris & Amphilochiis infenſiſſimis hoſtibus trucidari. Ambraciotae igitur hoc modo profligati, e multis pauci in urbem evaſerunt. Acarnanes vero, ſpoliatis cadaveribus, & tropaeis erectis, Argos redierunt.

CXIII. Et ad eos poſtero die venit caduceator miſſus ab Ambraciotis, qui ex Olpa ad Agraeos confugerant, petiturus, ut ſibi liceret ſuſcipere cadavera ſuorum, quos poſt primum proelium Acarnanes interfecerant, cum una cum Mantinenſibus, & ceteris, quibus abeundi poteſtas pactis induciis facta fuerat, ipſi nulla fide data egreſſi fuerant. Ca-

ὅπλα τῶν ἀπὸ τῆς πόλεως Ἀμπρακιωτῶν, ἐθαύμαζε τὸ πλῆθος. οὐ γὰρ ᾔδει τὸ πάθος, ἀλλ᾽ ᾤετο τῶν μετὰ σφῶν εἶναι. καί τις αὐτὸν ἤρετο ὅ, τι θαυμάζοι, καὶ ὁπόσοι αὐτῶν τεθνᾶσιν· οἰόμενος αὖ ὁ ἐρωτῶν εἶναι τὸν κήρυκα ἀπὸ τῶν ἐν Ἰδομέναις. ὁ δ᾽ ἔφη διακοσίους μάλιστα. ὑπολαβὼν δ᾽ ὁ ἐρωτῶν εἶπεν, οὔκουν τὰ ὅπλα ταυτὶ φαίνεται, ἀλλὰ πλέον ἢ χιλίων. αὖθις δὲ εἶπεν ἐκεῖνος, οὐκ ἄρα τῶν μεθ᾽ ἡμῶν μαχομένων ἐστίν. ὁ δ᾽ ἀπεκρίνατο, εἴπερ γε ὑμεῖς ἐν Ἰδομένῃ χθὲς ἐμάχεσθε. ἀλλ᾽ ἡμεῖς γε οὐδενὶ ἐμαχόμεθα χθὲς, ἀλλὰ πρώην ἐν τῇ ἀποχωρήσει. καὶ μὲν δὴ τούτοις γε ἡμεῖς χθὲς ἀπὸ τῆς πόλεως βοηθήσασι τῆς Ἀμπρακιωτῶν ἐμαχόμεθα. ὁ δὲ κήρυξ ὡς ἤκουσε, καὶ ἔγνω ὅτι ἡ ἀπὸ τῆς πόλεως

caduceator autem intuitus arma Ambraciotarum, qui ex urbe prodierant, multitudinem admirabatur. cladis enim acceptae ignarus erat: sed ea sociorum suorum esse arbitrabatur. Tunc vero quidam eum interrogat, quidnam admiraretur, & quot ex ipsis putaret periisse. Nam, qui eum interrogabat, existimabat, istum caduceatorem ab illis missum, qui apud Idomenen erant. Ille vero respondit, ad ducentos. Ille vero, qui eum interrogabat, eius orationem excipiens subiecit, Atqui non ducentorum haec arma videntur esse: sed plusquam mille militum interfectorum. Et ille rursus: Non ergo sunt eorum, qui nobiscum in acie steterunt. Cui idem respondit, Siquidem vos apud Idomenen heri pugnastis. Atqui nos, inquit ille, heri cum nemine pugnavimus; at nudius tertius, dum nos reciperemus. Et hic subiecit: Nos tamen cum istis, qui ex Ambraciotarum urbe ad opem suis ferendam venerunt, heri pugnavimus. Cum autem caduceator hoc audisset, & au-

βοήθεια διέφθαρται, ἀνοιμώξας, καὶ ἐκπλαγεὶς τῷ μεγέθει τῶν παρόντων κακῶν, ἀπῆλθεν εὐθὺς ἄπρακτος, καὶ οὐκέτι ἀπῄτει τοὺς νεκρούς. πάθος γὰρ τοῦτο μιᾷ πόλει Ἑλληνίδι ἐν ἴσαις ἡμέραις μέγιστον δὴ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον τόνδε ἐγένετο. καὶ ἀριθμὸν οὐκ ἔγραψα τῶν ἀποθανόντων, διότι ἄπιστον τὸ πλῆθος λέγεται ἀπολέσθαι, ὡς πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πόλεως. Ἀμπρακίαν μέντοι οἶδα, ὅτι εἰ ἐβουλήθησαν Ἀκαρνᾶνες καὶ Ἀμφίλοχοι, Ἀθηναίοις καὶ Δημοσθένει πειθόμενοι, ἐξελεῖν, αὐτοβοεὶ ἂν εἷλον· νῦν δ' ἔδεισαν μὴ οἱ Ἀθηναῖοι ἔχοντες αὐτὴν, χαλεπώτεροι σφίσι πάροικοι ὦσι.

ριδ΄. Μετὰ δὲ ταῦτα, τρίτον μέρος νείμαντες τῶν σκύλων τοῖς Ἀθηναίοις, τὰ ἄλλα κατὰ τὰς πόλεις διείλοντο. καὶ τὰ μὲν τῶν Ἀθηναίων, πλέοντα ἑάλω· τὰ

xilium urbanum profligatum cognovisset, edito gemitu, & ob praesentium malorum magnitudinem attonitus, confestim re infecta discessit, nec ulterius suorum cadavera flagitavit. Haec enim clades, quam una Graeca civitas accepit intra tot dies, quot dixi, exstitit maxima omnium, quae in hoc bello contigerunt. neque caesorum numerum scripsi, quia multitudo, quae dicitur interiisse, fidem superat, pro magnitudine civitatis. Ambraciam autem (sat scio) Acarnanes & Amphilochi, si Atheniensibus ac Demostheni morem gerentes expugnare voluissent, primo statim clamore expugnassent. Iam vero timuerunt, ne Athenienses, si eam tenuissent, accolae sibi molestiores essent.

CXIV. Postea vero tertia spoliorum parte Atheniensibus attributa, reliqua inter civitates diviserunt. Atque Atheniensium quidem spolia in ipso navigationis cursu fuerunt intercepta: nam illae trecentae solidae armaturae, quae

δὲ νῦν ἀνακείμενα ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ἱεροῖς, Δημοσθένει ἐξῃρέθησαν, τριακόσιαι πανοπλίαι, καὶ ἄγων αὐτὰς κατέπλευσε. καὶ ἐγένετο ἅμα αὐτῷ μετὰ τὴν ἐν Αἰτωλίᾳ ξυμφορὰν ἀπὸ ταύτης τῆς πράξεως ἀδεεστέρα ἡ κάθοδος. ἀπῆλθον δὲ καὶ οἱ ἐν ταῖς εἴκοσι ναυσὶν Ἀθηναῖοι ἐς Ναύπακτον· Ἀκαρνᾶνες δὲ καὶ Ἀμφίλοχοι, ἀπελθόντων Ἀθηναίων, καὶ Δημοσθένους, τοῖς ὡς Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους καταφυγοῦσιν Ἀμπρακιώταις καὶ Πελοποννησίοις ἀναχώρησιν ἐσπείσαντο ἐξ Οἰνιαδῶν· οἵπερ καὶ μετανέστησαν παρὰ Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους. καὶ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον σπονδὰς καὶ ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο ἑκατὸν ἔτη Ἀκαρνᾶνες καὶ Ἀμφίλοχοι πρὸς Ἀμπρακιώτας, ἐπὶ τοῖσδε, ὥστε μήτε Ἀμπρακιώτας μετὰ Ἀκαρνάνων στρατεύειν ἐπὶ Πελοποννησίους, μήτε Ἀκαρνᾶνας μετὰ Ἀμπρακιωτῶν ἐπ' Ἀθηναίους· βοηθεῖν δὲ

nunc in templis Atticis affixae visuntur, Demostheni privatim honoris causa datae fuerunt, quas ille secum in navibus absportavit. Simul etiam post cladem in Aetolia acceptam, ob has res gestas reditus in patriam ei tutior fuit. Athenienses quoque, qui in viginti navibus erant, Naupactum redierunt. Acarnanes vero & Amphilochi post Atheniensium & Demosthenis discessum, Ambraciotis & Peloponnesiis, qui ad Salynthium & Agraeos confugerant, fide publica interposita, ex Oeniadis abeundi potestatem dederunt: qui etiam ad Salynthium & Agraeos transiverunt. Postea vero Acarnanes & Amphilochi foedus & societatem ad centum annos cum Ambraciotis coiverunt, his conditionibus: ut neque Ambraciotae cum Acarnanibus bellum Peloponnesiis inferrent, neque cum Ambraciotis Acarnanes Atheniensibus; sed mutuo sibi forent auxilio, utque

τῇ ἀλλήλων, καὶ ἀποδοῦναι Ἀμπρακιώτας ὁπόσα ἢ χωρία, ἢ ὁμόρους Ἀμφιλόχων ἔχουσι· καὶ ἐπὶ Ἀνακτόριον μὴ βοηθεῖν, πολέμιον ὂν Ἀκαρνᾶσι. ταῦτα ξυνθέμενοι, διέλυσαν τὸν πόλεμον. μετὰ δὲ ταῦτα, Κορίνθιοι φυλακὴν ἑαυτῶν ἐς τὴν Ἀμπρακίαν ἀπέστειλαν, ἐς τριακοσίους ὁπλίτας, καὶ Ξενοκλείδαν τὸν Εὐθυκλέους ἄρχοντα· οἳ κομιζόμενοι, χαλεπῶς διὰ τῆς Ἠπείρου ἀφίκοντο. τὰ μὲν κατ' Ἀμπρακίαν οὕτως ἐγένετο.

ριέ. Οἱ δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ Ἀθηναῖοι, τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, ἔς τε τὴν Ἱμεραίαν ἀπόβασιν ἐποιήσαντο ἐκ τῶν νεῶν, μετὰ τῶν Σικελιωτῶν ἄνωθεν ἐσβεβληκότων ἐς τὰ ἔσχατα τῆς Ἱμεραίας, καὶ ἐπὶ τὰς Αἰόλου νήσους ἔπλευσαν. ἀναχωρήσαντες δὲ ἐς Ῥήγιον, Πυθόδωρον τὸν Ἰσολόχου Ἀθηναίων στρατηγὸν καταλαμβάνουσιν ἐπὶ τὰς

Ambraciotae redderent, quidquid aut oppidorum aut agrorum Amphilochis finitimorum tenerent; neque subsidium mitterent Anactorium, quod Acarnanibus erat infestum. Cum autem hoc modo inter eos convenisset, bellum deposuerunt. Post haec Corinthii praesidium ex suis ad trecentos gravis armaturae milites, cum Xenoclide Euthyclis filio, eorum duce, Ambraciam miserunt: qui itinere per Epirum facto eo aegre pervenerunt. Res igitur ad Ambraciam gestae hunc exitum habuerunt.

CXV. Eadem hieme Athenienses, qui in Sicilia erant, cum Siciliensibus, qui ex locis mediterraneis in extremos agri Himeraei fines irruptionem fecerant, exscensum ex navibus in agrum Himeraeum fecerunt, & in Aeoli insulas navigarunt. cum autem Rhegium se recepissent, Pythodorum Isolochi filium, Atheniensium ducem, Lachetis

ναῦς διάδοχον ὧν ὁ Λάχης ἦρχεν. οἱ γὰρ ἐν Σικελίᾳ ξύμμαχοι πλεύσαντες ἔπεισαν τοὺς Ἀθηναίους βοηθεῖν σφίσι πλείοσι ναυσί. τῆς μὲν γὰρ γῆς αὐτῶν οἱ Συρακούσιοι ἐκράτουν, τῆς δὲ θαλάσσης ὀλίγαις ναυσὶν εἰργόμενοι, παρεσκευάζοντο, τὸ ναυτικὸν ξυναγείροντες, ὡς οὐ περιοψόμενοι. καὶ ἐπλήρουν ναῦς τεσσαράκοντα οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς ἀποστελοῦντες αὐτοῖς. ἅμα μὲν ἡγούμενοι θᾶσσον τὸν ἐκεῖ πόλεμον καταλυθήσεσθαι, ἅμα δὲ βουλόμενοι μελέτην τοῦ ναυτικοῦ ποιεῖσθαι. τὸν μὲν οὖν ἕνα τῶν στρατηγῶν ἀπέστειλαν Πυθόδωρον ὀλίγαις ναυσί. Σοφοκλέα δὲ τὸν Σωστρατίδου, καὶ Εὐρυμέδοντα τὸν Θουκλέους, ἐπὶ τῶν πλειόνων νεῶν ἀποπέμψειν ἔμελλον. ὁ δὲ Πυθόδωρος, ἤδη ἔχων τὴν τοῦ Λάχητος τῶν νεῶν ἀρχὴν, ἔπλευσε τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἐπὶ τὸ Λο-

in classis praefectura successorem offendunt. Nam Siculienses socii ad Athenienses navibus profecti, ipsis persuaserunt, ut maiore navium numero opem sibi ferrent. Syracusani enim eorum agro potiebantur: cum autem paucis illorum navibus maris usu prohiberentur, classem cogebant, & se ad vim arcendam parabant, quod hanc iniuriam ferre nollent. Athenienses igitur quadraginta naves instruxerunt, quas ad ipsos mittere statuerunt, tum, quod bellum illic celerius confectum iri sperarent, tum etiam, quod suos in rebus navalibus exercere cuperent. Unum igitur e ducibus Pythodorum cum paucis navibus eo miserunt. Sophoclem vero Sostratidae, & Eurymedontem Theuclis filium cum maiore navium numero postea mittere decreverant. Pythodorus vero, accepta iam praefectura classis, cui Laches ante praeerat, sub extremam hiemem profectus est ad

κρῶν φρούριον, ὃ πρότερον Λάχης εἷλε. καὶ νικηθεὶς μάχῃ ὑπὸ τῶν Λοκρῶν, ἀνεχώρησεν. Bell. Pelop. an. 6. Olymp. 88. 3. U. C. Varr. 329. Ante Apr. 1. Post Apr. 1.

ibid. Πελασγικὸν) Vid. Hesych. v. Πελαργικὸν, & Schol. in Lucianum, Strabonem p. 221, Schol. Aristophan. Ὀρν. 833. WASS. In Aristoph. & Schol. l. d. est Πελαργικόν. de quo etiam monet Schol. Lucian. Bisaccus p. 219.

ead. l. 6. Ὃ καὶ ἐπάρατόν τε &c.) Diris devoverunt Athenienses, si quis illic habitaret. causa devotionis istius, quia insidias ex illo loco Atheniensibus Pelasgi struxissent, ut docet Schol. Vide Meursii Att. Lect. l. 6, c. 1. Eiusdemque Cecropiam, pag. 11. HUDS. Add. quae annotantur ad Polluc. VIII, 101.

ead. l. 7. Ἀκροτελεύτιον) Agn. Suidas. Cicero ad Attic. V, *Etsi bellum* ἀκροτελεύτιον *habet illa tua epistola.* Laudat etiam Pollux II, 161. WASS. Stephan. Append. ad Script. de Dial. p. 201 putat, Pollucem hoc vocabulum habuisse inter ea, quae Thucydidi peculiaria, aut cum paucis communia essent.

ead. l. 11. Ἐνοίκησιν) Gr. οἴκησιν male. Utitur Dionys. Halicarn. 70, 17. WASS.

ead. l. 14. Κατεσκευάσαντο) Palmerius ad Aristophanis Concion. suspicatur, esse legendum κατασκηνώσαντο, id est, *tentoria vel tuguriola ibi fecerunt.* HUDS.

Pag. 32. *l.* 6. Νεῶν ἐπίπλουν ἐξαρτ.) Suidas in ἐπίπλους, & legit νηῶν Ionico more. WASS. Etiam CL naves dicit, pro centum. Vid. infr. cap. 23. Videtur addidisse L. Corcyraeas, cap. 25.

ead. l. 8. Ὁ δὲ στρατὸς — ἐσβαλεῖν) Locum adducit Suidas in ἀφίκετο. WASS. Sed omittit haec, τῶν Πελοποννησίων πρoϊὼν, & πρῶτον; & pro ἐς, εἰς, pro ἐσβαλεῖν, εἰσβαλεῖν habet. Addit deinde aliquid de syntaxi, quod satis obscurum est.

ead. l. 9. Ἐς Οἰνόην) Altera erat Οἰνόη ad Marathonem: at illa, quae ad Eleutheras in confiniis Boeotiae, hic loci

memoratur a Thucydide, ut testatur Harpocrat. in voce Οἰνόη. HUDS. Οἰνόη δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος, πρὸς Ἐλευθέραις Harpocrat. vid. Hesych. in Οἰναῖοι τὴν χαράτραν, & Suidam; Herodot. V, 74; Pollucem VIII, 9; Pausan. Demosth. contra Timocr. Plutarch. Cim. p. 425; Eustath. Il. β', 297; Platon. Protag. p. 217, Menex. 521; Lucian. Icarom. Liban. Decl. 451. WASS.

Pag. 33. *l.* 1. Χρόνον) Χρόνος sine pronomine, aut quantitatis nota apud auctores haud infrequens est. Demosth. pro Cor. πρὸς τὸ βουλεύσασθαι δοῦναι χρόνον τῇ πόλει. Plato saepe διὰ χρόνου. Theophrastus, ἡ διὰ χρόνου γεωργουμένη γῆ. Noster 467, 13. WASS. Homer. Od. δ', 599: Σὺ δέ με χρόνον ἐνθάδ' ἐρύκεις; & Odyss. ζ', 295: Ἔνθα καθεζόμενος μεῖναι χρόνον. In quibus deest ἐπί. Il. β', 299: Καὶ μείνατ' ἐπὶ χρόνον. Itaque non assentior Stephano.

ead. l. 5. Ἥ τε ἐν — αὐτὸν) Laudat Suidas in σχολαίτερον, & ἡ δὲ & γενομ. ἐπιμονὴ, & καὶ ἡ κατὰ τὴν legit, positura haud improbanda. WASS.

ead. l. 12. Καθέδρα) Ioseph. Ἀρχαιολ. V, 2: Οἱ δὲ, καίπερ ἀχθόμενοι τῇ καθέδρᾳ προσεκαρτέρουν. SPANH. Suidas interp. ἡ ἐπίσχεσις. Glossae *sessio*. Specta scriptoris auream plane ubertatem, ἐπιμονὴ, ἐπίσχεσις, ἕδρα, καθέδρα, διατριβὴ, ἀναβολὴ, μονὴ, σχολὴ, μέλλησις, ὄκνος. Καθέδρα tamen pro *obsidione* accipere videtur in Camillo Plutarchus, πρὸς τῷ Καπιτολίῳ καθέδρα καὶ σχολὴ γενομένη χρόνιος. & Iosephus V, 2, 6 Antiq. at Dionys. Halic. sensu Thucydideo Antiq. III, IV, ἀχθόμενος ἐπὶ τῇ ἀπράκτῳ ΚΑΘΕΔΡΑΙ. Contra autem Aristoteles aliique pro sessione. WASS.

Pag. 34. *l.* 1. Καὶ κατοκ. — τμηθεῖσαν) Th. Magist. in βούλομαι, qui μὴ κατοκνήσειν. male. IDEM.

ead. l. 11. Θριάσιον πεδίον) Si scriptura libri Gr. a quo abest πεδίον, unius alteriusve probati Codicis auctoritate confirmaretur, eam minime aspernandam putarem. Etsi enim Herodotus, Strabo, Stephanus, & alii fere ubique dicunt Θριάσιον πεδίον, & ex his Plin. IV H. N. 7, *campus Thriasius*; tamen interdum etiam Θριάσιον solum invenias. Vid. Plutarch. Pelopid. p. 512, & Arat. p. 1906 ed. Steph. Aristid. Leuctric. sec. p. 159.

ead. l. 12. Ῥείτους) De alveis, qui Ῥειτοὶ vocantur, vid. Suidam, & audi Hesychium: Ῥειτοὶ, ἐν τῇ Ἀττικῇ δύο εἰσὶν, οἱ πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι ῥειτοί. ῥωγμοί. καὶ ὁ μὲν πρὸς τῇ

θαλάττη τῆς πρεσβυτέρας θεοῦ νομίζεται. ὁ δὲ πρὸς τὸ Ἄστυ τῆς νεωτέρας, ὅθεν τοὺς λουτροὺς ἁγνίζεσθαι τοὺς θιάσους. Eadem fere Etymologus. Clarissime Pausanias: οἱ Ῥειτοὶ ῥεῦμα μόνον παρέχονται ποταμῶν· ἐπεὶ τό γε ὕδωρ θάλασσά ἐστι σφίσι. Πείθοιτο δ' ἄν τις καὶ ὡς ἀπὸ τοῦ Χαλκιδέων Εὐρίπου ῥέουσιν ἀπὸ τῆς γῆς ἐς θάλασσαν κοιλοτέραν ἐμπίπτοντες. Λέγονται δὲ οἱ Ῥειτοὶ Κόρης ἱεροὶ καὶ Δήμητρος εἶναι· καὶ τοὺς ἰχθῦς ἐξ αὐτῶν τοῖς ἱερεῦσιν ἔστιν αἱρεῖν μόνοις. Οὗτοι τὸ ἀρχαῖον (ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι) πρὸς Ἀθηναίους τοὺς ἄλλους ὅροι τῆς γῆς Ἐλευσινίοις ἦσαν. Wass.

ead. l. 13. Αἰγάλεων) Herodot. VIII, 90. Schol. Sophoclis Oedip. Col. p. 558. Ar. Αἰγάλεω perperam. Mons iste in Wheleri Tabula 7 mill. a mari distat: ibi consedisse ait Herodotus Xerxem; sub monte Aegaleo nimirum, ὑπὸ τῷ οὔρεϊ τῷ ἀντίον Σαλαμῖνος τὸ καλέεται Αἰγάλεως ut proelium navale prospiceret, & ex ea quasi specula navium insignia internosceret. Verum de loco parum convenit. Supra fanum Herculis, ubi fretum inter Atticam & Salaminem angustissimum est, consedisse regem, prodit Phanodemus, hoc est opinor circa Amphimaliam promontorium, ubi se in mare porrigit mons Corydalis. Ibi enim vix mille passuum traiectus hodiernus, πορθμὸς ὅσον διστάδιος, inquit Strabo. Contra, auctore Acestodoro solium aureum habuit Xerxes in Megaridis confinio ὑπὲρ τῶν καλουμένων Κεράτων: ubi postea templum Minervae dedicatum est, ut ex Harpocrat. & Demosthene patet. Haec verba de saxis in mari sitis nunc megala & micra Kira accipere videtur Whelerus. Verum cum ab angustiis, in quibus commissa est pugna, nimis sint remota, haud facile in continentem evasisset. Praeterea concessisse eum εἰς τὸν ἐναντίον τόπον τῆς Σαλαμῖνος, & Peloponnenses τὸν πόρον μεταξὺ Σαλαμῖνος καὶ Ἡρακλείου occupasse, auctor Diodorus: hoc est fanum Herculis, quo modo & Phanodemus. Cum parte navium in litore remansisse, ait Iustinus, & testis omni exceptione maior Aeschylus, qui praesens aderat, Ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ Ὑψηλὸν ὄχθον ΑΓΧΙ πελαγίας ΑΛΟΣ. ubi Schol. ὄχθον λέγει ὄρος τὸν Αἰγάλεων. Denique λόφος Αἰγαλέων erat ἐπ' ἐσχάτων τοῦ Δήμου Οἰάτιδος, teste apud Sophoclis Schol. ad Oedip. Colon. v. 1052. Istro ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἀτάκτων, prope τὴν λεγομένην λείαν πέτραν. Idem. Plinio l. d. est Aegialeus. Quae Κεκροπία sit, mihi aliunde non magis constat, quam

Cellario II Geogr. Ant. 13. Κρωπειὰν, quod in aliis Codd. est, in hoc tractu quoque nusquam memorari invenio. Nam Cecropium montem apud Senec. Hippol. princ. vel Κρωπίαν, δῆμον τῆς Λεοντίδος φυλῆς in Steph. de Urbib. huc pertinere non puto. Scriptura Cod. Reg. ἐν τῇ δεξιᾷ inusitatior est altera illa, quae articulum omittit.

Pag. 35. *l.* 1. Τῆς Ἀττικῆς τῶν δήμων &c.) Ita legendum censebat Heilman. sublata distinctione post Ἀττικῆς, ut v. τῆς Ἀττικῆς pendeant a τῶν δήμων, usitata Thucydidi verborum constructione. Sic supra c. 18, τῆς Ἀττικῆς ἐς Οἰνόην; infra c. 21, τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα; c. 25 τῆς Ἠλείας ἐς Φειὰν &c.

ead. l. 6. Οὐ καταβῆναι) Ar. μή. Nescio an οὐ μή. WASS.

ead. l. 14. Τρισχίλιοι γὰρ ὁπλ.) Haec est causa, cur εὐάνορες apud Pindarum nominantur, Nem. Od. 2. HUDS.

Pag. 36. *l.* 1. Καὶ τοὺς πάντας) Τοὺς ἅπαντας Gr. non male. lin. 11 προσιέναι Gr. & pag. 37 lin. 11 idem & Cl. ἐξιέναι. male. ead. pag. l. 6 τῆς a multis abest. bene. WASS.

ead. l. 9. Ἀθηναῖοι δὲ &c.) Vid. Heilman. ad h. l.

Pag. 37. *l.* 5. Ἀνασχετὸν) Agnoscit & explicat Pollux III, 130. Noster ab Herodoto sumsit. Ἀνσχετὰ ἔργα apud Homer. WASS.

ead. l. 10. Κατὰ ξυστάσεις) Euripides Androm. v. 1088: Εἰς δὲ συστάσεις Κύκλους τ' ἐχώρει λαὸς οἰκήτωρ θεῶν. SPANH. Inter vocabula propria huic rei etiam Pollux habet IX, 142; ubi vid. Hemsterhusium ad num. 143.

ead. l. 13. Ὧν ἠκροᾶτο ὡς ἕκαστος) Lectionem margini adscriptam secutus esse videtur Valla, (quae tamen & aliam interpretationem admittit) sed alterius interpretatio magis tibi placebit, ut opinor. STEPH. Valla vertit, *ad quos audiendos undique coibatur.* Stephanus in Marg. ed. suae 2: *Quae quisque audiebat, ut ei animus erat*, id est, *ut animo affectus erat, ita ea interpretabatur.*

ibid. Ὥρμητο) Mss. Clar. Reg. Cass. ὤργητο, cuius illud glossema esse patet ex v. ἀνηρέθιστο. Herodotus apud Suidam de Thucydide, ὀργῶσαν ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ μαθήματα. Noster IV, 108: Λακεδαιμονίων ὀργώντων ἔμελλον πειράσεσθαι. Pindarus Pyth. IX, 76: Ἔτραπε μείλιχος ὀργὰ Παρφάμεν τοῦτον λόγον. V. & Nem. V, 58. Noster Herodotum sequitur. Sed & III, 82, τὰς ὀργὰς ὁμοιοῖ: ubi quidam Codd. ὁρμὰς male. vide Aristoph. Av. 462, & Schol. Erotianum & Hippocratem, & quae adducit Hesy-

chius ex Schol. Lysistratae 1115. Hae voces confunduntur etiam apud Ioseph. 1174, 29, ἀνειληφότων ὀργὴν ἰσχυροτέραν τῶν ὅπλων. Busb. ὁρμὴν.

Pag. 38. *l.* 8. Ἐκκλησίαν) Plutarch. p. 155: Ὁ δὲ (Περικλῆς) τοῦ δήμου τὸ συνεχὲς φεύγων, καὶ τὸν κόρον, οἷον ἐκ διαλειμμάτων ἐπλησίαζεν, οὐκ ἐπὶ παντὶ πράγματι λέγων, οὐδ᾽ ΑΕΙ ΠΑΡΙΩΝ εἰς τὸ πλῆθος, ἀλλ᾽ ἑαυτὸν (ὥσπερ τὴν Σαλαμινίαν τριήρη φησὶ Κριτόλαος) πρὸς τὰς ΜΕΓΑΛΑΣ χρείας ἐπιδιδοὺς, τἄλλα δὲ, φίλους καὶ Ῥήτορας ἑταίρους καθιεὶς, ἔπραττεν. WASS. De hoc genere loquendi, τοῦ μὴ — ἐξαμαρτεῖν, vid. Steph. Append. de Dialect. p. 102 & 181.

ead. l. 12. Ἱππέας — ἔστησαν) D. Hal. 114. WASS.

Pag. 39. *l.* 2. Ἐν Φρυγίοις) Inter Boeotiam & Atticam ponit Stephanus. Sed in Attica fuisse, quod dicit Scholiastes, ex ipso Thucydide apparet.

ead. l. 4. Ἔλασσον) Ἔλαττον, & οἱ Θεσσαλοὶ καὶ Ἀθηναῖοι, & οὐ πολλοὶ Dion. Hal. WASS.

ead l. 7. Οὐ πολλοὶ) Perexigua scripturae mutatio, valde sensum hic mutat, ut vides: cum modo non contrarium efficiat. Sed Valla οὐ πολλοὶ in suo exemplari habuit, cui meum assentitur. Adde, quod aliter potius loqui solet Thucydides, quam dicere ἀπέθανον οἱ πολλοὶ αὐτῶν. STEPH. οὐ πολλοὶ etiam alii MSS. & Schol. Quam scripturam confirmat, quod Rostgaerdus e margine Cod. Reg. annotarat: ἱππομαχία βραχεῖα ἐν Φυτίοις, καὶ ἀπέθανον Θετταλῶν καὶ Ἀθηναίων οὐ πολλοί.

ead. l. 12. Κρανώνιοι) Sotion de Mirab. 130, ἐν Κρανῶνι, mendose. Vid. Holstenium ad Steph. & Galen. 479, 4; Hippocrat. de Morbis popul. II, 1. Apud Schol. ad h. l. nescio an Πειράσιοι. De Parnethe vid. Whelerum Itiner. 455. Βρίλησος est apud Sextum Emp. p. 51. De Gyrtoniis vid. Voss. ad Melamp. 141; Schol. Apollon. I, 57. WASS.

ead. l. 13. Φεραῖοι) Gens Achaiae, Boeotiae, Messeniae & Thessaliae. Vid. Hippocrat. de Morb. vulg. V, 7, 237. qui ἐν Φαίρησι Thessal. Demosth. p. 2, 220, 223. ἐν Φερραῖς Libanius 107, & Nicandri Schol. p. 80 minus emendate. Adi etiam & Cantacuzenum 161, 662. Apollonii Schol. ά, 49. WASS.

Pag. 40. *l.* 9. Ἄραντες) Agnoscit Suidas h. v. Diodor.

ſtrictim p. 309 a. Idem. Suidas ibi, ut obſervavit Kuſter. deſcripſit verba Scholiaſtae ad cap. 25.

ead. l. 13. Ὠρωπὸν) Huius urbis meminerunt Demoſthenes de Pace p. 22, Demades Orat. 239, Iſocrates 446, Menedemus apud Laërtium 162, Liban. 451. Adeat lector Salmaſium in Plinianis pag. 104, & Whelerum Itinerar. 456. Wass.

ibid. Τὴν Πειραϊκὴν) Locus hic exercuit Criticorum ingenia. Sed credo nihil mutandum eſſe. Nam cum Oropus ſitus fuerit ad mare e regione Euboeae, ſatis convenit, quendam campum prope litus ſitum commodum ad transfretationem in Euboeam oppoſitam fuiſſe dictum Πειραϊκὸν πεδίον, vel γῆ Πειραϊκὴ, ſic ὁ Πειραιεὺς portus Athenarum dictus eſt ἀπὸ τοῦ πειρᾶν, a transfretando. Palmerius. Verum & altera lectio defendi poteſt auctoritate Ariſtotelis, ſi fides Stephano ſit habenda in Ὠρωπὸς, ubi haec occurrunt: Ἀριστοτέλης γοῦν τὸν Ὠρωπον Γραῖαν φησὶ λέγεσθαι. Ἡ δὲ Γραῖα, τόπος τῆς Ὠρωπίας, πρὸς τῇ θαλάσσῃ καὶ Ἐρεθρίας καὶ Εὐβοίας κειμένη. Vide Hartungum & Leopardum in Theſauro Critico. Huds. Hic locus apud Stephan. in Ὠρωπὸς ita legitur: παριόντι (errore ſcribarum pro παριόντες) Ὠρωπὸν τὴν Γραικὴν καλουμένην. Pro Γραικὴν ibi alii legunt Γραίων, alii Γραῖαν, alii Γραϊκὴν, ac perinde varie Thucydidem emendant. vid. interpretes Stephani, Salmaſ. ad Solin. l. d. & quos laudat Hudſon. Palmer. Exercit. pag. 48. Hartung. Locor. memorab. Decur. 1, cap. 2. & Leopard. XX Emend. 16. Add. Caſaub. ad Strabon. IX, pag. 404.

Pag. 41. *l.* 1. Φύλακας) Haec ſcripturae diverſitas, nihil ſenſum immutans, cum apud alios, tum apud Xenophontem etiam occurrit. Sed hic cum ſequatur φυλάξειν, cogi nos puto φυλακὰς, non φύλακας legere. Steph.

ead. l. 4. Καὶ χίλια τάλαντα &c.) Vide Meurſii Cecropiam, c. 26, p. 73. Huds.

ead. l. 8. Ἣν μὴ οἱ πολ.) Vide Petiti Leges Atticas, p. 382 &c. Idem. Lexicon Mſ. in Bibl. Coislin. ἢ ἐὰν — ἐπιπλέουσιν. ἢ ἐὰν βιασθῇ ὑπάρχει τοῖς ἀπιστήσασι πολεμίοις, corrupte. νηΐτῃ στόλῳ citat, opinor, ex Procopio Suidas. Wass.

ead. l. 9. Τὴν) Abeſt a Mſſ. ut noſter in III. & Demoſthenes ſine articulo. Idem.

Pag. 42. *l.* 4. Μεθώνην) Diodor. 309 b. recte addit τῆς

Λακωνικῆς, quia Μεθώνη & oppidum Thraciae. vid. Steph. & Nicetam Choniat. p. 393, 409. Idem.

Pag. 43. *l.* 6. Ἐν ἀλιμένῳ χωρίῳ) Aeschylus Supplic. v. 775, ἀλίμενον χθόνα. Spanh. Rursus Thucydides IV, 8 & 27. Adde Suidam.

ead. l. 7. Ἴχθυν) Recte. vid. Strabon. VIII, pag. 527, Agathem. p. 15, Ptolemaeum, Plin. IV, 5, Melam II, 3, Xenoph. Hellen. VI, Athenaeum p. 346. De Φειᾶ adi Homerum, Hesych. & Holstenium ad Steph. Wass. In Ptolemaeo, Strabone Lib. XVII, pag. 836, & Agathem. est Ἰχθὺς; in Xenoph. VI Graec. pag. 588 Ἰχθῦς. Cass. quoque hic Ἰχθῦν. Et hunc tonum etiam appellativo dat Etymolog. M.

Pag. 44. *l.* 4. Ἀποβάσεις ποιησ.) Eadem habet Diodorus, & iisdem fere verbis lib. 12. Huds.

ead. l. 5. Θρόνιον) Ar. C. Θράνιον. At cum editis Steph. Harpocration, Homer. Pausan. Diodor. p. 309. Wass.

ead. l. 6. Ἀλώπῃ) Ἀλόπη etiam Hesychius, Homer. Il. β', 682, Pausanias, Hesiodus, Clemens Alexandrinus, aliique. Paulo infra Dionys. Halic. pag. 143, ἀνέστησαν δὲ Αἰγινήτας, omissa copula καὶ; & καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας: item ἀσφαλέστερον ἂν ἐφαίν. & Πελοποννησίων. Illud ἂν non displicet. Idem οὐχ ἥκιστα. Idem.

ead. l. 13. Ἐποίκους) Agnoscit Suidas, in ἀποίκησις & ἔποικος. qui ex Schol. emend. & supplendus. vid. Aristot. Polit. & alibi passim, Philostratum Ep. 47. Th. Mag. citat, ἐποίκους ἔπεμψαν Ἀθηναῖοι. Aristophan. Ὀρν. 1307: Ὥστε πτερῶν σοι τοῖς ΕΠΟΙΚΟΙΣ δεῖ πόθεν. Pindarus Ol. IX, 104: Υἷα δ' Ἄκτορος ἐξόχως Τίμασεν ΕΠΟΙΚΩΝ. Idem. Πέμψαντες, quod Hudsonus e vetustis editionibus revocasse videtur, nam in Vasc. & Bas. ita scriptum est, habet etiam Dionys. Halic. l. d. Nec tamen reiiciam πέμψαντας, quod est in quibusdam Mss. & edd.

Pag. 45. *l.* 8. Ὁ ἥλιος) A. M. 3573. Per. Iul. 4283. vid. Plutarch. Pericl. Wass. De sententia verborum νεομηνία κατὰ σελήνην adeundi sunt Scalig. II de Emendat. Temp. pag. 63; Petav. I de Doctr. Temp. 8; & II, 11; & Petit. Eclog. Chronolog. IV, 7.

Pag. 46. *l.* 5. Τηρεῖ δὲ &c.) Vide Meursii Regn. Athen. pag. 92, 95; & Berkelii notas ad Stephan. Byzant. voce Δαυλίς. Huds.

ead. l. 8. Ἐν Δαυλίᾳ) Strabo IX, p. 648, locum hunc

aut non intellexit, aut depravatis exemplaribus usus est. Wass. Sed vid. quae ibi annotant Xylander & Casaubon. Hermogenes II de Form. Orat. in fine, de hoc loco ita scribit: εἰ δέ που καὶ γλυκύτητα ἔχει (ὁ Θουκυδίδης) μάλιστα μὲν ὥσπερ ἀλλότριόν τι τῆς ἰδέας αὐτοῦ ἐκφαίνεται τὸ μέρος ἐκεῖνο οἷόν ἐστι καὶ τὸ, Τηρεῖ δὲ τῷ Πρόκνην τὴν Πανδίονος ἀπὸ Ἀθηνῶν σχόντι γυναῖκα, καὶ τὸ ἑξῆς. Daulia hic urbs, an regio sit, dubitat Aem. Portus. Sed potius urbs est. Vid. interpretes Stephani in Δαυλὶς, & Brod. I Miscellan. 32.

ead. l. 13. Κῆδος) Κῆδος, pro ἐπιγαμία, & κηδεία, & κηδεύματα apud Platon. & Demosth. Pollux III, 30. Vid. Hesych. κηδεσταί. Dionys. Halic. 718. Wass.

Pag. 47. *l.* 5. Ξυνελεῖν) Legitur etiam ξυνεξελεῖν αὐτόν. Steph. Non male. Wass. Βουλόμενοι σφίσι τὰ ἐ. Θ. χ. ξυνελεῖν αὐτὸν καὶ Περδίκκαν coniiciebat Heilm.

ead. l. 7. Σάδοκον) Historiam hanc tangit Aristophan. Acharn. 145; ubi Schol. Σάδωκον. Wass.

ead. l. 8. Τόν τε — καταλύσειν) Affert Thom. Magist. in ὑφίσταμαι, & annotat, etiam alibi Thucydidem & Herodotum ὑποδέχομαι dicere pro ὑπισχνοῦμαι. De Therme ab Atheniensibus capta est supr. Lib. I, cap. 61.

ead. l. 12. Περδίκκας) De illo & Archelao multa Plato in Gorg. quae Historiarum conditoribus latent. pag. 321. Confer Diodor. p. 416. Wass. Et supr. ad I, 57.

Pag. 48. *l.* 5. Παλιρεῦσιν) Παλαιρεῦσιν Strabo. Wass. Locus Strabonis est Lib. X, pag. 459. Palmer. III Graec. Antiq. 11, & Cellar. II Geograph. Antiq. 13, putabant, urbem, quae Straboni est Πάλαιρος, Thucydidi esse Πάλιρον. Sed non viderant libros scriptos Thucydidis.

ead. l. 6. Ἄστακον) Ad Acheloi ostium in Acarnania ponit Scylax. vid. Livium XXXVIII, 11. Ibi colonia Cephaleniae. De Melanippo Astaci cuiusdam filio consule Herodotum V, 67. De altero Bithyniae Cedrenus 177, Ammian. XXII, 8, Cantacuzenus 273, Nicetas 233. Wass.

ead. l. 11. Παλλῆς &c.) Scripturam huius loci expendit Sylburgius in Notis ad Etymol. M. p. 30. Vid. Tzetzem ad Lycophr. v. 791. Παλέων cum simplici λ est apud Reinesium in Inscript. III, 85: ΠΟΛΙΣ ΠΑΛΕΩΝ ΤΗΣ ΚΕΦΑΛΛΑΝΙΑΣ. Wass. Add. de hoc loco Holsten. ad Stephan. in Κράνιον. De Κρανίοις Spanhem. Dissert. IX de Praestant. &

Usu Numism. pag. 666. & de Σαμαίοις rursus Holsten. ad Steph. in Σάμος. Παλῆς Thucyd. I, 27.

Pag. 49. *l.* 1. Περικλέους) Diodor. XII, 309 d. lin. 3 ἤδη male abest Cl. IDEM.

ead. l. 2. Ἀθηναῖοι ἐν ταῖς &c.) Interpunge post Ἀθηναῖοι: quoniam haec ἐν ταῖς ἑκατὸν ναυσὶν iunguntur cum his, ἐπ' οἴκου ἀνακομιζόμενοι. Quod non animadvertens Scholiastes, extrinsecus assumit ὄντες cum illis verbis, ἐν ταῖς ἑκατὸν ναυσίν. STEPH.

ead. l. 12. Τὰ πολλὰ) Vid. Diodor. p 309 a. WASS.

Pag. 50. *l.* 4. Ἐπὶ Λοκροῖς) Ἐπὶ pro παρὰ, ut l. 3, c. 99 ἐπὶ τῷ Ἄληκι pro παρὰ τῷ Ἄλ. ut monet Schol. sic in compositis ἐπιθαλάσσιος pro παραθαλάσσιος. HUDS. Schol. parvus Homeri ad Il. β', 788, Οἱ δ' ἀγορὰς ἀγόρευον ἐπὶ Πριάμοιο θύρησι. ἐπὶ, inquit, νῦν ἀντὶ τοῦ παρά. Et poëta Il. η, 346, pro eo, quod supra ἐπὶ dixerat, παρὰ ponit, ἀγορὴ γένετ' — παρὰ Πριάμοιο θύρησι. Obvium est apud omnes. Vid. Viger. de Idiotism. Ling. Gr. IX, 4, 17. De Atalanta infra Lib. III, cap. 89.

• *Pag.* 51. *l.* 1. Χρύσιδος) Ita & in vet. Χρύσιδος scriptum est: cum alioqui sit apud hunc scriptorem & quaedam sacerdos eodem nomine, sed alio accentu. nam Χρυσίδος scribi videmus. STEPH. Χρυσίδου, a Χρυσίδας, coni. Heilm.

ead. l. 5. Σχόντες) Thom. Mag. in ἐπέσχον, Σχόντες δὲ ἐν τῷ παράπλῳ ἐς Κεφαληνίαν. Male pro Κεφαλληνίαν. Vid. I, 27. *Cranonii* pro *Cranii*, de quo Hudson. in Var. Lect. legebatur quondam apud Liv. XXXVIII, 28. Emendavit ibi Sigonius.

ead. l. 11. Ἀθηναῖοι τῷ πατρ.) Vide Petiti Leg. Att. p. 500, 501. HUDS.

ead. l. 14. Πρότριτα) Hesych. πρὸ πολλοῦ. Vid. Theophrast. III, 7; Synesium Epist. IV. Suidas corrupte, Προτριτάτη. τρίτη ἐπάνω ἡμέρα. WASS. Kusterus bene correxit, πρότριτα. τῇ τρίτῃ ἐ. ἡ. De προθέσει mortuorum apud Athenienses in tertium diem ante τὴν ἐκφορὰν add. interpretes Pollucis VIII, 146.

Pag. 52. *l.* 2. Λάρνακας κυπ.) Hunc locum respicit & illustrat Theodor. Therapeut. 8: Καὶ ὁ Θουκυδίδης τῶν ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ τετελευτηκότων διηγεῖται τὸ γέρας· καὶ ὅπως μὲν τὰ εὑρηθέντα σώματα τῶν προσηκόντων ἕκαστος ἠξίου τάφους. ἡλίκην δὲ τοῖς ἥκιστα εὑρηθεῖσιν ἐμηχανῶντο τιμὴν, κυπαριττίνας μὲν κατασκευάζοντες λάρ-

νακας &c. Vid. Gallaei Comm. in Orac. Syb. p. 100. Huds.

ead. l. 6. Πάρεισιν αἱ προσήκουσαι) Πάρεισιν e Mſ. annotat Camerarius, & addit: *quae lectio vera videtur.*

ead. l. 8. Ἐπὶ τοῦ καλλίστου προαστείου) In Ceramico extra Urbem. Vid. Meurſ. de Popul. Att. in Κεραμεικός; Petit. Leg. Attic. p. 495; & Palmer. Exercitat. p. 48.

ead. l. 9. Καὶ ἀεὶ) At vid. Herodot. I, 30. Wass.

Pag. 53. *l.* 1. Ἀξιώματι) Certa res eſt, de qua dubie loquitur Stephanus. Pro τὸ μέγεθος noſter laudante Thom. Magiſtro, in ἀξιῶ. καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς ἀρετῆς, ὡς ἐλευθέρων τὴν Ἑλλάδα φέρεται. Et, pro προσὸν τινὶ ἀξίωμα. & iterum, ἔχων ἐπ' ἀξιώσει καὶ πρὸς ὀργὴν ἀντειπεῖν. Ariſtides οὐ τοὺς ἐν ἀξιώσει προὔχοντας. *praerogativa, dignatio,* Gloſſae. Vid. plura in Indice Schol. Cum Marg. faciunt & alii Mſſ. Wass.

ead. l. 9. Οἱ μὲν — αὐτόν.) Dion. Halic. p. 17: Τί ἐστιν ὃ πεποίηκε ταύτην μεγαλοπρεπῆ τὴν σύνθεσιν; τὸ ἐκ τοιούτων συγκεῖσθαι ῥυθμῶν τὰ κῶλα. Τρεῖς μὲν γὰρ οἱ τοῦ πρώτου προηγούμενοι κώλου σπονδεῖοι πόδες εἰσίν. ὁ δὲ τέταρτος ἀνάπαιστος. ὁ δὲ μετὰ τοῦτον, αὖθις σπονδεῖος, ἔπειτα, κρητικός. ἅπαντες ἀξιωματικοί. Dein cetera perſequitur. Ceterum Pericles, in Orat. quam ἐπιτάφιον λόγον vocat, ita infit: Τὴν νεότητα ἐκ τῆς πόλεως ἀνῃρῆσθαι, ὥσπερ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰ ἐξαιρεθεῖη. Ariſtot. Rhet. I, 7, 720. unde patet, noſtrum & hic, & alibi, oratorum mentem & ſenſus, non autem verba, repraeſentare. Ipſum audiamus: Καὶ ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον ἕκαστοι, ἢ μέλλοντες πολεμήσειν, ἢ ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες, χαλεπὸν τὴν ἀκρίβειαν αὐτὴν τῶν λεχθέντων διαμνημονεῦσαι ἦν, ἐμοί τε ὧν αὐτὸς ἤκουσα, καὶ τοῖς ἄλλοθέν ποθεν ἐμοὶ ἀπαγγέλλουσιν· ὡς δ' ἂν ἐδόκουν μοὶ ἕκαστοι περὶ τῶν ἀεὶ παρόντων τὰ δέοντα μάλιστα εἰπεῖν, ἐχομένῳ ὅτι ἐγγύτατα τῆς ξυμπάσης γνώμης τῶν ἀληθῶς λεχθέντων, οὕτως εἴρηται. Ceterum haec Pericles ex Herodoto ſublegit VII, 162: Ἀμείβετο Γέλων — ἀγγέλλοντες τῇ Ἑλλάδι, ὅτι ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ ἔαρ αὐτῇ ἐξαραίρηται. Periclem nihil praeter plebiſcita ſcriptum reliquiſſe, affirmat Plutarchus; & Schol. in Hermogenem pag. 21 ita laudat ἀπὸ τοῦ Ἐπιταφίου Θουκυδίδου, nec aliter Theon. Idem. Iudicat & alibi de hac oratione Dion. Halic. v. p. 84, 104 & 131. & de principio Prooemii Theoph. Corydal. ap. Fabric. Biblioth. Graec. Vol. XIII, p. 685.

ead. l. 10. Τὸν προσθέντα τῷ ν.) Sic Dionyſ. Halicarn.

pag. 291 ed. Sylburg. ἐφ᾽ ἧ γάρ ποτε, Ἀθηναῖοι προσέθησαν τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον τῷ νόμῳ &c. Huius legis auctor multis (ut & Scholiastae nostro) visus est Solon: quem Laërtius testatur modis omnibus favisse virorum fortium, & qui pro patria occubuissent, memoriae. At Diodorus Sic. l. 11 testatur, ludos funebres Athenis primum fuisse actos in memoriam eorum, qui bello Persico fortiter pugnantes obierant: quo etiam tempore lege cautum ait, ut de laudibus eorum, quos resp. censuisset publice sepeliendos, concionem oratores, quibus id munus a civitate mandaretur, haberent. Quod & orationes funebres, quae exstant apud Demosthenem & Lysiam, docent. Vid. Stephani notas in Dionys. p. 23. Huds.

Pag. 54. *l.* 4. Ἡ δόκησις τῆς ἀλ.) Laudat, & scholia describit Suidas in δόκησις ἀληϑ.

ead. l. 9. Μέχρι γὰρ τοῦδε) Hunc locum vertit Sallustius initio Belli Catilin. Huds. Vide nos ad Sallustii Catil. c. 3. Huc respexit Augustus Orat. apud Dionem LIII, p. 497. lin. 10 Εἰς ὅσον Dion. Halic. Wass. In Epist. ad Ammaeum II, p. 134, ubi inter exempla commutationis singularium & pluralium Thucydidi usitatae ponit, quod singularibus, ἕκαστος & ἤκουσε, coniungit pluralia, φθονοῦντες & ἀπιστοῦσιν.

Pag. 55. *l.* 2. Ἀπὸ τῶν προγόνων) Confer Demosthen. in Orat. Funeb. p. 152. Wass. Paulo post in his καὶ πρέπον δὲ ἅμα, coniunctionem δὲ Attice pro δὴ poni, & significare *etiam*, e Budaei Commentar. p. 928 annotat Stephan. Append. ad script. de Dialect. p. 189.

ead. l. 14. Βάρβαρον ἢ Ἑ. π.) Agnoscit Th. Mag. in βαρβαρικός. Wass.

Pag. 56. *l.* 1. Ἀπὸ — αὐτῶν) D. Hal. p. 47, ubi ἦλθον ἐπ᾽ αὐτὰ, & ἀπὸ οἵας τε, & ἐπακοῦσαι αὐτῶν. Idem. Desiderantur etiam in Dionys. haec, καὶ μεϑ᾽ οἵας πολιτείας: pro τρόπων ἐξ οἵων, in eo est τρόπων ἐξ ὧν, & λεχθῆναι δεῖν αὐτά.

ead. l. 6. Καὶ τὸν πάντα ὅμιλον — ξύμφορον εἶναι) Casaubonus p. 26 Animadvers. ad Dion. Halic. probat sententiam Scholiastae, τὸν πάντα ὅμιλον hic poni pro τῷ παντὶ ὁμίλῳ: ut apud Dionys. VI Antiq. 26 & 28, μηδένα ἐξεῖναι pro μηδενί; & in Hom. Od. π', 465, Οὐκ ἔμελέν ΜΟΙ ταῦτα μεταλλῆσαι καὶ ἔρεσθαι, Ἄστυ ΚΑΤΑΒΛΩΣΚΟΝΤΑ; item Apollon. Rhod. I Argon. 440, ὙΜΩΝ μὲν

δὴ μοῖρα θεῶν χρειώ τε περῆσαι Ἐνθάδε χῶας ἜΧΟΝΤΑΣ. Verum primum, si Dionysio licuit dicere ἐξεῖναι μηδένα, ex eo non consequitur, itidem recte dici σύμφορόν ἐστι τὸν πάντα ὅμιλον. Deinde, duo illa loca poëtarum non recte cum loco Thucydidis componuntur. Nam in iis accusativus participii dativum praecedentem sequitur; cuius commutationis casuum, quam etiam c. 11 huius libri in Thucydide observat Scholiastes, innumera sunt in omnibus tam prosae scriptoribus, quam poëtis, exempla. In hac oratione autem neque dativus est, neque participium. Nec maxima causa est, cur hic insolita enallage statui debeat, cum neque ullum exemplum huiusmodi συντάξεως adiectivi σύμφορον proferatur, & verba simpliciter ita exponi possint, καὶ ξύμφορον εἶναι, τὸν πάντα ὅμιλον — ἐπακοῦσαι αὐτῶν, *& utile esse, universam multitudinem ea audire*: ita ut ξύμφορον εἶναι absolute ponatur, & accusativi τὸν πάντα ὅμιλον ad ἐπακοῦσαι ferantur. Et sic Vallam ea ordinasse ex illius versione apparet: *nec inutile (esse) ab omni coetu civium pariter hostiumque audiri.* Nec Casaubonus diffitetur, ea aliter, atque ipse cum Scholiaste statuit, posse accipi.

ead. l. 11. Δημοκρατία) Vid. VI, 89; Aeschylum Suppl. 706; Demosth. p. 155; Euripid. Phoenis. 540, Suppl. 405; Platonem Menex. p. 519 a. WASS.

ead. l. 12. Μέτεστι — ἴσον) Th. Mag. in μέλει.

Pag. 57. *l.* 1. Οὐδ' αὖ — κεκώλυται) Dion. Halic. p. 133. Vid. Platonem Alcib. p. 431 d. WASS.

ead. l. 5. Εἰ καθ' ἡδον.) Tutior est haec lectio, εἰ καθ' ἡδονήν τι δρᾷ. STEPH.

ead. l. 7. Ἀχθηδόνας) Inter poëtica apud Thucydidem etiam hoc vocabulum numerat Dionys. Halicarn. Epist. ad Amm. II, p. 133. Sed nec ipse eo abstinuit, nec plerique alii prosae scriptores.

Pag. 58. *l.* 1. Ἡ τέρψις) Pindar. Nem. IV:

Ἄριστος εὐφροσύνα
Πόνων κεκριμένων
Ἰατρός. αἱ δὲ σοφαὶ
Μοισᾶν θυγατέρες ἀοιδαὶ,
Θέλξάν νιν ἁπτόμεναι &c.

WASS. Ἐκπλήσσει Th. Mag. hic & infr. c. 87 exponit ἐκβάλλει. add. ibi Schol. & Aeschyl. Prometh. 134.

ead. l. 2. Πάσης γῆς) Haec fuse persequitur Isocrates Paneg. p. 70. WASS.

ead. l. 4. Τὰ αὐτοῦ) Non videtur admitti posse marginis lectio: alteram autem recte Valla interpretatur. Steph. Valla vertit, *ut non magis hinc nativis bonis fruamur.*

ead. l. 8. Ξενηλασίαις) Huc respicit Plutarchus Lycurgo p. 36, ubi legendum γυναικὸς ἱερᾶς, non ἱερῶς. vide Aristot. Polit. II, 9. Wass. De ξενηλασίᾳ Lacedaemoniorum vid. I, 144; & Spanh. ad Aristoph. Ran. v. 461.

ead. l. 9. Ἢ μαθήμ.) Plutarchus in Lycurgo: Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀθροισμένους &c. Sed & advenas nulla causa utili irrepentes in urbem abegit, non (ut Thucydides autumat) veritus, ne instituta sua effingerent, & aliquem haurirent ad virtutem profectum, quin potius ne doctores alicuius noxae forent. Huds.

Pag. 59. *l.* 10. Καίτοι — φαίνεσθαι) Dion. Halic. pag. 135, ἡ παρὰ τοὺς χρόνους τῶν ῥημάτων ἐκβεβηκυῖα τὸ κατάλληλον φράσις, τοιαύτη τις ἐστὶ, inquit. Wass. In Dionys. quoque est ἀτολμοτέροις. Parum interest, utro modo legatur.

Pag. 60. *l.* 2. Φιλοσοφοῦμεν) De Periclis cum Anaxagora aliisque Philos. consuetudine, adi Plutarch. 154, 162; & Moral. 353 B. infra pro πένεσθαι perperam exhibet idem Moral. 533 πενίαν, & ἐργ. μ. διαφ. vid. Demosth. Amat. 163. Idem.

ibid. Πλούτῳ τε ἔργου) Cl. Wasse adscripserat locum e c. 43 huius lib. ἐν ᾧ ἡ δόξα αὐτῶν παρὰ τῷ ἐντυχόντι ἀεὶ καὶ λόγου καὶ ἔργου καιρῷ ἀείμνηστος καταλείπεται. Eo vulgata scriptura & interpretatio Schol. satis confirmatur.

ead. l. 8. Ἀπράγμονα) Vid. Isocrat. p. 143. Wass.

ead. l. 12. Διαφερόντως — κινδύνων) Stobaeus 88 pro ὃ legit ὡς. supra, λόγους. Adi Platonem Gorg. 315 c. Idem.

Pag. 61. *l.* 1. Ὃ τοῖς ἄλλ. &c.) Istud ὃ aut vacat, aut idem est, quod καθ' ὅ. Huds.

ibid. Θράσος) Ita Codices, recte. minus eleganter Lucianus, haud infacetus scurra, θρασεῖς Epist. ad Nigrinum. Vide nos ad Sallustium. Noster Herodotum aemulatus est VII, 49: Ἀνὴρ δὲ οὕτω ἂν εἴη ἄριστος, εἰ βουλευόμενος μὲν ἀῤῥωδέοι, πᾶν ἐπιλεγόμενος πείσεσθαι χρῆμα, ἐν δὲ τῷ ἔργῳ θρασὺς εἴη. Wass. Lucianus l. d. ἡ ἀμαθία μὲν θρασεῖς, ὀκνηροὺς δὲ τὸ λελογισμένον ἀπεργάζεται. Sententiam Thucydidis, non verba exprimere voluit. Et sic Plutarchus in iis, quae annotantur ad pag. 60 l. 2. Ὄκνον per ἀκυ-

ϱολογίαν hic dici, pro μέλλησιν, ſcribit H. Stephanus IV Schediaſm. 27.

ead. l. 3. Γιγνώσκοντες) Γινώσκοντες etiam Stobaeus. male. WASS.

ead. l. 5. Ἠναντιώμεθα) Heſychius in ἤντησεν, ſcribit apud Thucydidem eſſe ἠντιώμεθα, pro ἐναντιώμεθα. Si huc reſpexit, vel aliis Codd. uſus eſt, vel erravit.

ead. l. 9. Ὀφείλημα) Cl. a manu prima ὄφλημα: male omnino; illud ἐκ δανείου, hoc vero ἐκ καταδίκης. mendoſe etiam Dion. Halic. 407, 28 ὀφελήματα. De hac ſententia ad Ariſtotelis Eth. p. 201, 1, lectorem remitto. WASS.

ead. l. 13. Παίδευσιν) Sed audi ſalem Laconicum. Ἐπαινοῦντός τινος τὰς Ἀθήνας, Εὐδαμίδας ἔφη, Καὶ τίς ἂν ταύτην τὴν πόλιν δεόντως ἐπαινοίη, ἣν οὐδεὶς ἔστερξε γενόμενος βελτίων; Homerum aemulatur, qui Ὠκεανὸν θεῶν γένεσιν dixit. Stephanus male, opinor, explicat *magiſterium*, nec bene Th. Magiſter. IDEM. Valla, Stephanus, & alii, qui παίδευσιν hic vertunt *magiſterium*, pro *magiſtram*, eadem figura utuntur, qua Thucydides. Thomas Magiſt. in παιδεία ad hunc locum non reſpexit. Definit παίδευσιν παιδείας καὶ ἀρετῆς παράδοσιν. Hoc deſcripſit ex Ammonio, Ammonius e Platonis Ὅροις in fin. Sed additis de ſuo verbis καὶ ἀρετῆς, & aliis quibuſdam. Eudamidae dictum eſt in Plut. apophth. Lacon. p. 391.

ead. l. 14. Ἐπὶ πλεῖστ' εἴδη) Scholiaſtes legit, ἐπὶ πλεῖστ' ἂν εἴδη. quem non itidem hanc particulam in ſequentibus agnoviſſe, ſed μάλιστα εὐτραπέλως legiſſe, credibile eſt: quamvis alioqui nonnunquam repeti voculam illam videamus. STEPH. Sic Thucyd. I, 136: ἐκεῖνον δ' ἄν, εἰ ἐκδοίη αὐτὸν — σωτηρίας ἂν τῆς ψυχῆς ἀποστερῆσαι. Ariſtoph. Nubib. 1056: Εἰ γὰρ πονηρὸν ἦν, Ὅμηρος οὐδέποτ' ἂν ἐποίει τὸν Νέστορ' ἀγορητὴν ἄν. Plura e Demoſthene & Luciano ſunt in Lexicis.

Pag. 62. *l.* 6. Οὔτε τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν ἔχει — οὔτε τῷ ὑπηκόῳ κατάμεμψιν) H. Steph. in Theſauro ſcribit, eſſe, qui non recte apud Thucydidem ἔχω σοι ἀγανάκτησιν interpretentur, *tu mihi indignaris*, cum ſonet *indignor tibi*, & ἔχω σοι κατάμεμψιν, *reprehendor*, quod ſit contra *reprehendo*: & hac ſignificatione μομφὴν ἔχειν eſſe in Ariſtophane & Euripidis Phoeniſſ. Locus Ariſtoph. eſt Pac. 663, ὧν ἕνεκα μομφὴν ἔχει; & Eurip. l. d. 769, Ἐγὼ δὲ τέχνην μαντικὴν ἐμεμψάμην Ἤδη πρὸς αὐτὸν, ὥστε μοι

μομφὰς ἔχειν, adeo ut *succenseat mihi.* Add. Aeschyl. Prometh. 444, Λέξω δὲ, μέμψιν οὔτιν' ἀνθρώποις ἔχων, i. e. ut Schol. οὐχὶ μεμφόμενος τοῖς ἀνθρώποις, non *reprehendens homines.* Et tamen apertum est, significationem illam harum phrasium hic locum habere non posse. Nam Thucydides non dicit, *urbs haec non indignatur hostibus;* nec *urbs non reprehendit subiectos:* sed, *hostes non indignantur urbi;* &, *subiecti non reprehendunt urbem.* Itaque sententia postulat, ut ἔχειν ἀγανάκτησιν, & κατάμεμψιν hic sit, *praebere, afferre indignationem,* & *querelam;* ut in eo, quod e Thucyd. affert Steph. τὸ λυποῦν ἔχει τὴν αἴσθησιν ἑκάστῳ, ist est, ut ipse exponit, παρέχει. Nec inusitata est haec significatio τοῦ ἔχειν. Menander ap. Stob. Serm. LXXXI, Πατὴρ ἀπειλῶν οὐκ ἔχει μέγαν φόβον. Lucian. Hermot. p. 506, ἱδρῶτα οὐκ ὀλίγον ἔχων (ὁ ἐπ' ἀρετὴν οἶμος) τοῖς ὁδοιπόροις. Et Stephanum deinde sententiam mutasse, intelligi potest ex illius edit. 2 Thucydidis, ubi reprehendens versionem Vallae, *Sola quae nec hosti occurrens irascitur ob acceptam ab illo cladem, neque a subiectis male audit, tanquam indigna quae dominetur,* ita scribit: *Invertit sensum. Nam* ἀγανάκτησιν ἔχει *non de ipsa civitate, sed de hoste dicitur. Soli,* inquit, *hoc contingit, ut neque hostis invadens de clade succenseat: neque ii, qui sub eius sunt ditione, querantur, quod dominatu indignis pareant.*

ead. l. 12. Ἐπαινέτου) Ob eminentiam nominatim laudat. Pindar. Isthm. IV:

> Ἀλλ' Ὅμηρός τοι τετίμα-
> Κε δι' ἀνθρώπων, ὃς αὐτοῦ
> Πᾶσαν ὀρθώσας ἀρετὰν,
> Κατὰ ῥάβδον ἔφρασεν
> ΘΕΣΠΕΣΙΩΝ ἐπέων, λοιποῖς ἀθύρειν.

Notum hac in re Alexandri Magni effatum. & Pindar. iterum N. VII, 5, ά. vid. Themistium Orat. XIX, p. 233, & Philostratum Heroic. p. 691. Agathias Anthol.

> Γνώσεται ἔνθεν ὅσον παρὸς ἔσθενον. οἱ δὲ μὴ γῆρας
> Ὕβρισεν, ἀρκοῦμαι μάρτυρι ΜΑΙΟΝΙΔΗΙ.

Artemidor. III, 67: Τὴν Ἔφεσον συμβέβηκε καὶ αὐτὴν δι' ἑαυτὴν περιώνυμον εἶναι, καὶ πολλῶν ἀξιολόγων κηρύκων τετυχηκέναι. WASS.

ibid. Τῶν δ' ἔργων) Steph. ad interpretationem horum verborum, quam in Var. Lect. contulit Hudf. addit: *Viderint tamen alii, an alium ex his verbis elicere sensum poterunt.*

Pag. 63. *l.* 5. Διὸ δὴ — καθιστὰς) D. Hal. p. 47 καὶ εἰ ἐμήκυνα, & omittit vocem ὁμοίως. WASS.

ead. l. 9. Αὐτῆς) Ne muta genitivum αὐτῆς in dativum αὐτοῖς. STEPH.

Pag. 64. *l.* 4. Πλούτου) Ne hic quidem genitivus in dativum mutandus fuerit. IDEM.

ead. l. 7. Τὴν δὲ τῶν — ἀπηλλάγησαν) D. Hal. pag. 136, ubi ἐβουλήθησαν perperam; voces μετ' αὐτοῦ absunt, uti & copula in καὶ ἐν αὐτῷ, postremo ἀμύνεσθαι, quod non placet. vid. Euripid. Phoen. 1023. WASS. Stephanus in edit. 2: Καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμύνασθαι — ἢ τὸ ἐνδόντες σώζεσθαι. Videtur haec ita ordinasse, καὶ ἐν αὐτῷ (scil. τῷ ἔργῳ, ut Scholiastes exponit) τὸ ἀμύνασθαι καὶ παθεῖν μᾶλλον (de quo itidem Schol.) ἡγησάμενοι, ἢ τὸ ἐνδόντες σώζεσθαι. Ita τὸ ἀμύνασθαι καὶ παθεῖν, idem foret, quod ἀμύναντας παθεῖν. Hoc confirmatur auctoritate aliquot Mss. & mihi melius videtur, quam quod vulgo editur: nam non video, quomodo τῷ ante σώζεσθαι locum habere possit. Si quis coniungenda putet illa, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνασθαι, legendum esset, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνασθαι, καὶ τὸ παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι, ἢ τὸ ἐνδόντες σώζεσθαι: quam sententiam interpres Latinus expressit. Ἀμύνεσθαι, quod non solum Dionys. Halic. sed etiam plerique Mss. & edd. habent, fortassis non reiiciendum est. De hac periodo idem est iudicium Dionysii Halicarn. quod de ea, qua I, 138 Themistoclis vim ingenii describit Thucydides. DUKER. Ἢ τῷ ἐνδόντες, legendum videtur Heilmano; ut haec sit verborum constructio: ἡγησάμενοι, ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνασθαι παθεῖν μᾶλλον (scil. χρῆναι) ἢ ἐνδόντες τῷ (τινὶ) σώζεσθαι.

ead. l. 9. Τοὺς μὲν τιμωρεῖσθαι, τῶν δὲ ἐφίεσθαι) Eleganter. Sic IV, 128: Ἔπρασσεν ὅτῳ τρόπῳ τάχιστα ΤΟΙΣ ΜΕΝ ξυμβήσεται, ΤΩΝ ΔΕ ἀπαλλάξεται. Confer III, 45, 54, IV, 117. V, 69: Ὅτι ἡ μάχη ἔσται, καὶ ὑπὲρ ἀρχῆς ἅμα καὶ δουλείας, ΤΗΝ ΜΕΝ, μὴ πειρασαμένοις ἀφαιρεθῆναι, ΤΗΣ ΔΕ, μὴ αὖθις πειρᾶσθαι. Sic fere VI, 23 & 30. Xenophon. Mem. II, 743: Οἱ χρησιμώτερον νομίζουσι χρήματα καὶ ἀδελφούς, καὶ ταῦτα ΤΩΝ ΜΕΝ ἀφρόνων ὄντων, ΤΟΥ ΔΕ φρονίμου. Strato in Antholog. inedita: Κἀκεῖ Τειρεσίην, ἢ Τάνταλον ἐς πέδον ἕλκε ΤΟΝ ΜΕΝ ἐπ' οὐδὲν ἰδεῖν, ΤΟΝ Δ' ἐπὶ μοῦνον ἰδεῖν. Dioscorides p. 33: Μέσσοθι γὰρ μέγα κῦμα, καὶ οὐκ ὀλίγος πόνος (lege πλόος)

ἔσται ΤΗΣ ΜΕΝ ἐρεσσομένης, ΣΟΥ ΔΕ σαλευομένου. Wass.

ibid. Τιμωρεῖσθαι) Vid. Euripidem Oreſt. 1164. confer eundem Suppl. 857. Idem.

Pag. 65. *l.* 2. Τύχης) Agnoſcit, & cum Schol. explicat Suidas conſarcinator in τύχη. Vide Etymol. & Heſych. qui bonam fortunam intelligunt. Gloſſae *ſucceſſus*. Herodotus, ἐς τοσοῦτον τύχης ἀπίκεο, ad tale gloriae faſtigium. & alibi, ἐπὶ τῇσι παρεούσῃσι τύχῃσι, rerum ſtatu. Wass.

ead. *l.* 12. Ἐνθυμουμένοις) Pronomen ὑμῖν vult ſequi dativum ἐνθυμουμένοις, non accuſativum ἐνθυμουμένους. Steph. Non neceſſe eſt haec coniungi, & ἐνθυμουμένους recte referri poteſt ad praecedentes accuſativos σκοποῦντας, θεωμένους, & γιγνομένους. Ἐνθυμουμένοις ſuſpicor a Stephano ortum eſſe contra Mſſ. & praecedentes edd.

Pag. 66. *l.* 2. Ἔρανον αὐτῇ) Ἔρανον αὐτοί. Roſtg.

ead. *l.* 3. Ἀγήρων) Ita e Thucyd. Pollux II, 14. Wass. Variat ſcriptura etiam infr. c. 44. Vid. Steph. Theſaur.

ead. *l.* 4. Τὸν τάφον) Tyrtaeus:

Ξυνὸν δ' ἐσθλὸν τοῦτο πόληΐ τε, παντί τε δήμῳ,
 Ὅστις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένῃ
Νωλεμέως, αἰσχρᾶς δὲ φυγῆς ἐπὶ πάγχυ λάθηται
 Ψυχὴν, καὶ θυμὸν τλήμονα παρθέμενος.
Τὸν δ' ὀλοφύρονται μὲν ὁμῶς νέοι ἠδὲ γέροντες,
 Ἀργαλέῳ τε πόθῳ πᾶσα κέκηδε πόλις.
Καὶ τύμβος καὶ παῖδες ἐν ἀνθρώποις ἀρίσημοι,
 Καὶ παίδων παῖδες, καὶ γένος ἐξοπίσω.
Οὐδέ ποτε κλέος ἐσθλὸν ἀπόλλυται, οὐδ' ὄνομ' αὐτοῦ,
 Ἀλλ' ὑπὸ γῆς περ ἐὼν γίνεται ἀθάνατος.

Pindarus P. XI: Εἴτις ἄκρον ἑλὼν, ἡσυχίᾳ Τε νεμόμενος, αἰνὰν ΥΒΡΙΝ Ἀπέφυγεν. Vid. Iſocratem Paneg. p. 82. Wass.

ead. *l.* 7. Ἀνδρῶν — τάφος) Stobaeus p. 614. Idem.

ead. *l.* 10. Ἐνδιαιτᾶται) Huc referri poteſt illud Plutarchi 258: Τῶν Ἀθηναίων δέ τινος, ἔπαινον ἐπιτάφιον ἀναγινώσκοντος τῶν πεσόντων ὑπὸ Λακεδαιμονίων, πεδαποὺς οὖν εἶναι νομίζεις τοὺς ἡμετέρους νικήσαντας τούτους; Idem.

ead. *l.* 12. Μὴ περιορᾶσθε τοὺς πολ. κινδ.) Thom. Mag. in περιορῶ ex h. l. oſtendit, περιορᾶσθαι etiam activa ſignificatione dici, pro καταφρονῶ. ſed perperam apud eum editur περιορᾶσθαι.

ead. *l.* 13. Κακοπραγοῦντες) Cf. Demoſth. Coron. 349, 7; Aeſchyl. Perſ. 600; Eurip. Hec. 956, Alceſt. 782. Wass.

Pag. 67. *l.* 2. Ἀλγεινοτέρα — θάνατος) Stobaeus p. 88; ubi voculae ἐν τῷ desunt. Idem. Nec mihi liquet, quae sit illarum sententia. Sed totus locus est δυσνόητος. Portus παραφράζει, quomodo potest. An ubique rem acu tetigerit, non possim dicere.

ead. l. 6. Διόπερ — παραμυθήσομαι) Dion. Hal. p. 47: Οὐ συνέφερε τῷ συμβουλευτικῷ οὐδὲ τῇ προτροπῇ τὸ θρηνεῖν. rectissime. Conf. Plat. Orat. funebris extremo. De Periclis in filii morte lacrimis agit Plut. p. 172. Wass.

ead. l. 7. Ὀλοφύρομαι) Ad ea, quae hic in Var. Lect. annotat Hudson. adde: quam lectionem Valla sibi proponens (sive ex coniectura, sive in veteri libro inventam) reddit, *non magis defleo, quam consolor.* Steph. Ego vero alia omnia. Euripides Hecuba 163, Ποίαν, ἢ ταύταν, ἢ κείναν στείχω; Aelianus V. H. Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ, καλῶν ἐνταφίων μὴ ΑΜΟΙΡΗΣΕΙΝ, εἰ ἐν αὐτοῖς ἀποθάνοι· καὶ γὰρ οὖν καὶ ΠΡΟΚΕΙΣΘΑΙ σὺν τῷ κόσμῳ τὸν νεκρὸν οὐ πάνυ τι ἀδόξως. Vid. Homerum Il. IV, 16. Praesens vim futuri habet apud Virgilium, aliosque. Sed in Historicis Graecis syntaxis haecce rara avis. Cum Mss. facit D. Halicarn. Wass. Spanhem. quoque ad Callim. Hymn. in Del. v. 204 hoc poëtarum proprium esse existimat. Sane poëtae frequentissime enallage illa utuntur, atque etiam in eadem periodo praesens & futurum coniungunt. Homer. Il. ά, 426: Καὶ τότ' ἔπειτά τοι ΕΙΜΙ Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ, Καί μιν ΓΟΥΝΑΣΟΜΑΙ. Anacr. Carm. XXX: Κἂν λύσῃ δέ τις αὐτὸν Οὐκ ἘΞΕΙΣΙ, ΜΕΝΕΙ δέ. Aristoph. Equitib. 1085: Αἰετὸς ὡς ΓΙΓΝΕΙ, καὶ πάσης γῆς ΒΑΣΙΛΕΥΣΕΙΣ. Nec tamen abstinent ea prosae scriptores. Xenoph. III Cyrip. p. 81 ed. Wech. Καθορῶντες ἡμῶν τὸ πλῆθος — ΚΑΤΑΦΡΟΝΗΣΟΥΣΙ, καὶ αὔριον ἘΞΙΑΣΙ πολὺ ἐρρωμενεστέραις ταῖς γνώμαις. Lucianus Dial. Irid. & Nept. Τὸν δράκοντα αὐτίκα ΜΕΤΕΙΣΙ, καὶ ΤΙΜΩΡΗΣΕΙ τῇ μητρί. Idem Dial. Charont. Mortuor. Mercur. & cet. Ὅτι μηκέτι ΔΕΙΠΝΗΣΕΙ πολυτελῆ δεῖπνα, μηδὲ νύκτωρ ἐξιὼν — ΠΕΡΙΕΙΣΙΝ ἐν κύκλῳ τὰ χαμαιτυπεῖα. Aristaenet. II Ep. 1: ἭΚΩ τοίνυν, καὶ ΠΡΟΣΑΞΩ τὸν νέον. H. Stephan. in Append. ad Script. de Dialect. p. 138 observat, usum praesentis pro futuro potissimum conspici in verbo εἶμι, & eius compositis, eamque observationem aliquot poëtarum, Thucydidis, & Demosthenis locis confirmat, ac deinde ex Hom. Il. δ', 161 affert ἐκτελεῖ pro ἐκτελέσει, & Il. κ', 62 μένω pro μενῶ, &

θέω pro θεύσω, ex Eustathii sententia: quibus, si opus esset, etiam alia addi possent. Ad hunc locum Thucydidis autem quod attinet, in eo quidem propter consensum Mss. & Dionys. Halic. nihil muto; nec tamen puto, Graecos promiscue in omnibus verbis hac enallage ita uti, ut praesens & futurum in eadem periodo ponant. Verba Aeliani in annot. Wass. sunt ex I, V. H. 13. ubi etiam vid. Perizon.

ead. l. 8. Τὸ δ' εὐτυχὲς, οἳ) Articulus οἳ cum εὐτυχὲς nullo modo construi potest. ita ergo sententiam exple, τὸ δ' εὐτυχὲς τούτοις ἂν παραγένοιτο, οἳ ἂν &c. vel τὸ δ' εὐτυχὲς τότε ἂν γένοιτο, εἴτινες ἂν τῆς εὐπρ. &c. aut alio simili modo. HUDS. At vid. Heilm. ad h. l.

ead. l. 9. Ὥσπερ) Magis placet particulam νῦν post ὥσπερ poni, ut habes in margine. STEPH.

ead. l. 12. Πείθειν) Confer Lysiam p. 520. WASS.

Pag. 68. *l.* 4. Ξυνοίσειν) Canter. in Syntagm. de rat. emend. Graec. Script. p. 42 legit ξυνοικήσειν, nescio quo sensu. Pro ξυνοίσειν etiam legendum puto ξυνοίσει, quod in nonnullis Mss. est, ut conveniat cum praecedenti ἔσονται. Nam coniungenda videntur illa καὶ τῇ πόλει διχόθεν ξυνοίσει. Infinitivus ξυνοίσειν unde pendere possit, non intelligo. Τοὺς οὐκ ὄντας dici mortuos, sexcentis testimoniis ad Matth. II, 18 ostenderunt prope omnes, qui Nov. Testam. ex aliis scriptoribus illustrare aggressi sunt. DUKER. Ξυνοικεῖν mallet Heilm.

ead. l. 10. Ἀγήρων) Marg. ἀγήρω, & firmat Plutarch. Moral. 783. Sic apud eundem ἔκπλεω, ἀνάπλεω. utroque modo Homerus. Noster hiatus amat. ad senes ἀγήρων eleganter, quomodo Aeschylus Agam. ἡβᾷ, utitur. Ἀεὶ γὰρ ἡβᾷ τοῖς γέρουσιν εὖ μαθεῖν. v. 593. vid. Valerium Flaccum I, 77. Confer Demosth. p. 156 c. WASS.

Pag. 69. *l.* 2. Πρὸς τὸν ἀντίπαλον) Suspicor scriptum potius fuisse τὸ ἀντίπαλον. magis enim Thucydideus hoc loco est neutrius generis usus. STEPH. Stobaeus Aurel. Allob. 1609, p. 224, πρὸς τὸ ἀντίπαλον, quomodo alibi noster. atque ita Cl. eleganter; hos firmat Theon p. 9 & 102. ἀντίπαλα de hostium acie utitur Antiq. VI, 11 D. Hal. ἀντιπάλους vero non pro cetera sua elegantia Plut. Ioseph VII B. 1321: Κἀκεῖνοι μὲν ἴσως ἐπ' ἀλλοτρίας γῆς οὐδὲν ANTIΠΑΛΟΝ εὑράμενοι τοῖς πολεμίοις. Aeschyl. Prometh. 525:

Μηδάμ' ὁ πάντα νέμων
Θεῖτ' ἐμᾷ γνώμᾳ κράτος ANTIΠΑΛΟΝ Ζεύς.

Scio, Demoſtheni alia placuiſſe. Rem vero ſic effert Aeſchylus Agamemn.

Παύροις γὰρ ἀνδρῶν, ἔστι συγγενὲς τόδε
Φίλον τὸν εὐτυχοῦντ' ἌΝΕΥ ΦΘΟΝΟΥ σέβειν.
Δύσφρων γὰρ ἰὸς καρδίαν προσήμενος,
Ἄχθος διπλοίζει τῷ πεπαμμένῳ νόσον.
Τοῖς τ' αὐτὸς αὑτοῦ πήμασιν βαρύνεται,
Καὶ τὸν ΘΥΡΑΙΟΝ ὌΛΒΟΝ εἰσορῶν, ΣΤΕΝΕΙ.

Archilochus:

Τοῖς μὲν τεθνεῶσιν ἔλεος ἐπιεικὴς θεὸς,
Τοῖς ζῶσι δ' ἕτερον ἀνοσιώτατον, φθόνος.

vid. Polybium I, p. 51. Mimnermus:

Δεινοὶ γὰρ ἀνδρὶ πάντες ἐσμὲν εὐκλεεῖ
Ζῶντι ΦΘΟΝΗΣΑΙ, κατθανόντα δ' αἰνέσαι.

Livius alicubi: *Non inviderunt laudes ſuas mulieribus viri Romani. adeo ſine OBTRECTATIONE alienae gloriae vivebatur.* WASS. Τὸ ἀντίπαλον rurſus Thucyd. IV, 92: Πρός τε γὰρ τοὺς ἀστυγείτονας πᾶσι τὸ ἀντίπαλον καὶ ἐλεύθερον καθίσταται. Nec dubium eſt, quin hic quoque melius ita legatur. Infinita ſunt exempla huius uſus adiectivorum in lingua Graeca. Vid. Barneſ. ad Euripid. Androm. v. 603, & ad Anacr. Carm. II.

ead. l. 7. Καὶ οἷς ἂν &c.) Verba primo adſpectu obſcura ſunt: ſed ſi relativi οἷς reſolutio fiat, ſatis clara erunt: καὶ ἐν τούτοις, ὧν ἂν ἐπ' ἐλάχιστα &c. Acacius. HUDS. Haec ſuis verbis effert Plutarch. Moral. p. 242. Apparet tamen, eum legiſſe ἧς cum pleriſque Mſſ. De ἄρσην Th. Mag. p. 21. WASS. Verba Plutarchi in princip. libelli de Mulier. virt. ſunt: Ὁ μὲν γὰρ (Thucydides) ἧς ἂν ἐλάχιστος ᾖ παρὰ τοῖς ἐκτὸς ψόγου πέρι ἢ ἐπαίνου λόγος, ἀρίστην ἀποφαίνεται. Quod Thucydides dicit, ἧς ἂν ἐπ' ἐλάχιστον κλέος ᾖ, id Plutarcho eſt, ἧς ἂν ἐλάχιστος λόγος ᾖ, *de qua quam minimus ſermo ſit.* Hoc melius intelligi poteſt, quam Acacii interpretatio τοῦ οἷς.

ead. l. 8. Ψόγου) Muſaeus: Οὐδέποτ' ἀγρομένῃσι μεθωμίλησε γυναιξὶν, Μῶμον ἀλευομένη ζηλήμονα θηλυτεράων. Paulo ſupra pro πολίεσσιν lege πτολίεσσιν, & πτολίων cum Mſ. Baroc. infra κερδαίνειν. Biantis dictum reſpicit. vid. Laërt. I § 87. Nam, ut ibi Periander § 98, Κέρδος αἰσχρὸν βαρὺ κειμήλιον: ita ſupple ex Stobaeo. Lacunam certe agnoſcit Codex Cantab. WASS.

ead. l. 14. Ἄθλα — πολιτεύουσι) Stobaeus p. 248; ubi πολιτεύουσιν. WASS.

Pag. 70. *l.* 2. Ἄπιτε) Romana formula, *si vobis videtur, discedite Quirites.* Liv. II, 56. vid. Philostratum Vit. Apollon. V, 43, & Platonem Menex. p. 526. Pro ἄπιτε quidam MSS. ἀποχωρεῖτε ex interprete. IDEM. Clar. Wasse recte putat ἀποχωρεῖτε esse e glossa, ut vulgo dicunt, in margine ab aliquo scripta, quae deinde, expulsa vera scriptura, εἰς τὸ κείμενον venerit. Paulo post Dan. non male τῷ πολέμῳ. Sic & alibi.

ead. l. 6. Τὰ δύο μέρη) Alii haec verba intelligunt non de diversis exercitus partibus, ut Portus & Acacius, sed regionis, in quam impressionem fecerunt. HUDS Potius de duabus exercitus partibus intelligendum esse, liquet e cap. 10, & iis, quae ibi annotat Scholiastes. Sententiam Hudsoni in Var. Lection. de supplemento τοῦ κατὰ, non aspernor. Sed tamen fortassis hic quoque locum habere potest nota illa figura, qua pro genitivo nominativus, vel alius casus, ponitur; ita ut Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι τὰ δύο μέρη, idem sit, quod Πελοποννησίων καὶ τῶν ξυμμάχων τ. δ. μ. Multa huius generis ex utriusque linguae scriptoribus habet Periz. ad Aelian. X, V. H. 16, & Sanct. Minerv. IV, 8. Add. Stephan. ad Corinth. Artic. XXXIV, & Gronov. ad Arrian. de Exped. Alex. V, 20.

ead. l. 11. Λεγόμενον) Quae non solum a Scholiaste, sed ab aliis etiam annotantur de ea, quae subest huic loco, structurae anacoluthia, aliter quam λέγομενον legere hic nos vetant: nam λεγομένη cum nomine νόσος optime conveniret. STEPH. Ἡ νόσος — χωρίοις) Corinthus, qui λεγόμενον μὲν πρότερον, omissa copula. Suidas in νόσον ἔχειν: πρὸς τὸ σημαινόμενον ἡ σύνταξις· πρᾶγμα δηλονότι. WASS. H. Steph. ad Corinth. princ. & Artic. XLI, nec non ad cap. 3 huius libri probat sententiam Scholiastae, Thucydidem, cum scripsisset νόσος, subiunxisse λεγόμενον, perinde quasi praecessisset νόσημα. Non rarum est apud scriptores veteres, ut substantivo apponant adiectivum, vel pronomen alterius generis. Vid. Stolberg. ad Sophocl. Aiac. p. 139, 157; & Iac. Gronov. ad Lucian. Gall. p. 163, ubi & e Latinis exempla affert. Quibus add. hoc ex Edicto Aedilium l. 1 § 1. D. de Aedil. Ed. *Item si quod* mancipium *capitalem fraudem admiserit, mortis consciscendae sibi caussa quid fecerit, inve harenam depugnandi caussa ad bestias* in-

tromiſſus *fuerit.* & ex Ulpian. in l. 31 § 17. eod. *In factum actio competit ad pretium reciperandum*, *ſi* mancipium redhibitum *fuerit — Nec de tempore quaeretur*, *an intra tempora* redhibitus *eſſe videatur.* In quibus credibile eſt, animo ſcribentium obverſatam fuiſſe vocem *ſervus.* Locus Homeri apud Scholiaſten eſt ex Od. π', v. 74. ubi Schol: parvus τὸ interpretatur νέφος, & ait, poëtam πρὸς τὸ συνώνυμον ἀπαντῆσαι. Unde quomodo Barneſ. intelligere potuerit, eum hoc, itidem ut Suidam, ad πρᾶγμα referre, ipſe viderit. Kuſterus ad l. d. Suidae recte annotat, aliter hoc expedire Scholiaſten Thucydidis, aliter Suidam. Euſtathius ad Homer. conſentit cum parvo Schol. & Scholiaſte Thucydidis: ἐχρῆν μὲν γὰρ, inquit, εἰπεῖν ἢ μὲν, ὁ δὲ ἄλλως ἐστι τὸ μὲν, τουτέστι τὸ νέφος, ὃ ταυτὸν τῇ νεφέλῃ κατὰ πολυωνυμίαν. Ioach. Camerarius ad Actor. II, 29 putat λεγόμενον hic ita dici, ut ἐξὸν, προσῆκον, δοκοῦν, & alia huius generis, & vertit, *cum dicatur.* Thucydides ſaepe ita utitur participio εἰρημένον. Sed praeferendam exiſtimo ſententiam eorum, qui hoc aliter acceperunt. Hudſonus hic ediderat λεγόμενον καὶ μὲν πρότερον. Scripti & editi, quos vidi, λ. μὲν καὶ π. quod revocandum putavi.

Pag. 71. *l.* 3. Πρὸς ἱεροῖς) Vid. Laërt. in Epimenide p. 71. WASS. Th. Magiſter ita laudat, πρὸς ἱερεῖς ἱκέτευσαν, ἢ μαντείοις: atque inde egregiam obſervationem effingit, Atticos dicere πρὸς ἱερεῖς ἱκετεύω, non πρὸς ἱερέα. Strenue nugatur. Vid. Henr. Stephan. Append. de Dial. pag. 158. Illa, ἀνθρωπεία τέχνη ex hoc loco affert Pollux II, 5. Locus Demet. Phal. in Var. Lect. Hudſ. eſt p. 30 ed. Oxon.

ead. l. 4. Μαντείοις) Non minus placet μαντείαις. STEPH.

ead. l. 5. Τελευτῶντές τε &c.) Id eſt, *finientes*, pro adverbio τελευταῖον, quod Thucyd. aliiſque familiare. HUDS.

ead. l. 13. Ἐσβεβλήκοιεν) Ἐμβεβλῆσθαι legiſſe videtur Aretaeus pag. 6. ſed male. Noſter praepoſition. geminat. WASS. Verba Aretaei pag. 7 edit. Turn. ſunt: ὅθεν οὐδ' ἀπεοικὸς ἐν τῷ λοιμῷ τῷ ἐν Ἀθήνῃσι, μετεξετέρους δοκέειν εἰς τὰ φρέατα ἐν τῷ Πειραιεῖ, ὑπὸ Πελοποννησίων ἐμβεβλῆσθαι φάρμακα.

ibid. Κρῆναι γὰρ &c.) Sc. in Piraeeo. nam ſupra meminit fontis Callirhoës, quae erat in Arce. Vide Fab. Paulinum p. 172, & Meurſii Ceramicum Gemin. c. 14. HUDS.

Pag. 72. *l.* 5. Ἐς τὸ μεταστῆσαι σχεῖν) Vix mihi perſuadere poſſum (inquit Steph.) locum hunc ita ſcripſiſſe

Thucydidem: his enim verbis contentus esse poterat, ἅστινας νομίζει τοσαύτης μεταβολῆς ἱκανὰς εἶναι, aut certe his, ἅστινας νομίζει τοσαύτης μεταβολῆς δύναμιν σχεῖν. quid enim his verbis ἐς τὸ μεταστῆσαι post genitivum τῆς μεταβολῆς opus est? nam certe ipse Scholiastes μεταστῆσαι alio verbo, quam μεταβαλεῖν, nobis non exposuit. Verum si lectionem in textu retinere velimus, dicendum est, illud εἶναι redundare Atticorum more. vel cum Ae. Porto, hanc esse verborum seriem, καὶ τὰς αἰτίας τοσαύτης μεταβολῆς, ἅστινας νομίζει ἱκανὰς εἶναι δύναμιν σχεῖν ἐς τὸ μεταστῆσαι. vel a superioribus inchoanda syntaxis & structura, hoc modo: ἀφ' ὅτου (a quo scilicet loco) εἰκὸς ἦν γενέσθαι αὐτὸ, καὶ τὰς αἰτίας (supple εἰκὸς ἦν) δύναμιν ἐς τὸ μεταστῆσαι σχεῖν. ita ut illa ἅστινας νομίζει τοσαύτης μεταβολῆς ἱκανὰς εἶναι parenthesi includantur. Fab. Paulinus. HUDS.

ead. l. 9. Τὸ μὲν γὰρ — ὄν) Demetr. Phaler. Ὁ Θουκυδίδης πανταχοῦ σχεδὸν φεύγει τὸ λεῖον καὶ ὁμαλὲς τῆς συνθέσεως, καὶ ἀεὶ μᾶλλόν τι προσκρούοντι ἔοικεν, ὥσπερ οἱ τὰς τραχείας ὁδοὺς πορευόμενοι &c. ubi τὸ μὲν δὴ, & ὡμολόγητο. § 48. Confer Cantacuzenum pag. 730. WASS. Addit Demetrius, alium potius & suavius fuisse dicturum, ἄνοσον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθενείας ὂν ἐτύγχανεν: sed ita τὴν μεγαλοπρέπειαν sublaturum fuisse. Praeterit etiam illa, ἐκ πάντων μάλιστα δὴ ἐκεῖνο. Ἔτος ἄνοσον ex hoc loco habet Pollux III, 107. quod Stephanus in Append. ad script. de Dialect. inter vocabula & loquendi genera Thucydidi peculiaria, vel cum paucis communia, habendum putat.

ead. l. 12. Προφάσεος) Ita loquitur Hippocrates Progn. p. 150, & Pseudo-Diocles Epist. οὐδὲ μιᾶς Ar. C. Dissolutione Attica, ut alibi. WASS.

ead. l. 13. Τῆς κεφαλῆς θέρμαι) Thucydidem, veteris comoediae poëtas, & Platonem semper dicere θέρμην, Menandrum τὸ θέρμα, scribit Phrynichus p. 58.

Pag. 73. *l.* 4. Ἐς τὰ στήθη) Εἰς leg. cum Thom. Mag. antea ἐς. WASS. Ita quidem Thomas in βήξ, & hic Reg. Et cl. Wasse in textu Thucydidis pro ἐς scripserat εἰς. Ego antiquandum censeo. Vid. supr. ad c. 4 huius lib.

ead. l. 5. Καὶ ὁπότε — ἐπῆσαν) Descripsit Nemesius c. 20 de Natur. Hom. ubi in edit. Plant. est εἰς τὴν καρδ. & πᾶσαι ὁπόσαι ἀπὸ ἰατρῶν. Καρδία, ut idem Nemes. hic est *os ventriculi*: συνήθως οἱ παλαιοὶ, inquit, καρδίαν καὶ τὸ

στόμα τῆς γαστρὸς καλοῦσιν, ὡς Ἱπποκράτης καὶ Θουκυδίδης: de quo plura vid. apud Foes. ad Hippocrat. II Epidem. 2, & Gataker. II Adversar. Miscellan. 16. Interpres Latinus hic *cor* vertit, forte secutus Lucretium, qui VI, 1149 haec ita effert: *Inde ubi per fauces pectus compleras, & ipsum Morbida vis in* cor *moestum confluxerat aegris.* Victorius XXVII Var. Lect. 17 eo nomine reprehendit Lucretium, quasi qui hanc significationem vocis καρδία, qua Thucydides ea utitur, ignoraverit. Sed Lambinus ad Lucret. & Hieron. Mercurial. I Var. Lect. 1 putant, Lucretium potius imitatione Graecorum, & eadem significatione, *cor* dixisse, qua illi καρδίαν. Hoc benignius est, & mihi verius videtur. Στηρίξαι Gataker. passive, vel reciproce sumi scribit: Stephanus in Thes. neutraliter, pro *steterat*, *constiterat*, ut in verbis Homeri Odyss. μ', 434, & Dioscoridis VI, 1. (Alexipharmacor. cap. 1.) Sed non dubito, quin haec omnia explenda sint accusativo suppresso, hic ἑαυτὸν, vel ἑαυτὸ, nempe ὁ πόνος, vel τὸ κακόν; in Homero ἐμαυτόν; & in Dioscoride ἑαυτό.

ead. l. 8. Λύγξ) Λύγξ κενὴ legit Aretaeus p. 125, & Th. Mag. Wass. In edit. Franeq. Thomae v. λύζω est κενὴ, in Colin. καινὴ, consueto errore scribarum: & in eadem ἐνέπεσε, quod in Fran. ἐνέπιπτε. Κενεὸς, κενεὴ, quibus etiam Homerus utitur, videntur esse e dialecto Ionica, qua Aretaeus scripsit: ut ἀδελφεὸς, ἀδελφεὴ apud Herodotum.

ead. l. 11. Ἀπτομένῳ) Legitur etiam ἀπτόμενον: ego ἀπτόμενον (puto errorem operarum typographicarum esse, & Stephanum scripsisse ἀπτομένῳ) retinens, libenter τὸ μὲν in τῷ μὲν mutarem. Steph. Ἀπτομένῳ servat Lucret. *tepidum manibus proponere tactum.* Confer Aretaeum p. 28, 30. Avicen. II vol. 78 a. Hippocr. § II, 117. Wass.

ead. l. 13. Πελιδνὸν) Suidas h. v. τὰ πελιδνὰ & πελιώματα. *Livores* apud Hippocratem in Coac. Praen. vertente ita Dioscoridem Plinio. πελιδνὴ τὰς παρειὰς ex Sophocle adducit Pollux IV, 141. vid. Gloss. LXX hac voce utuntur Prov. XXIII, 29. Sed recte Alex. πέλιοι: alibi enim πελιόω. Wass. Πελιτνὸν ex Thucydide annotasse Aelium Dionysium scribit Eustath. in Il. I, 735.

ead. l. 14. Ἐκαίετο) H. Steph. ad Ioann. Grammatic. Artic. VII ex Eustathio annotat, Atticos dicere κάειν, pro καίειν. Idem tradit auctor Etymolog. M. in Καίω & Πειῶ. Itaque liber Cass. Attice ἐκάετο.

ead. l. 15. Σινδόνων) Herodotus, Alciphron. WASS.

ibid. Ἢ γυμνὸν ἀνέχεσθαι) Libenter ſcriberem ἢ τὸ γυμνὸν ἀνέχεσθαι. Sive tamen γυμνὸν ἀνέχεσθαι, ſive τὸ γυμνὸν ἀνέχεσθαι ſcribatur, novam loquendi formam eſſe fateor. Quod ſi γυμνοὶ (ut eſt in margine) ſcribere maluerimus, etiamſi ὄντες ſubaudiamus, non minorem, ut opinor, illa ſermonis forma novitatem habebit. Ceterum male Scholiaſtes nos iubet hunc locum perinde intelligere, ac ſi verba ita collocata eſſent, ἥδιστά τε ἂν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν, τῇ δίψῃ ἀπαύστῳ συνεχόμενοι, ἠνείχοντο: tanquam reliqua μεταξὺ poſita ſint. quod alibi dicere potius ſolet διὰ μέσου, id eſt, per parentheſin. Nam poſt ῥίπτειν finitur periodus, & haec verba καὶ πολλοὶ &c. ſunt alius initium, quae tamen alioqui ex ea pendet. In hac autem voces iſtae, ἀπαύστῳ τῇ δίψῃ ξυνεχόμενοι, ad verbum ἔδρασαν ferantur neceſſe eſt, non minus quam πολλοὶ, quod praecedit: & ſimul omnes eius ſint nominativus, ut mos eſt Grammaticis loqui. Sed verbo ἔδρασαν quid faciemus? an cum his vocibus ἐς φρέατα iungemus? Immo cum his ſubaudiri ἀπὸ κοινοῦ puto ῥιπτοῦντες. Non ſecus enim intelligendum hunc locum exiſtimo, quam ſi dictum eſſet, καὶ πολλοὶ &c. (ut in Var. Lect.) STEPH. Apud Galenum, locum citantem, legitur γυμνοί. Quam ſcripturam ſi ſequi maluerimus, ὄντες ſubaudiendum, ut monet Steph. qui etiam legendum putat τὸ γυμνόν. Veterem lectionem omnino retinendam eſſe ſuadet Fab. Paulinus, ut γυμνὸν referatur ad σῶμα. quam coniecturam firmat Ae. Portus, qui interpretatur ἢ γυμνὸν τὸ σῶμα, δηλονότι εἶναι. Vide Fab. Paulinum p. 309. HUDS.

ead. l. 16. Ἀνέχεσθαι) Hanc περίστασιν omittit Lucret. at in morbo regio tale quid memorat alicubi Hippocrates. WASS.

Pag. 74. *l.* 8. Ἐνναταῖοι) Ἐναταῖοι quidam Mſſ. Ita ſcribunt paſſim Mſſ. in Ioſepho, & LXX, in Homero, Heſiodo, aliiſque. & ſane firmat εινατος Iliad. β', 295. IDEM. Vid. ad I, 117.

ead. l. 14. Ἰδρυθὲν) Thom. Mag. ἱδρύθη, οὐχ ἱδρύνθη, & laudat hunc locum, & alium e III, 72, ubi tamen quidam ἱδρύνθη. Et ſic quoque alibi.

Pag. 75. *l.* 1. Περιγένοιτο) Idem Thomas: περιεγένετο, καὶ ἀντὶ τοῦ ἐσώθη καὶ ἔζησε. Θουκυδ. καὶ εἴ τις ἑ. τ. μ. περιγένοιτο.

ead. l. 4. Καὶ πολλοὶ &c.) Lucretius haec ita interpretatur:

Et graviter partim metuentes limine leti
Vivebant ferro privati parte virili.

Quem mentem Thucydidis non assecutum esse existimat P. Victorius, in Var. Lect. 35, 8. Lucretium tamen defendunt Lambinus & Fab. Paulinus, verisimillimum esse existimantes, multos, dum paterentur virilia sibi amputari, mortis periculum effugisse. Vide Fab. Paul. p. 352, 353 &c. Huds. Defendit Lucretium etiam Hieron. Mercurial. III Var. Lect. 12, & non obscure Lambinum plagii insimulat.

ead. l. 7. Ἐπιτηδείους) Non agnoscit Lucretius. Wass.

ead. l. 12. Τετράποδα) Huc respexit Plutarch. Sympos. IX, pag. 733. Idem.

Pag. 76. l. 11. Ἕν τε οὐδὲν) In vet. scriptum est οὐδὲ ἕν. Ceterum in haec verba, ἕν τε οὐδὲν κατέστη ἴαμα, annotatum habemus a Scholiaste, esse schema καινοπρεπές: sed vereor, ne in alia quaepiam verba istud ab eo fuerit annotatum. Nam sub illis verbis, ἕν τε οὐδὲν, agnosco quidem pleonasmum: sed quem, ut opinor, σχῆμα καινοπρεπὲς vocandum non censuisset. Steph. Atticorum esse οὐδὲ ἓν scribere, dicit Corinthus de Dialect. locum hunc afferens. Huds. Corinthus pro ἓν habet εἶν, & pro χρῆν, χρῆ; ut Codd. Ar. & C. Οὐδὲ εἷς & οὐδὲ ἓν obvia sunt: sed εἷς οὐδεὶς pro οὐδεὶς, & ἓν οὐδὲν pro οὐδὲν nova. Explicationes verborum ὅ, τι χρῆν προσφέροντας ὠφελεῖν, quas in Var. Lect. affert Hudson. non assequor, nec scio, cur in illis interpretandis se adeo torserint. Nam simplicissima est sententia, *quod adhibentes iuvare posset*, vel *iuvaret*; sive, ut recte interpres Latinus, *quod adhibitum prodesset*. Non videntur animum advertisse ad hunc usum τοῦ χρῆ. Sed sic rursus Thucyd. IV, 34: καὶ οὐκ ἔχοντες ἐλπίδα καθότι χρὴ ἀμυνομένους σωθῆναι, *quomodo servari possent*, vel *servarentur*. Et Theocrit. XV Idyll. 44: πῶς καὶ πόκα τοῦτο περάσαι χρὴ τὸ κακόν; *quomodo transire poterimus*, vel *transibimus?*

Pag. 77. l. 4. Θεραπείας) Vid. Liv. III, 6. Wass.

ead. l. 5. Ὥσπερ τὰ πρόβατα) Haec verba, ὥσπερ τὰ πρόβατα, potius ad praecedentia, ut opinor, quam ad sequens verbum ἔθνησκον feruntur: etiamsi apud Scholiasten ita, ὥσπερ τὰ πρόβατα ἔθνησκον, habeamus ante istud eius scholium, ὅτι τὰ πρόβατα μεταληπτικὰ καὶ μεταδοτικὰ τῆς νόσου. nam vel hinc intelligimus, eum ad illa referre, ἕτερος ἀφ' ἑτέρου θεραπείας ἀναπιμπλάμενοι: non quod tan-

quam de ovibus dici possit itidem, ἑτέραν ἀφ' ἑτέρας ἀναπιμπλασθαι νόσου. Nam in proverbium propemodum abiit scabiei ovium contagio: quam tamen alioqui & porcis tribuit Iuvenalis Satyra II:

—— dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures: sicut grex totus in agris
Unius scabie cadit & porrigine porci.

Sed mirum certe, si ita locutus est hic scriptor, ut dixerit θεραπείας ἀναπιμπλάμενοι, pro τῆς νόσου ἀναπιμπλάμενοι διὰ τῆς θεραπείας, vel ἐκ τῆς θεραπείας. STEPH. Sed non locutus est ita Thucydides, neque opus est his supplementis διὰ, vel ἐκ τῆς θεραπείας; aut ἕνεκα, vel χάριν τῆς θεραπείας; cum Thucydides ipse dicat ἀπό: cuius verba ita recte accipi possunt, καὶ ὅτι ἕτερος ἀφ' ἑτέρου θεραπείας ἀναπιμπλάμενοι, scilicet τῆς νόσου, i. e. ut Stephanus in marg. edit. suae secundae vertit, *& quod alter ab alterius curatione morbo oppleti*, i. e. *alter ex alterius curatione contagionem mali haurientes.* Nam νόσου, vel φθορᾶς supplendum esse, apparet e Plutarcho in Pericl. p. 311, ita de hac re scribente: ἐῶν ὥσπερ βοσκήματα καθειργμένους ἀναπίμπλασθαι φθορᾶς ἀπ' ἀλλήλων. Livius III, 6 in re simili dicit, *ministeria invicem ac contagio ipsa vulgabant morbos.* Illa, ὥσπερ τὰ πρόβατα, Stephanus recte separat ab ἔθνησκον. Non enim dicit Thucydides, eos mortuos ut oves; sed per ministeria contagionem mali ab aliis ad alios manasse, quemadmodum oves malo contagio vicini pecoris laeduntur, ut ait poëta. Gloss. ἀφὴ νοσοῦντος προβάτου, *contagium.*

ead. l. 9. Μεταποιούμενοι) Suidas in μεταποιεῖσθαι. μάλιστ' οἱ ἀρ. μετ. pro ἀντιποιούμενοι. Plato Polit. ἥκιστα βασιλικῆς ΜΕΤΑΠΟΙΟΥΜΕΝΟΥΣ τέχνης. Hesych. μετασκευάζεται, φροντίζει. Dion. Halicarn. Antiq. VI, 91: Πόλιν αὐτῶν ἐξ ἐφόδου ἀντιλαμβάνεται, ἐπιβαλλομένων μὲν τῶν ἐν αὐτῇ ΜΕΤΑΠΟΙΕΙΣΘΑΙ τινος ἈΡΕΤΗΣ. WASS. Tangit hunc locum Plutarch. περὶ πολυφιλίας in fin.

ead. l. 11. Τὰς ὀλοφύρσεις) Sententiam Stephani de hoc loco ex Annotationibus illius descripsit in Var. Lect. Hudsonus. Antea aliter sentiebat Stephanus. Nam in Append. ad scripta de Dial. p. 93 probarat sententiam Scholiastae.

Pag. 78. *l.* 1. Θνήσκοντα) Pollux III, 104 τὸν δὲ τεθνηκότα. male. πονούμενον pro κάμνοντα haud infrequens. vid. Hippocr. II, 48 Aphor. & Aristophanem Εἰρ. 820. WASS.

ead. l. 5. Τῷ παραχρῆμα περιχαρεῖ) Stephanus in Annotat. suis lectorem remittit ad ea, quae in marg. edit. suae sec. scripta sunt: ubi haec leguntur: Videtur deesse praepositio πρὸς, aut relicta esse subaudienda (quod tamen praeter consuetudinem esset) ante τῷ παραχρῆμα, hoc sensu: *Tum vero ipsi praeter gaudium, quod in praesens percipiebant, etiam levem quandam spem in posterum habebant, se nec ab ullo alio morbo* &c. Vel potius, *vanam quandam spem in post.* Aliter tamen Schol. Graecus vocab. κούφην exponit, quasi ita vocetur ab effectu: sed poëtico epitheto magis conveniens esset eius expositio. Haec Steph.

ead. l. 11. Ὥρᾳ ἔτους) Nisi compertum esset, ὥραν apud Graecos significare fervorem aestatis, (ut docet Casaub. in Athenaeum, p. 159, 980.) mallem cum Meursio legere ὥρᾳ θέρους, aut ὥρᾳ ἦρος, qua phrasi utitur Aristoph. Vide Fab. Paulinum p. 510. Huds. Meursius V. Lection. Atticar. 26 legit ὥρᾳ θέρους, ex auctoritate Galeni, cuius haec verba refert ex I, 5 περὶ ἐπιφορᾶς πυρετῶν: καθά φησιν ὁ Θουκυδίδης· ἀλλ' ἐν καλύβαις πνιγηραῖς ὥρᾳ θέρους διαιτωμένων ὁ φθόρος κατὰ τὸ σῶμα ἐγίγνετο. Sed si Galenus ad verba Thucydidis potuit addere illa, κατὰ τὸ σῶμα, etiam pro ὥρᾳ ἔτους, quod in Thucydide legerat, potuit scribere ὥρᾳ θέρους; quod eadem significatione dici non ignorabat. Et fortassis etiam consulto ita scripsit, ut indicaret hoc de aestate accipiendum: quemadmodum & Plutarch. l. d. θέρους ὥρᾳ πολλῶν ὁμοῦ χύδην ἐν οἰκήμασι μικροῖς καὶ σκηνώμασι πνιγηροῖς ἠναγκασμένων διαιτᾶσθαι. Nam alioqui ὥρα ἔτους etiam de vere dicitur. Herodian. VIII, 4: τῶν γὰρ ὑπερκειμένων ὀρῶν τὰς δι' ὅλου τοῦ χειμῶνος παγείσας χιόνας λύουσα ἡ τοῦ ἔτους ὥρα, i. e. ver, quo nives solvuntur; ut in Virgil. I Georg. 43: *Vere novo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur.* vid. Heins. c. 13 Lect. Theocrit. Graev. c. 2 Lect. Hesiod. & Spanh. ad Callim. hymn. in Cerer. v. 124. Sed & ὥρα solum pro vere apud Homer. Il. β', 468. ubi vid. Eustath. p. 256.

Pag. 79. *l.* 4. Καὶ ὁσίων) Malo ὁσίων, quam ὁσιῶν ab ὁσία, cuius genitivi mentionem facit Scholiastes; dubium alioqui relinquens utram lectionem praeferat. Steph. Vide Capitolin. in Antonino p. 341 edit. Var. Wass. Locus Homeri ap. Schol. est. Od. π', 423. Huc pertinent, quae ad Capitolin. l. d. annotavit Casaubon.

ead. l. 7. Ἐς ἀναισχύντους) Hoc verbum mere poëti-

cum, & Homericam redolens licentiam; de quo vide Fab. Paulinum p. 522. Huds.

ead. l. 9. Τοὺς νήσαντας) Illud νοσήσαντας admitti posse haud reor. Steph. Est sine dubio error librariorum. Aristoph. Lysistr. 269, πυρὰν νήσαντες. Lucian. de Mort. Peregr. p. 560, πυρὰν ὅτι μεγίστην νήσας. Et sic alii: quod Atticorum esse docet Thom. Magist. Νῆσαι πυρὰν λέγουσιν, οὐ συναγαγεῖν, οὐδὲ συνθεῖναι. Νῆσαι autem est σωρεῦσαι. Schol. parv. Homeri ad Odyss. ό, 321, Πῦρ τ' εὖ νηῆσαι, exponit ξύλα σωρεῦσαι, ἕνεκεν τοῦ πῦρ ποιῆσαι.

Pag. 80. *l.* 6. Προσταλαιπωρεῖν) Προταλαιπωρεῖν solus opinor Gr. προσταλαιπωρηθεὶς agnoscit Pollux VI §. 139. Noster alibi ἐπιταλαιπωρεῖν Lib. I, cap. 123. ubi v. Scholiasten. Wass.

ead. l. 10. Τὸ μὲν, κρίνοντες) Ego hic arbitror esse Atticismum, non solum in illo τὸ μὲν, quod respicit ad φόβος θεῶν, sed & in voce κρίνοντες, quae in casu nominativo pro genitivo ponitur. Vide Fab. Paulinum p. 561. Huds.

Pag. 81. *l.* 10. Ἀλλὰ λιμὸν) Achill. Statius Observation. c. 24, & alii, ex hoc loco luce clarius patere putant, diphthongum οι olim eodem sono pronuntiatam fuisse, quo vocalem ι. Qui aliter sentiunt, & ii quidem non pauci, eum suae sententiae nihil obstare credunt. Videndi sunt de hac controversia, qui ex professo de pronuntiatione linguae Graecae scripserunt.

Pag. 82. *l.* 3. Κατὰ κράτος &c.) Oraculum hoc versibus Iambicis senariis pronuntiatum fuisse existimat Fab. Paulinus. atque versum integrum esse, si recte pronuntietur, hoc modo:

Κατὰ κράτος πολεμοῦσι νίκη ἔσσεται.

Reliqua etiam verba facile ad versum accommodari posse:

Αὐτὸς τε παρακαλούμενος ξυλλήψομαι
Καὶ ἄκλητος — — —

Hic vero nonnulla deesse suspicaretur aliquis, quae tertium versum absolverent. Vid. Fab. Paulinum p. 585. Huds.

ead. l. 4. Καὶ αὐτὸς ἔφη ξυλλήψεσθαι) Thom. Magist. in βούλομαι: τὸ φημὶ ἀεὶ πρὸς μέλλοντα καὶ ἐνεστῶτα. Θουκ. ἐν τῇ β', καὶ ά. ε. ξ.

ead. l. 8. Ὅ τι καὶ ἄξιον) Recte quidam MSS. & Schol. ὅ, τι ἄξιον καὶ εἰπεῖν. Wass.

ead. l. 11. Ἔτεμον) Confer omnino Diodor. p. 309 d. Infra pag. 83 l. 3 μὴ abest Gr. minus clare. Idem. Τὸ πε-

δίον potius credo scripsisse Thucydidem, quam τὸ χωρίον, quod est in nonnullis MSS. Erant iam olim diversa genera civium, οἱ ἐκ τοῦ πεδίου, & οἱ πάραλοι. Herodot. I, 59. De Paralo vid. interpretes Stephani ad Ἀκτὴ & Πάραλος. Pertinet huc locus Thomae Mag. Οὐ μόνον παράλιος χώρα, ἀλλὰ καὶ πάραλος. Θουκυδ.

ead. l. 12. Λαυρίου ὄρους) Ὄρους omittit etiam Suidas in ἀργυροῦν, ubi pro οὗ τὰ legit ὅπου ἀργ. prave. Pausan. p. 2, πλέοντι ἐς τὸ πρόσω Λαύριόν τε ἐστι καὶ νῆσος ἐρήμος οὐ μεγάλη, Πατρόκλου καλουμένη. WASS. Λαύριον sine adiectione illa fere dicunt veteres. Schol. Aristoph. Equit. 361 Λαύριον, at 1091 Λαύρειον. Suidas quoque variat. Et in Thucyd. VI, 91 Λαυρείου. Sed ibi itidem alii Λαυρίου.

Pag. 83. *l.* 3. Ὧν καὶ τότε) Alios post ὧν, alios post τότε interpungere, admonet Scholiastes. STEPH.

ead. l. 7. Παραλίαν γῆν) Περαίαν γῆν, & in margine πάραλον. Rostg.

Pag. 84. *l.* 5. Ἑρμιονίδα) *Hermione* Herodoto VIII, 73. Polybio, Xenophonti p. 515, Scylaci Ἑρμιών; favent etiam numi. Agrum τὴν Ἑρμιονίδα vocat & Pausanias, cuius temporibus urbs antiqua eversa erat, nova autem IV stadiis a promontorio sita est. Scriptores post Strabonem Thucyd. scripturam servant. Photius Lex. ined. Ἑρμιόνη χωρίον ἄσυλον in Peloponneso, aut civitas, ubi templum Cereris. Qua Deam pompa colebant, Aristocles apud Aelianum de Animal. Lasus Hermionensis apud Athenaeum docuere. Templum ibi χθονίας a piratis expilatum, auctor Plutarchus in Pompeio. Idem πορφύρας Ἑρμιονικῆς in Alexand. meminit. De urbis origine adeas Herodot. & Athenaeum. Vide item Suidam v. ἀνθ' Ἑρμίωνος & Ὑπερίδης. WASS.

ead. l. 7. Πρασιὰς) Noster rursus huius urbis meminit VII, 18, VIII, 95. Apud Pausaniam Βρασιαὶ, atque ita citat Stephanus. Polybius, Scylax, Ptolemaeus Πρασία scribunt. Sic etiam Eustath. Odyss. Ω', p. 1967. Pluraliter effert Polyaenus, ἐν Πρασίαις. Pausaniae scriptura mendosa est. IDEM. Aristoph. Pac. 241, Ἰὼ Πρασιαὶ τρισάθλιαι.

Pag. 85. *l.* 7. Ἄγνων) Ἀθηναίους δεδαπανηκότας εἰς τὴν πολιορκίαν, ait Diodorus p. 310 d. πλείω τῶν χιλίων ταλάντων. v. Nostrum II, 70. IDEM.

Pag. 86. *l.* 10. Μετὰ — ἐγένοντο) D. Hal. p. 232, 5. IDEM.

ead. l. 11. Τοδεύτερον) Τὸ δεύτερον etiam Dionys. Halic.

Infra μὲν abest Dion. Halic. prorsus male. & πρὸς αὐτοὺς loco ὡς αὐτούς. WASS.

Pag. 87. *l.* 9. Καὶ προσδ. — εἴκετε.) Dionys. Halic. p. 158. Deinde, ibidem, Ἐγὼ — διασώζεται. IDEM. Τὰ τῆς ὀργῆς ὑμῶν, pro ἡ ὀργὴ ὑμῶν. Steph. Append. ad script. de Dialect. p. 179, ubi plura huiusmodi vide. Aristides Rhetor, cum in oratione quadam aliquanto gloriosius de eloquentia sua praedicasse visus fuisset, inter alia etiam Periclis exemplo se defendit. Oration. Tom. III, p. 950.

ead. l. 13. Ἡγοῦμαι) Huc spectat Hierocles apud Stobaeum pag. 229, 20. WASS.

Pag. 88. *l.* 3. Κακοτυχῶν) Agnoscit Pollux III, 99. Κακοτυχὴς Euripides. IDEM.

ead. l. 7. Ἐκπεπληγμένοι) Magis rationi consentaneum est, ut dicat Pericles ἐκπεπληγμένοι, quam πεπληγμένοι: nisi forte hoc simplex compositi illius accipere significationem dicatur. At ego memini quidem & aliud compositum καταπεπληγμένοι in illa τοῦ ἐκπεπληγμένοι significatione legere, verum simplex πεπληγμένοι non item. Dum autem hoc scribo, venit in mentem pag. 91 locus, in quo καταπεπληγμένους ab eodem ad eosdem eadem de re dici videmus. STEPH.

ead. l. 8. Καὶ ἐμὲ). Cl. Gr. καὶ ἐμέ τε. bene. WASS.

ead. l. 10. Καίτοι — κρείσσων) Dionys. Halic. l. d. ubi οἴομαι ἥσσων εἶναι. bene. Enarrator Hermogenis eadem haec laudans perperam legit ἥττων εἰμί. quem corrige. Confer eundem pag. 75, & nostri imitatorem Demosthenem de Coron. p. 355 ed. Genev. IDEM. Lucian. de Saltat. pag. 800: Καὶ ὅπερ ὁ Θουκυδίδης περὶ τοῦ Περικλέους ἔφη, ἐπαινῶν τὸν ἄνδρα, τοῦτο καὶ τοῦ ὀρχηστοῦ ἀκρότατον ἂν ἐγκώμιον εἴη, γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι αὐτά.

ead. l. 12. Φιλόπολις) Τὸ ἦθος addit Pollux IX, 26, tanquam e Thucyd. usi Isocrates, Plato, Aristoph. & noster infra non semel. WASS. Ulpian. in Oration. Demosthenis de Pace pag. 41: Ποιεῖται σύστασιν τοῦ οἰκείου προσώπου, ὁποίαν ὁ ῥήτωρ ὁ Περικλῆς παρὰ Θουκυδίδῃ ποιεῖται, ὅτι καθαρὸς παντὸς λήμματος καὶ ἀδωροκήτως δημηγορεῖ.

ibid. Ὅ, τε — πωλοῖτο) Dionys. Halic. l. d. ubi φράζει. WASS.

Pag. 89. *l.* 6. Καὶ γὰρ — κακουμένοις) Dionys. Halic. 159, ἐκεῖνα, inquit, τεθαύμακα, ὡς νενοημένα τε ἀκριβῶς, καὶ ἡρμηνευμένα περιττῶς, καὶ συγκείμενα ἡδέως. IDEM.

Pag. 90. *l.* 4. Δοῦλοι — ὀρεγόμενον) Dionyſ. Halicarn. l. d. WASS.

ead. l. 8. Ἀντιπάλοις) Thom. Mag. h. v. ubi omitit μεγάλην. IDEM.

ibid. Ξυμφοραῖς ταῖς μεγίσταις) Ὑφίστασθαι hac ſignificatione & dativo & accuſativo iungitur: ſed Thucydides etiam alibi ei accuſativum addit, IV, 59: Οἱ δὲ τοὺς κινδύνους ἐθέλουσιν ὑφίστασθαι. Et ſic etiam alii probati ſcriptores. Itaque recepta ſcriptura huius loci non niſi numero librorum Mſſtorum vincit eam, quae in Gr. & Dionyſ. Halicarn. eſt.

ead. l. 13. Ἀπαλγήσαντας) Agnoſcit Suidas h. v. Ceterum ἀπολοφύρομαι Xenophon Ἑλλην. I. WASS. Vallam hic aliam interpunctionem ſecutum eſſe, ante Hudſonum annotavit Henr. Stephanus in margine ſecundae ed. ſuae, deque ea iubet videri Annotationes. Sed in his nihil de ea invenio. Videtur Vallam turbaſſe accuſativus in principio ſequentis periodi, τὸν δὲ πόνον, quem Portus recte interpretatur περὶ τοῦ πόνου. Plura huius generis ſuppeditabunt Stolberg. c 9 de Soloeciſm. & Barbariſmis &c. Perizon. ad Aelian. II, 13, & interpretes Actor. Apoſtol. ad X, 36.

Pag. 91. *l.* 7. Τὴν προσποίησιν) In Thom. Magiſtro v. προσποιοῦμαι, Colin. & Franeq. perperam ποίησιν.

Pag. 92. *l.* 2. Ἢ οὐ κήπιον) Alia eſt lectio, ἢ οὐκ ἤπιον, quam ſecutus eſt Valla: niſi potius ex ἤπιον fecit ἠπίως. Sed altera lectio multo magis mihi placet, in qua tamen non minus vacare negantem particulam exiſtimo. Male autem πρὸς ταύτην idem interpres vertit *apud potentiam:* cum vertendum (meo quidem iudicio) eſſet, *prae hac potentia.* STEPH. Ἢ οὐ pro ἀλλά. atque ἢ οὐ κήπιον veram eſſe ſcripturam exiſtimo, ut colligi poteſt ex Euſtathio in Homerum, Il. μ'. Κῆπος, inquit, καλλωπισμὸς κόμης, καὶ κουρᾶς διάθεσις τῶν ἐν κεφαλῇ τριχῶν. Θουκυδίδης δὲ κήπιον φησί. F. Port. HUDS. Ἢ οὐκ ἤπιον Roſtg. Valla vertit, *Et non potius aequo atque ſedato* (animo.) Ἕνεκα ante αὐτῶν deeſſe putat Stephanus in Append. ad Script. de Dialect. pag. 43 & 102.

ead. l. 10. Ἡμῖν) Cl. Gr. ὑμῖν, & Steph. 1, aliique: modeſtius, ut ſupra. Sed praeceſſit δικαιώσωμεν, quare nihil mutandum. WASS.

ead. l. 11. Ἰέναι — πρόνοια) Dionyſ. Halic. pag. 159. IDEM. Pleraque in hac periodo reprehendit Dionyſius: il-

la autem, ἥ τε τόλμα, ἣν ἀπὸ τῆς ὁμοίας τύχης ἡ ξύνεσις ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος ὀχυρωτέραν παρέχεται, Heracliti tenebris obſcuriora eſſe dicit. Ariſtides Tom. III, pag. 652, ex memoria laudat: ἰέναι δ' ἐπὶ τοὺς πολεμίους, μή μοι φρονήματι μ. ἀ. κ. κ. Ubi dativus μοι, etſi ſaepe alibi πλεονάζει, inconcinne poni videtur.

Pag. 93. *l.* 6. Τῆς τε — ἐπικίνδυνον) D. Hal. 159. Wass.

ead. l. 7. Ὥπερ ἅπαντες ἀγάλλεσθε) Ὥσπερ ἅπαντες ἀγ. & in margine, γρ. ᾧ ὑπὲρ ἅπαντας ἀγ. Roſtg.

ead. l. 12. Εἴτις καὶ τόδε &c.) Sc. τὸ ἐκστῆναι τῆς ἀρχῆς. ſi quis etiam hoc iactat, & vitae tranquillitate nititur &c. Vel εἴτις καὶ τόδε ἀνδραγαθίζεται ἀπρ. pro εἴτις καὶ τόδε ἀνδραγαθιζόμενος τῇ ἀπραγμοσύνῃ λέγει. & ſic rectius forſan legendum οὐ δεδιώς. Ae. Port. Huds.

Pag. 94. *l.* 2. Τὸ γὰρ — τετάγμενον) Stobaeus pag. 87. In hanc ſententiam plura apud Dionem XXXVIII, pag. 84 d. Iul. Caeſar. Wass.

ead. l. 4. Ἀσφαλῶς) Gr. ut apud Homerum. Noſter ἀσφαλῶς quinquies, nec diſſident Mſſ. v. & Aeſchylum Steph. 311. Demoſth. Coron. Idem.

ead. l. 9. Ἐπεὶ — γεγενημένον) Hermogenes p. 267. qui ἐπιγεν. cum Marg. Cam. & πεῖρα, mendoſe. Idem.

ead. l. 12. Παρὰ λόγον) Stephani annot. in Var. Lect. habet Hudſonus. Ita ſe in ſuo vet. lib. inveniſſe ſcribit Steph.

ead. l. 13. Φέρειν) Conf. Demoſth. Coron. 355. Wass.

ead. l. 14. Πολεμίων) Haud ineleganter Dan. τά τε ἀπὸ τῶν πολέμων. Homerus Il. ρ', 243: — πολέμοιο νέφος περὶ πάντα καλύπτει· & ν', 736: Πάντη γάρ σε περὶ στέφανος πολέμοιο δέδηε. Schol. οἱ πολέμιοι. Ioſephus 1149, 9: Εἰ δὲ ἐκείνους εἰσέρχεται φειδὼ πολεμίου, immo πολέμου, ut alibi bis terque. vide 1177. Favet aliquantulum D. Halicarn. Antiq. XI, VII: Εἴ τις ἔξωθεν ἡμᾶς κατάσχοι πόλεμος. & infra, ὁμόσε χωρῇ πολέμοις. Ita Mſſ. & Lapi verſio. Sylburgius male ibi legendum contendit πολεμίοις contra ſeriem orationis. Idem.

Pag. 95. *l.* 6. Νῦν ὑπενδῶμεν) Cl. νῦν μὴ ὑπενδῶμεν, prorſus contra auctoris mentem. Idem pag. 96. l. 2. male μῖσος γάρ. Idem.

Pag. 96. *l.* 1. Ὅστις — βουλεύεται) Plutarch. Moral. p. 73. Et ibi cum Mſ. legendum μείζω, pro μείζονα, & γιγνώσκων. Huc etiam ſpectat p. 535 Pindarus, quem ſequi videtur P. I, 162:

'Αστῶν δ' ἀκοὰ κρύφιον θυμὸν βαρύ-
νει, μάλιστ' ἐσλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις.
'Αλλ' ὅμως, κρέσσων γὰρ οἰκτιρμῶν φθόνος. Idem.

ead. l. 12. 'Επ' αὐτὸν ὀργῆς) Thucydides saepe ἐπὶ cum accusativo pro κατὰ ponit: ob quam causam, & quia etiam alii scriptores Attici ita loquuntur, Henr. Stephanus Append. ad Script. de Dial. pag. 123, hoc Atticum genus loquendi esse putat.

Pag. 97. *l.* 2. 'Ο μὲν πένης) In meo vet. exempl. scriptum est ὁ μὲν δῆμος. Ac mihi nescio quid suspicionis oboritur, aliquem illo πένης hoc δῆμος exponere voluisse: nisi forte adversus hanc lectionem obiici istud potest, δήμου appellationem ultra πενητας extendi. Steph. Gr. Cl. Stephan. 1. Marg. Camerar. δῆμος, recte. πένης & δυνατοὶ non opponuntur, δῆμος & δυνατοὶ perbene. Nec δῆμος tantum *civis*, sed & *vulgus*: ita Glossae vett. Sic apud Homerum δῆμον & ἔξοχον ἄνδρα: apud nostrum, δῆμος καὶ οἱ ὀλίγοι. &, τὰς ἀρχὰς καὶ τὸν δῆμον, V, 28. Magistri etiam δήμου ἐόντα exponunt ἕνα τῶν πολλῶν. Xenophon Cyrop. στέγαι, δ' εἰ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, nempe ducibus, ἀλλὰ οὐ τῷ δήμῳ τῶν στρατιωτῶν, non item gregariis. *Vulgus* apud Sallustium & *nobiles* includit; sed sine gratia, sine auctoritate, addo etiam sine re familiari. Wass. Locus Homeri est Iliad. β, 188: "Ον τινα μὲν βασιλῆα καὶ ἔξοχον ἄνδρα κιχείη; & 198: "Ον δ' αὖ δήμου τ' ἄνδρα ἴδοι. Ubi Schol. parv. δημοτικὸν, τοῦ πλήθους. Sophocl. Aiac. 1090 ἄνδρα δημότην opponit τοῖς ἐφεστῶσι, imperantibus. Add. Camerar. ad Xenoph. Παιδ. p. 374.

ead. l. 8. 'Εζημίωσαν) 'Ογδοήκοντα ταλάντοις, inquit Diodor. pag. 310 b. vid. Aristoph. Acharn. 32. Αὐτὸν non prorsus male omittit Ar. Infra lin. 9 Gr. ὁ ὅμιλος, quomodo Philo & Herodotus. Wass. Respicit ad hunc locum Aristides Tom. III, pag. 401.

ead. l. 11. 'Αμβλύτεροι) Confer Plutarch. Pericl. p. 171. Periclem μεγαλοπρεπῶς σοφὸν vocat Plato p. 425. filios non laudat. Idem.

ead. l. 12. "Οσον τε γὰρ — ὁ ἐς Σικελίαν πλοῦς) Haec e Thucydide descripsit Aristides Tom. III, p. 200. Confer tamen Aristot. Polit. Β', 12. Laudat Max. Tyrius pag. 429. Isocrates 270. Adi Platonem p. 351. Idem.

Pag. 98. *l.* 1. 'Ασφαλῶς) Aristid. ὡς ἀσφαλῶς. & pro ἐπ' ἐκείνου, ἐπ' αὐτοῦ. Idem. Mox etiam ἐπειδὴ δὲ ὁ π.

ead. l. 4. Ἐπιπλέον) Huc ſpectat Libanius Orat. parentali in Iulianum Imp. pag. 363. Ἐπὶ πλεῖον Ariſtides: ſed male omittit ἢ poſt αὐτοῦ. Wass.

ead. l. 11. Καλῶς — ἐπολίτευσαν) Thom. Mag. in πολιτεύομαι. Sed vitioſe in editis ἔσται pro ἔς τε.

ead. l. 12. Ἰδιώταις) Suidas h. v. ἰδιῶται, ἀντὶ τοῦ πολῖται, cives. Sic & Heſychius, qui etiam addit ἐπλίτας, ἀπείρους. vid. Ariſtophan. Wass.

Pag. 99. *l.* 2. Ἀδωρότατος) Plutarch. Pericl. 161, ubi legerim προσφέροντα σωτήρια. Salluſt. *Invictus adverſum divitias.* Pro τε διαφανῶς Th. Mag. h. v. δὲ διαφ. Idem.

ead. l. 3. Οὐκ ἤγετο μᾶλλον) Ariſtid. Tom. III, p. 442. Id.

ead. l. 5. Ἔχων — ἀντειπεῖν) Thom. Magiſt. in ἀξιῶ. Vid. Demoſth. contra Ariſtogiton. pag. 458. Idem. Thomas quoque omittit τι.

ead. l. 6. Πρὸς ὀργήν τι) Omittunt τι Ariſtidis exemplaria, mendoſe. Idem. Variant apud eum etiam alia nonnulla. εἰς aliquoties pro ἐς. p. 98 l. 14 αἴτιον δὲ ἦν, & χρημάτων δὲ, quod & Thomas habet. lin. 5 πρὸς ἡδονὴν λέγειν. lin. 9 ἐγίνετο, & ἔργῳ δ' ὑπό. lin. 10 οἱ δ' ὕστεροι ἴσοι μᾶλλον αὐτοί.

ead. l. 9. Λόγῳ — ἀρχὴ) Plutarch. Moral. 802. In Ariſtide ed. Canterb. p. 202 eſt ὕστεροι, quod, ob hiatum, non improbo. verum paulo ſupra, κατέπληττεν. Noſter vero aliter. Mox lin. 13 καὶ omittit etiam Ariſtides. Wass. Λόγῳ & ἔργῳ, item λόγῳ & ἀληθείᾳ, opponuntur apud Graecos, ut ap. Latinos *verbo* & *re.* vid. Malapſ. ad Ciceron. III ad Attic. 12; Waſſ. ad Salluſt. Iug. XIV.

ead. l. 12. Ὀργόμενοι) Ὀργόμενος Roſtg.

Pag. 101. *l.* 4. Τοσοῦτον — πολέμῳ) Ariſtides III, pag. 202. Wass.

ead. l. 6. Αὐτῶν) Gr. αὐτῷ τῷ π. Cum editis Ariſtides. utraque vox ſine ſententiae diſpendio abeſſe poteſt. Τῶν etiam apud Ariſtid. deeſt. Idem.

Pag. 102. *l.* 3. Καὶ Ἀργεῖος ἰδίᾳ, Πόλις) Diſtinctionis notam poſt ἰδίᾳ delendam cenſeo. Verum utrum Πόλις an Πόλλις verior ſit ſcriptura, ſtatuere non auſim. Πόλλιν τὸν Ἀργεῖον, qui Syracuſis regnavit, memorat Athenaeus, l. 1, pag. 31; atque etiam Πόλις ὁ Ἀθηναῖος apud eundem occurrit l. 2, p. 477. Huds. Πόλις & Πόλλις, proprium, etiam apud alios permutantur. Vid. interpretes Polluc. VI, 15, & Aeliani XII, V. H. 31. Sic qui

Diodoro Siculo XV, 475 est *Polis*, apud Plutarch. Dion. princip. dicitur *Pollis* Spartiates. Nam eundem esse, de quo Plut. & Diodor. agunt, intelligitur e Diog. Laërt. III, 19, 20. *Polin* ducem coloniae Amyclaeorum & Spartiatarum, qui in Creta consederunt, memorat apud Photium Conon Narrat. 36 & 47. Ἰδιαίπολις, quod quidam MSS. habent, potuit oriri ex ι adscripto diphthongi impropriae.

Pag. 103. *l.* 5. Ἔμελλον — περ.) Th. Magister. WASS. Thomas annotat, περαιοῦμαι dicendum, quamvis Thucydides περαιῶ dicat. Apud eum pro ὡς ex hoc loco legendum est ᾧ.

ead. l. 13. Ἀπέκτειναν πάντας) Confer omnino Herodotum VII, 137. IDEM.

Pag. 104. *l.* 14. Ἀμφίλ. ὁ Ἀμφ.) Magnus quidem auctorum dissensus super conditore Argi Amphil. Vide Nonnium ad Goltzii Graeciam, & Strab. pag. 326. Amphilochum ex Apollinis oraculo Argos condidisse, scribit Apollodorus l. 3. sed Amphilochum non Amphiarai filium, (ut Thucydides, Scymnus Chius, aliique) sed eius ex Alcmaeone nepotem facit. Vide Palmerii Gr. Antiq. p. 382 &c. HUDS. Vide Strabonem VII, 326; Apollodorum III, 7; Pausan. II, 18; & Herodotum III, 91. Domum reversus est A. M. 2823, ante Christum natum 1182. Apollodorus Ephorum secutus est, ut ex Strabonis X, p. 462 abunde patet. WASS.

Pag. 105. *l.* 7. Γλῶσσαν) Cl. perperam γλῶτταν. IDEM.

ead. l. 12. Καὶ προσεκαλέσαντο) Si participium vel hoc, vel illud ponatur, nullum copula καὶ locum habebit. Nec vero ea, quam post γρ. habes (ubi scriptum est γρ. καὶ) ad participium pertinet, sed ad illud γρ. id est, *haec quoque scriptura exstat.* STEPH. Loquitur de varia lectione, quae adscripta est margini ed. 2. Steph. & Wech.

Pag. 106. *l.* 5. Στρατείαν) Ita Cl. Gr. recte. WASS. qui sic edi voluit.

ead. l. 7. Βαρβάρων) Chaonas barbaros fuisse, ex h. l. & cap. 80 infr. hoc lib. item e Scymno Chio ostendit Palmer. II Graec. Ant. 2, p. 231.

ead. l. 14. Κρισαίου) Geminant quidem σ Isocrates Plataic. 443, 30. Strabonis exemplaria, & Homerus Hymn. Apollin. quinquies, semel cum Var. Lect. Callimachus Hymn. in Del. Pausanias, Suidas, Plinius, Antoninus Liberalis. Contra Herodotus VIII, 32, Sophocles Elect. Epit.

Strabonis, Pindar. Pyth. V, 49, & Schol. Lycophron. in Cod. Seld. Nonnus Dionyſ. XIII, 358, & Heſych. Etymol. Κρίσα. vid. Schol. Sophocl. Elect. p. 89. In Pindaro Codex Cant. Βαττιδᾶν, & δωδεκαδρόμων, recte. Κρίσσα Ptolemaeus, at Mſ. Coiſlin. Κρίσα. Wass.

Pag. 107. *l.* 4. Βλάπτειν τὸν πλοῦν) Plautus Mil. *Iura te non* nociturum *eſſe neminem.* pro νικηθεὶς fortaſſe reponendum ἡσσηθεὶς. Idem. Nomen ducis, quem memorat Thucydides, Μελήσανδρος an Μελίσανδρος fuerit, non facile dictu eſt. Μελίσανδρον Mileſium, ſcriptorem Homero vetuſtiorem, memorat Aelian. XI, V. H. 2.

ead. l. 9. Νικηθεὶς) Legendum cum Mſ. Cam. ἡττηθεὶς: illud ex interprete eſt. Herodotus paſſim, πολέμῳ ἑσσῶντο. Coniungit alicubi noſter, νικηθέντες & ἡσσῆσθαι. vid. VII, 34. Wass.

ead. l. 11. Ἀλλ' αἵ τε &c.) Haec eodem ordine verborum leguntur in Corintho, quo in Ar. C. & Dan. & mox τοὺς Ἀθηναίους ἀπανίστασαν. Idem ex hoc loco ſcribit, Atticos οὐδὲν μᾶλλον pro οὐ dicere: de quo vid. Stephan. Append. ad Script. de Dialect. p. 25.

ead. l. 15. Καί τινες ἀλλ.) Καί που τινὲς ἀλλήλων ἐγεύσαντο legit Suidas, locum hunc citans: qui etiam ἀλλήλων pro ἑαυτῶν poſitum dicit. Huds. Eſt apud Suidam in ἀλλήλων, ubi Kuſterus verba haec Thucydidis vertit, *& quidam ſui ipſorum periculum fecerunt.* Debuerat audire Portum.

Pag. 108. *l.* 6. Δισχίλια τάλαντα) Χίλια Codd. Ar. & C. Sed Diodor. Sic. XII, 310 ſcribit, ante diſceſſum Agnonis a Potidaea, de quo eſt ſupr. cap. 58, plus mille talenta in eam obſidionem expenſa fuiſſe. Deditio autem demum aliquot poſt menſibus facta eſt, quibus ſumtum augeri neceſſe fuit.

ead. l. 11. Ἔς τε τὴν Χαλκιδ.) Bene quidam Mſſ. ἐπὶ τὴν Χαλκ. Wass.

Pag. 109. *l.* 4. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους) Lectioni margini adſcriptae alii innumeri, qui eandem μετάβασιν habent, loci opponi poſſunt. Steph. Ἔτους Cl. & Gr. minus eleganter, & contra huius morem. Ceterum haec ad finem uſque cap. 74 ob perſpicuitatem laudat Dionyſ. Halic. p. 153, qui & θέρους legit. Wass.

ead. l. 11. Οὔτε ὑμῶν) Dion. Halic. οὐδ' ὑμῶν, uti apud Demoſthenem. Noſter Herodotum ſequi videtur, apud quem οὔτε Ἑλλήνων, οὔτε ἥκιστα invenimus. Lucianus de

Dea Syr. p. 677 οὔτε Ἱερέων. Ab Homeri aevo vocalium elifiones in ufu fuiffe compertum eft. Aliquando tamen retinentur, quando hiatum quafi captant auctores, vel ordinis & pofiturae varietatem: denique ut verfuum moduli rei naturae, quam tractant, accommodentur. De his multa paffim Grammatici. v. Stephanum in Paralipom. p. 70. Utrum vero in fcribendo femper omiferint vocalem ante alteram veteres, non prodiderunt. Περὶ & πρὸ vocalem perpetuo retinent, quamvis fequatur vocalis. Primo migrare folet praecedens tenuis in afpiratam. Hoc nos docent lapides, & Codices caftiffimi. Circa Ol. CXXIV, non longe poft Thucydidis tempora, Monumentum Adulitanum exhibet ʽΥΦ ʽΕΝ: ΜΕΘ ʽΑ. Infc. apud Gruterum U. C. 676, Ol. CLXXV, eiufdem fcripturae legem fervat ʽΑΦΟΥ, nullo inter voculas fpatio relicto. Foedus Prianf. & Hyerapytn. inter Marmora Oxonienfia antiquiffimum habet ΑΦΩ & ΑΦΑΣ. Epigramma Hermarum ftelis infcriptum, & ab Aefchine laudatum, confentiente Aemilii Porti codice πεδ' Ὅμηρος. Epig. in Afclep. apud Gruterum 634, 1, ΠΑΙΔΕΙΗΣ ΘΙΕΡΗΣ. & ΣΩΜ. Ibid. 701, 10, ΜΗΤΕΡΑ Τ ΑΡΣΟΓΕΝΗ. 769, 4, ΜΝΗΜ ΑΡΕΤΗΣ. 769, 4, ΣΩΜΑΓΕΠΑΥΣΕ. 810, 3, ΟΥΜΟΣ ΠΟΣΙΣ. Confer 869, 9. Infc. in Menandrum pag. 1037, 1, ΚΑΤ ΟΦΘΑΛΜΟΥΣ, & ΤΗΣ ΔΕ Γ ΟΜΗΡΕΙΗΣ. 1035, 12, ΚΟΥΚΕΤΙ. 1036, ΜΟΙΡ ΕΠΕΚΡΑΝΕ. 1068, 1. ΔΙ ΟΛΟΥ. Apud Raphael. Fabrettum III, 448, ΤΟΥ Τ ΕΠΑΘΟΝ. Infc. apud Whelerum p. 389 circa Hadriani tempora ΠΑΡΕΚΑΣΤΟΥ. Altera apud Fabrettum IX, 523, fed Chriftiana, ΠΕΝΤ' ΑΝΔΡΩΝ, & ΑΠ' ΑΝΤΟΛΙΗΣ. X, 442, ΚΑΛΛΟΣ ΔΛΥ ΜΕΤΑ ΜΟΙΡΑΝ. Etiam cum accent. IV, 216, ΔΕΞΙΑ Δ' ΑΝΔΕΤΑΦΗ. & Δ' ΑΙΔΑΝ. Infc. apud Sponium p. 134 Mifcell. ΑΦΕΣΤΙΑΣ. Infc. vetus Cyzicena apud Sponium pag. 336 ΥΦΕΑΥΤΩ. Altera apud Gruterum circa tempora βασιλικῶν, ut ex voce φίσκος patet 749, 4, ΕΦΩ coniunctim. Sed nec apoftrophus neglecta librariis. Nam in Codice Menteliano VI feculi, Iudic. IX, 48, ΕΦ' ΕΑΥΤΟΥΣ vifitur. Codex item D. Lucae apud Montefalconium in Palaeogr. ΕΦ' ΥΜΑΣ fervat. Codex Bib. Reg. Gall. VII feculi in Epift. ad Romanos 'ΕΦΟΙ̂C cum accent. Apoftrophum neglexiffe puto fcriptores Ionicos. Anacreon tamen 793 Χ' ὅσα, 1069 Χ' ὑπὸ, 855 Θ' ἑορταῖς, & alibi. Hippocratis exemplaria paffim fervant, fed opinor mendofe, οὐχ ὁράται, non οὐκ. ὑφ'

αὐτῶν, οὐχ οὕτως. Arrianus in Indicis pag. 512 ed. Blancard. ἀφ' ἑσπέρης, καθ' ἑκατέρην, ἀφ' ἑνὸς 542, 531; ὑπὸ ἑνὶ, ἐφ' ἁρπαγὴν 352. Luciano longe emendatior ſcriptura in Dea Syria. In Aſtrologia vero, οὐχ ὑποθημοσύνην invenias p. 847 ed. Graev. & 853 οὐχ οὕτω. At in his rariſſime peccat Herodotus in emendatiſſima Gronovii editione, ibique ſemper, ut mihi quidem videtur, librariorum incuria. Semel ille IV, 59, τουθ' οὕτως ἔχει; II, 37, οὐχ ὁ. II, 43, οὐχ ὡς, & III, 1. etiam ἀφ' οὗ II, 44. at alibi recte & ſaepius ἀπ' οὗ, & ἀπ' ἵππου. Aretaeus hac in parte corruptiſſimus eſt. οὐχ ἥκιστα paſſim: ἀνθ' ἑτέρων: καθ' ὥρην: ἐφ' ἧ, ἐφ' ἕλκεσι: ἀφ' ὧνπερ: ἀφ' ἕλκεος: ἐφ' ἡμέρης. Sed haec & alia bene multa, non tam auctori, quam exſcriptoribus deberi, ſuadent ἀπὸ ὑστέρης: ἐπὶ ἑι: ἐπὶ ἧσσον: ἀπὸ ἥπατος, aliaque huiuſcemodi. Haec fuſius adducta ſunt a nobis, non tam ob Thucydidem, quam ſacros utriuſque Teſtamenti ſcriptores, in quibus variant etiam venerandae antiquitatis exempla. En tibi lector pauca e multis. Iosh. II, 26 οὐκ ἕνεκεν, Codex Alexandrinus. Habac. cap. ult. vſ. 17 οὐκ ὑπάρχουσι. Codex Barberini in margine οὐκ ὑπάρξει. D. Marcus V, 3 οὔτε ἁλύσεσι. Bezae liber οὐδέ. Ioan. I, 25 οὔτε ὁ προφήτης. Ibi Mſ. Alex. οὐδὲ, fortaſſe emendatius. Act. XV, 20 οὔτε οἱ οὔτε ἡμεῖς. Sic omnes: vulgatam ſcripturam firmant Conſtitut. Apoſt. & Oecumenius. Act. XIX, 37 Οὔτε Ἱεροσολ. Adde Rom. VIII, 39; 1 Cor. III, 7. Ad hanc formam habes νύκτα ὅλην. Epictetus ſentent. XXVI οὔτε ἵππος; ſed ex officina Stobaei; alias ſemper οὐθ'. Contra Plato apud Laërtium VIII, 81, ἐλθόνθ' ὑπομνήματα. At in opt. ed. Francof. rectius ſcribitur ἐλθόντα. Multa huius ſunt generis apud Thucydidem mihi admodum ſuſpecta, ſed Codices parum iuvant. Idem. De concurſu vocalium adde, quae Hudſonus ad III, 2 annotat e Camerario, qui ad locum Ciceronis in Orator. cap. 44 reſpexit. Et Stephanum in Notis Hudſoni ad h. l.

Pag. 110. *l.* 6. Ἀρετῆς — προθυμίας) Herodoti verba de Plataeenſibus reſpexit. vid. VIII, 1. Οἱ πατέρες οἱ Camer. quomodo & alibi auctor. neglexit Dion. Hal. Wass.

ead. l. 9. Τοὺς ὁρκίους) Formula iuramenti, quo ſe mutuo obſtrinxerunt foederati, exſtat apud Lycurgum Orat. adv. Leocratem, pag. 149 Hanov. Confer Plutarchum in Miltiade. Idem.

ead. l. 15. Ὦ ἄνδρες) Nomini Πλαταιῆς non praefigitur ἄνδρες in veteri libro: quae tamen lectio magis Graecae linguae consuetudinem servare videtur: sicut ante ὦ Ἀρχίδαμε, magis quam Ἀρχίδαμε. STEPH.

Pag. 111. *l.* 11. Ἀρέσκει) Veram lectionem esse puto hanc, καὶ τάδε ἡμῖν ἀρέσκει: (id est, καὶ τάδε ἐστὶν ἃ ἡμῖν ἀρέσκει) etiamsi alteram Valla sequatur. STEPH.

Pag. 112. *l.* 3. Περὶ τῇ &c.) Περὶ πάσῃ τῇ πόλει Dionysius Halicarn. & melius. WASS.

ead. l. 11. Ὅποι) Sic & Dion. Hal. puto non bene. IDEM.

ead. l. 13. Παρακαταθήκην) Agnoscit D. Hal. & Phrynichus, qui, Hippias παραθήκην, inquit. Nostrum sequuntur Demosth. Aesch. Isocr. Aristot. Polyb. Iosephus 1144, Pausan. Pollux, Moeris Atticista. & ita locum hunc citat T. Magister. παραθήκη ab Herodoto est: usi Phocylides, Plutarchus, & recentiores. Apud Clementem lege cum Ottob. παρακαταθήκην, uti & 2 Macc. III, 10, 15 ex Alexand. Sed Tobit. X, 13 nescio an contra MSS. reponendum sit παραθήκη: phrasis est Herodotea, nec semel tantum invenitur. IDEM.

Pag. 113. *l.* 2. Μέχρι δὲ τούτου) Τούτου quoque Dionys. recte. τοῦδε praecesserat. IDEM.

ead. l. 7. Τοιάδε) Quidam MSS. τάδε. Ita vix alibi noster. & Dion. Halic. τοιάδε. IDEM.

Pag. 114. *l.* 3. Ἀδύνατα) Sic etiam Dion. Hal. & supra εἰ δέοι, quomodo legendum. IDEM.

ead. l. 7. Θεοὶ ὅσοι) Confer Euripid. Phoeniss. v. 494. IDEM. Plura loca scriptorum veterum, in quibus urbes, vel regiones ἔχειν dicuntur Dii, in quorum tutela eae sunt, leg. apud Spanh. ad Callim. hymn. in Pallad. v. 53.

ead. l. 8. Ξυνίστορές ἐστε) In Cass. ξυνίστορες ἔστε, ut legendum putabat Stephanus. Paulo post Thom. Magist. in συνώμοτον, ἐκλιπόντων δὲ τῶνδε π. τ. ξυνώμ. ut quidam MSS. quod non improbandum, ac simul post ἀδίκως distinctionem cum Cod. Cass. ponendam putem.

ead. l. 10. Εὐξάμενοι) Post εὐξάμενοι additum ex veteri fuit ὑμῖν. STEPH. Non intelligo, quid velit. Nam iam dudum ante secundam illius edit. in Vasc. & Bas. legebatur ὑμῖν. Nec dubito, quin etiam in aliis sit, cum ex iis nullam varietatem annotaverit Hudsonus.

Pag. 115. *l.* 1. Ἐπιθειάσας) Suidas h. v. τινὰ ἐπιθειάσας pro τοσαῦτα, hinc emendandus. Explicat τὸ θεῖον εἰσ-

δεδεγμένος, θεοφορούμενος. Cave credas. Supra, ἐς ἐπιμαρτυρίαν θεῶν κατέστη, *obtestatus*: & sic vertendum, hic & infra. Obiter emenda Hesych. ἐπιθεάψει. leg. ἐπιθεάζει. WASS. Suidas quidem non male ita explicat ἐπιθειάσας: nam Pollux I, 16 inter verba, quae de vatibus dicuntur, ut κατασχεθῆναι, καταληφθῆναι, πληρωθῆναι θεοῦ, & alia, etiam ponit ἐπιθειάσαι. Sed perperam ita interpretatur hunc locum, quod etiam Kusterus observavit. In Cod. Cass. hic est scholion κατευξάμενος. Auctor Etymolog. M. θειάσας primum exponit τὸ θεῖον εἰσδεδεγμένος: deinde addit, ὁ δὲ Μιλήσιος παρὰ τῷ συγγραφεῖ, θεοὺς ἐπικαλεσάμενος καὶ κατευξάμενος. ἔστι γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐπιθεάζειν. Voluit interpretari vocem ἐπιθειάσας in hoc loco Thucydidis, quem alibi quoque κατ' ἐξοχὴν συγγραφέα vocat; sed non recte Milesium dicit pro Archidamo, ut ibi observat Sylburgius. Θειάσαντες est in Thucydide VIII, 1; ubi vide Scholiasten.

ead. l. 2. Περιεσταύρωσεν — ἐξιέναι) Corinthus. Voc. δένδρεσιν agnoscit etiam Th. Magister. WASS. Corinthus etiam καὶ πρῶτα habet. Περιεσταύρωσαν sive in exemplari suo invenit, sive de se posuit, sine detrimento sententiae scribi potest. De σταυρώσει in obsidionibus urbium vid. Casaubon. ad Polyb. Lib. I, p. 179. Et de constructione aggerum e ligno, lapide, & terra, Lips. II Poliorcet. 3. Quod Corinthus & Scholiastes iubent annotari τὸ δένδρος casu recto, de eo agit Stephanus Animadv. in Libr. de Dial. p. 25, qui nominativum τὸ δένδρος inusitatum, obliquos autem in usu esse dicit.

ead. l. 5. Αὐτῶν) Τῶν Πλαταιέων, ut Portus in Var. Lect. cum praecedat πόλιν. Thucyd. I, 136: φεύγει ἐς Κέρκυραν ὢν αὐτῶν εὐεργέτης. Et sic alibi. Vid. ad I, 3.

ibid. Ξύλα — χῶμα) Habet Suidas in φορμηδόν. WASS.

ead. l. 7. Φορμηδὸν) Vid. Scholiast. Hesych. & Herodot. VIII, 71. IDEM. Add. Casaubon. ad Aeneae Tactic. cap. 32, & Scholiast. Thucyd. IV, 48.

ead. l. 8. Ἐφόρουν — ἐπιβαλλόμενον) Suidas in ἐφόρουν, ubi est τὴν ὕλην, & ἀνύσειν. De phrasi ὕπνον καὶ σῖτον αἱρεῖσθαι Leopard. VII Emendation. 14.

ead. l. 13. Ξεναγοὶ) Ms. Biblioth. Coislin. cuius Catalogum summo viro B. Montefalconio debemus, pag. 237 explicat ξεναγῶν, ξενοδοχῶν. Verum, inquit, apud Thucydid. οἱ τῶν μισθοφόρων ἄρχοντες &c. Schol. exscribens. Vid.

Hesych. Pollucis Mſſ. ξεναγωγὸς ex interprete habent non uno loco. Xenoph. pag. 503 τοὺς ξεναγοὺς, & pag. 518 ξεναγεῖν τοῦ ξενικοῦ. Suidas in ξεναγῶν, οἵτε ξεναγοὶ ἐκ πάσης πόλεως ξυνεφεστῶτες κ. ἑ. τ. ἑ. Wass. Add. Herald. I Adverſar. 5.

Pag. 116. *l.* 6. Προκαλύμματα) Confer Ioſephum B. Iud. III, 7, 10. ubi pro γυμνουμένους Codex Busb. γεγυμνωμένους, & pro ὑψοῦν, ἐνυψοῦν. Paulo ſupra etiam legendum πλῆθος ἀθρόον οἰστῶν cum Busb. Rhed. Ruf. Wass. Huc pertinent, quae congeſſerunt Lipſ. V Poliorcet. 9, & Freinshem. ad Curt. IV, 2. Thucydidem prope ad verbum deſcripſit Arrian. II de Exped. Alex. 18: προκαλύμματα δὲ δέῤῥεις καὶ διφθέραι αὐτοῖς ἦσαν, & cet. ubi vir clariſſ. e Mſſ. pleriſque videtur praeferre αὐταῖς, nempe μηχαναῖς, & αὐτοῖς ad longinquius retrocedere dicit. Hoc non bene capio: nam ita dicit Arrianus, πύργους ἐπάνω τοῦ χώματος — ἐπέστησαν δύο, καὶ μηχανὰς ἐπὶ τοῖς πύργοις. Προκαλύμματα δὲ cet. in quibus αὐτοῖς recte referri poteſt ad πύργοις, quod propius eſt, quam μηχανάς.

ead. l. 12. Ἐσεφόρουν) Cf. Ioſephum B. Iud. V, 6. Idem.

ead. l. 13. Ἐν ταρσοῖς — ἐς τὸ διηρημένον τοῦ τείχους) Suidas in ἐνείλλοντες ultimas voces de ſuo addidit: Mſſ. enim non agnoſcunt. Phavorinus Suidam exſcribit. Rurſus Suidas in εἴλλειν pro εἰσέβαλλον, quod priore loco eſt, habet ἐπέβαλον. Sed ibi forte reponendum eſt ἐσέβαλον, quod idem in ταρσὸς agnoſcit: ubi male ἐνείλοντες & τοῦ τείχους, ut ſupra. Vid. Etymologum in ταῤῥοί. Idem.

Pag. 117. *l.* 2. Τοῦτο μὲν ἐπέσχον) Fortaſſe τούτου μὲν ἐπέσχον ſcribendum rectius eſſet. Steph.

ead. l. 10. Ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν αὐτοῦ) A Gr. abeſt αὐτοῦ, ſed perperam. Herodot. IV, 71, ἔνθεν καὶ ἔνθεν τοῦ νεκροῦ. Wass.

Pag. 118. *l.* 7. Βρόχους τε περιβάλλοντες) Confer Ioſephum B. Iud. & Philonem de telorum conſtructione pag. 83. Idem. Haec erat uſitata apud veteres ratio eludendi ictus arietis. vid. Lipſ. V Poliorcet. 8. Ubi etiam de trabibus & ſaxis in eum deiiciendis plura legi poſſunt: nec non apud Caſaubon. ad Aeneae Poliorcet. cap. 32. De ſtructuris lunatis Lipſ. ibid.

ead. l. 11. Ἐγκαρσίας) Marg. Cl. Al. ἐγκαρσίας. utroque modo auctores; ſed hoc melius. Noſter VII, 99 ἐγκάρσιον τεῖχος ἄγοντες. Qua forma Latini *tranſverſas* etiam

trabes dicunt. vid. Salluſt. Iug. 9. neque aliter πλάγιον & πλαγιεύμενον Hippocrates V, p. 167. Wass.

ead. l. 13. Ῥύμη) Exſtat & alia lectio ῥώμη, eademque ſcripturae diverſitas alibi etiam occurrit, & quidem non procul pag. videlicet 128. ſed ῥύμη utrobique libenter retinuerim. Steph.

Pag. 119. *l.* 6. Ἄνευ δαπάνης καὶ πολ.) Hic πολιορκία ponitur εἰδικῶς pro ea ſpecie πολιορκίας, quae mora & temporis tractu peragitur: nam & alia ſpecies eſt, qua per vim (adhibitis ſcilicet machinis & tormentis) urbs brevi expugnatur. Obſervanda eſt etiam figura ἓν διὰ δυοῖν in hiſce verbis: nam ἄνευ δαπάνης καὶ πολιορκίας dicit, pro ἄνευ τῆς δαπάνης τῆς πολ. ſc. ſine iis ſumtibus, qui neceſſario faciendi eſſent ad diuturnam obſidionem. Vid. Iſ. Caſauboni Comment. in Polyb. p. 176. Huds.

ead. l. 7. Φακέλλους) Vocem hanc cum ſimplici λ efferendam docet Caſaubonus ad Euripidis Cyclop. quo modo etiam ſcribunt Heſychius, aliique Lexicographi. Vide Ammonium in voce φάκελος, & Leopardi Emend. l. XI, c. 15. Huds. Hippocrates de morbis mulier. p. 182, φρυγάνων φάκελλον μαλθακῶν. Aelianus apud Suidam φάκελλον βύβλου. Cl. Gr. φακέλους ſcribunt. Atque ita bis Ariſtoteles in Metaph. ſine Var. Lect. Ioſephus, & D. Halicarn. in Mſſ. Vatic. Heſychius, Phavorin. & Th. Magiſter ex Syneſio. Ammonius, & Luciani Schol. Tom. 2, p. 13. Denique φ. ὕλης ἀργείας legit Ammonius. Herodot. IV, 62 φρυγάνων φάκελοι. ita & 67. & Baroc. Wass. Suidas haec laudans itidem φακέλλους legit. Quid in Ammonio ſit ἀργείας, vel, quod pro eo habet Th. Magiſt. ἀγροίας, non intelligo. Sed utrumque hunc locum ante oculos habuiſſe apertum eſt. Itaque ea recte a Leopardo deleri puto.

ead. l. 8. Ταχὺ — ἐδύναντο) Suidas in ἐπιπαρένησαν, quod exponit ἐσώρευσαν. vid. Heſych. in παρενήνευον, & Herodotum. Homer. Odyſſ. ά, 148, & π', 51. Suidas in παρένησαν eadem iterat, ſed pro πόλεως habet ὕλης, male. hinc ergo corrige, quod non fecit Kuſterus. Πολυχειρίαν agnoſcit Pollux II, 149. ut πολυχοιρανίη apud Homerum. Uſus haud ſemel Dionyſ. Halic. Heſychius ex poëta quodam promit πολυχερία. Wass. Ἐπιπαρενῆσαν, ab ἐπιπαρενίημι, legit Heilm.

ead. l. 14. Τριφθεῖσα ὑπ' ἀνέμων) De ſilvis ita inflam-

matis est apud Scaligerum ad Severi Aetnam v. 362.

Pag. 120. *l.* 14. Ἀρκτούρου) De Arcturo vide Scaligerum ad Manilium. Huds.

Pag. 121. *l.* 7. Γυναῖκες — σιτοποιοὶ) Tangit morem Graecorum, apud quos hoc mulierum munus erat, ut fruges pinserent, panem coquerent, & alia ad victum pertinentia pararent: de quo Feith. in Antiquitatib. Hom. IV, 3. Add. Plaut. Mercat. II, 3, 62, & Terent. Adelph. V, 3, 60. De Romanis notus est locus Plinii XVIII H. N. 11: *Pistores Romae non fuere ad Persicum usque bellum, annis ab U. C. super DLXXX: ipsi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus erat; sicut etiam nunc in plurimis gentium.* Cui magis credo, quam Plut. Quaest. Rom. LXXXIV. Et rure mos vetus mansit. Ulpian. l. 12 §. 5. D. de Instruct. vel Instrum. leg. *& mulieres, quae panem coquant.*

ead. l. 13. Δισχιλίοις) Diodor. Sicul. L. XII, pag. 311 b. scribit, duces Atheniensium missos μετὰ στρατιωτῶν χιλίων. leg. δισχιλίων. Wass.

Pag. 122. *l.* 1. Ἐστρατήγει &c.) Alter ex his duobus ducibus, qui cum hoc Xenophonte copias ducebant, vocabatur Calliades, de quo Plutarchus in Nicia. Palmer. Verum F. Portus, nescio qua auctoritate, Xenophonti iungit Hestiodorum & Phanomachum. Huds. Phanomachum nominat Diodorus Lib. XII, pag. 311. Wass.

ead. l. 4. Τῶν μὴ ταῦτα) Mss. τῶν οὐ ταῦτα. An οὐ μὴ, ut alibi? Idem. Dan. non male ταυτά. Etiam praeferendum puto προσπεμψάντων: nam προπέμπειν fere aliud est. Eadem varietas est Lib. I, cap. 53.

ead. l. 10. Σπάρτωλον) Ita hic Codd. & mox Σπαρτώλου, & Lib. V, cap. 19, Σπάρτωλος. nec aliter Steph. Vid. Suid. Harpocrat. Hesych. & Schol. Σπαρτωλίων numus Titi apud Goltzium. Wass. In Stephano, & aliis omnibus, praeter Scholiasten Thucyd. est Σπαρτωλὸς, ὀξυτόνως, item in Xenoph. V Graec. p. 561. cuius locum annotavit Vales. ad Harpocrat.

Pag. 123. *l.* 7. Ἀποχωροῦσι) Scholiastes videri posset legisse ὑποχωροῦσι, (quod magis proprie, quam ἀποχωροῦσι, dicitur de iis, qui paulatim se subducunt, antequam fugam arripiant) nisi haberemus ἐνεδίδοσαν, quod satis apte illo exponi videtur. Steph.

Pag. 124. *l.* 10. Ξυμβοηθεῖν) Legitur etiam βοηθεῖν: sed illud compositum ξυμβοηθεῖν in aliis quoque locis exstat,

& quidem pagina etiam 227, & pag. 129. & ξυμβοήθειαν leges pag. 130. STEPH. Βοηθεῖν Rostg.

ead. l. 12. Κεφαλληνίας) Κεφαληνίας Gr. Homerus, Strabo, Polybius, Xenophon, noster, Pausanias, aliique λ geminant. At Scylax, Ptolemaeus & recentiores scripturam Gr. Cod. ubique servant. Inscriptiones apud Reinesium III, 85, & Fabrettum 439 c. Cedren. Anna, D. Chrysost. Libanius Orat. 216, Artemidor. apud Porphyr. de esu Animal. cum simplici λ. Aristotelis exemplaria variant. WASS. Vid. quae annotata sunt ad I, 27, & ad Flor. II, 9.

ead. l. 14. Ἐλπίδα) Quidam MSS. ἐλπίδας. Vid. lib. VIII, cap. 48, & Indic. IDEM.

ead. l. 15. Ναύαρχον ἔτι ὄντα) Particula ἔτι indicat, munus navarchi apud Lacedaemonios certo temporis spatio circumscriptum fuisse. Ex Emmii Republ. Lacon. in fin. intelligi potest, esse, qui ei annum praefiniant, de quo parum constare idem dicit. Si Dodwelli rationes sequimur, Cnemus plus quam annum in hoc imperio fuit. Nam quae supra cap. 66 Cnemo navarcho gesta scribit Thucydides, confert in Maium Iulianum exeuntem anni secundi huius belli; quae autem deinde cap. 90 — 93, in Octobrem Iulianum anni tertii. Et Diodor. Sicul. XII, 311 etiam post hoc tempus, cum gesta sunt ea, quae Thucyd. c. 93 & sq. exponit, Cnemum navarchum Lacedaemoniorum vocat.

Pag. 125. *l.* 8. Κνῆμος) De Cnemo vid. Diod. p. 311 c.

Pag. 126. *l.* 1. Ἐπ' ἐτησίῳ) Ita & in meo veteri. quid si tamen ἐπετησίῳ coniuncte Thucydidem scripsisse dicamus? STEPH.

ead. l. 3. Θεσπρωτοὶ ἀβασίλευτοι) Thesproti secundum Homerum (qui Odyss. ξ, v. 115, Phidonis eorum regis meminit) regio parebant dominatui. sed vel postea (ni fallitur Thucyd.) reges suos abdicaverunt, vel eorum pars fuit quondam sine rege. verum utrum verba Thucydidis de universa gente, an de quadam eius parte intelligenda sint, non liquet. Palmer. in Graec. antiq. p. 261. HUDS.

ead. l. 4. Ἀντιτάνας) Ἀτιντάνας Cl. Gr. vid. Aristot. περὶ θαυμ. 94, 4, Polyaen. IV, 11, 4, & Steph. Lycoph. & Appianum, Livium XXXIX, 12. WASS. Accentus variat. Strabo VII, p. 326 Ἀτιντᾶνες, Steph. Ἀτιντᾶνες.

ead. l. 5. Θάρυπος) Θαρύπου malit Palmerius. Θάροψ quidam memoratur a Diodoro Siculo l. 3, p. 139. HUDS. Palmer. II Graec. Ant. 8 rationem emendationis suae hanc

affert, quod omnibus aliis rex ille Θάρυπος vocetur in recto, non Θάρυψ. Nihil peccasset, si omnes illos alios, vel certe quosdam ex iis nominasset, & quaerendi labore nos levasset. Nam ego quidem nondum alium, quam Pausaniam invenire potui, qui I, 11 Alcetan, Aeacidae, patris Pyrrhi, & Olympiadis, matris Alexandri M. avum, filium Θαρύπου fuisse scribit. Nec Xylandrum alios, quam Pausaniam, scivisse, ex eo colligo, quod ad Plutarch. Pyrrh. princ. ubi hic Θαρρύτας vocatur, annotat, eum Pausaniae esse Θάρρυπον, nec ullum praeterea memorat, qui idem tradiderit. Sed vel sic unius Pausaniae auctoritas sufficere potest ad emendationem Palmerii stabiliendam. Et est facilis & non infrequens in his permutatio. Sic quod in Harpocratione v. Οἰνῆθεν legitur, Κεφάλου μὲν θυγατέρα, Χάροπος δὲ γυναῖκα, pro eo in editis Suidae est Χαρίππου, in Mss. Χαρόπου, ut ad Suidam annotat Kusterus. & in Photio apud Valesium ad Harpocrat. Χαροποῦ. Et contra, quem vulgati libri Livii XXXII, 6 vocant *Charopum*, is in scriptis, & Polybio, ac Plutarcho est *Charops*. Nec dubito, quin in Luciano Dial. mort. p. 313 de Nireo perperam edatur τὸν Ἀγλαΐας καὶ Χάροπος, pro Χαρόπου. Nam pater ei erat Χάροπος, non Χάροψ. Res certa est ex Homer. Iliad. β, 672, Eustathio ad illum locum, & Hygin. Fab. XCVII. Itaque recte in Diodor. Sic. V, 225 viri docti ediderunt Νιρεὺς Χαρόπου καὶ Ἀγλαΐας, pro Χάροπος, quod in scriptis erat. Quinam sint, quos paulo post Παραυαίους vocat Thucydides, mihi non liquet. Sed cogitabam, fortassis eum locutum de Παρωραίοις, quos cum Molossis, Atintanibus, Orestis, & aliis quibusdam, aspera loca in eodem tractu colentibus, iungit Strabo VII, 326.

ead. l. 7. Ὀρέσται) Vid. Lampridium Elagab. VII, & Zonaram in Constantino Mon. Niceph. Bryen. 71. iuxta Athyram ponit Anna Comnena 57, 109. Inter Epirum & Aetoliam posuit Liv. XLII, 38. Adde quae Cellarius profert p. 701. WASS.

ead. l. 12. Διὰ τῆς Ἀργείας) Locus Thucydidis, e quo Palmer. verosimili, ut videtur, coniectura, III Graec. Ant. 6 emendat Ἀγραίας, est lib. III, cap. 106. De Agraeis vid. plura apud eundem IV Graec. Ant. 3; & de Strato III, 5.

Pag. 127. *l.* 3. Κατά τε τὴν γῆν) Τὴν abest Cl. Gr. & al. non bene. WASS.

ead. l. 7. Ἐπέμπον κελεύοντες) Altera lectio ἐκέλευον

πέμποντες, licet inversam orationis structuram habere videatur, minime tamen aliud, quam illarum vocum duarum ordo in ea invertitur: & magis certe est Thucydidea. STEPH. Hanc scripturam fortassis habuit Cod. Stephani. Vulgata est in ceteris omnibus scriptis & editis. Et debuerat alteram illam Stephanus prolatis e Thucydide exemplis confirmare.

ead. l. 10. Τέλη) Vid. Hesych. in h. v. Dionys. Halic. VIII Ant. 65. Noster I, 48 τέλη τῶν νεῶν sine exemplo aut imitatore, opinor, dixit. Herodot. II, 64 ὀρνίθων γένεα, at fortasse rectius τέλεα cum Baroc. & Lambeth. alibi κατὰ τέλεα, *turmatim*, idem. Contra tamen, ut videtur, Mediceus. Confer Ulpianum in Demosth. p. 263. WASS.

Pag. 128. *l.* 1. Καὶ οἱ Ἀμπρακιῶται) Οἱ recte abest. IDEM.

ead. l. 2. Διεῖχον δὲ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων) Thom. Magister: διέχει δοκιμώτερον ἢ ἀπέχει. οἷον δέκα σταδίους ἀπέχει. Θουκυδίδης. διεῖχον δὲ πολὺ ἀ. ἀ. Vana est observatio Grammatici. Thucydides cap. seq. ἣ ἀπέχει σταδίους ὀγδοήκοντα Στράτου. IV, 42: ἀπὸ δὲ τοῦ αἰγιαλοῦ τούτου — ἡ μὲν κώμη αὕτη δώδεκα σταδίους ἀπέχει. Sic VI, 97; VII, 19 & 34. Et omnes alii. Διέχειν eadem significatione dicit Thucydides infra c. 86; III, 22 & 51.

ead. l. 8. Καὶ αὐτοβοεὶ) Emphasin hic habet copula καὶ ante αὐτοβοεὶ ex veteri libro adiecta, ut eum usum habeat, qui particulae *vel* a Latinis daretur, ita haec interpretantibus, *Urbem se vel ipso clamore expugnaturos sperabant.* Quae tamen particula minus locum habebit, si αὐτοβοεὶ reddatur *primo statim clamore*, ut reddere quidam malunt. STEPH. Αὐτοβοεὶ Attici pro παραχρῆμα, Moeris. Ita fere Hesychius. Suidas pro κατακράτος apud Theopompum esse dicit. WASS. Auctor Etymol. M. & alii Grammatici tradunt, Thucydidem hoc vocabulum usurpare de rebus, quae in bello primo statim clamore, id est, primo impetu, perficiuntur. Et sic praeter Thucydidem etiam alii. Itaque si qui sine respectu ad bellum αὐτοβοεὶ pro παραχρῆμα dicunt, hi non prima, sive propria significatione eo utuntur.

Pag. 129. *l.* 4. Οὐδέτερον) Οὐδ' ἕτερον Cass. forte οὐδὲ ἕτερον. V, 97 οὐδ' ἑτέρους Graev. Atque ita in contextu VII, 34, ex libris Stephani opinor. Confer. ib. οὐδετέρων. Cass. Gr. VII, 59. Homerus Il. ξ, 18 οὐδ' ἑτέρωσε: ita cum Schol. rescribendum. Exemplaria fere contrahunt, & Theognis 939. Plato 377 corrupte. Demosthenes de

Rhod. p. 78. Lysias apud D. Halicarn. 145 οὐδὲ πώποτε. Xenophon 135, 194 οὐδ' ὁτιοῦν.

ead. l. 10. Ξυμβεβονθηκέναι) Ξυμβεβηκέναι. Rostg.

ead. l. 12. Δοκοῦσι δ' οἱ Ἀκαρνᾶνες) Pollux I, 150: εὐδόκιμα δὲ — σφενδόνη Ἀκαρνάνων, ἀκόντιον Αἰτωλικόν. Lipsius IV Poliorcet. 2 scribit, Pollucem Acarnanibus tribuere inventionem fundae. Hoc non magis ex his verbis confici potest, quam quia ibidem inter εὐδόκιμα etiam recensentur θώραξ Ἀττικουργής, κράνος Βοιωτιουργὲς, ἀσπὶς Ἀργολική, & alia, omnes illos populos earum rerum inventores fuisse, vel iis a Polluce inventionem earum assignari.

Pag. 130. *l.* 1. Στράτου) Acarnaniae dicit esse cum nostro, & Plinio IV, 1, Stephanus. Aetoliae Livius XLIII, 21. Steph. supra Στράτιον πόλις Ἀκαρνανίας. ubi fortasse legendum, Στρατίη πόλις Ἀρκαδίας. Hanc coniecturam firmant Homerus Il. β, 301, Hesychius, Nonnus Dionys. XIII. p. 368, & Pausanias. Diodorus XIX: Πεισθέντων δὲ τῶν Ἀκαρνάνων, οἱ πλεῖστοι μὲν εἰς ΣΤΡΑΤΟΠΟΛΙΝ συνῴκησαν, ὀχυρωτάτην οὖσαν, καὶ μεγίστην. Repono Στράτον πόλιν. Eandem urbem *validissimam* vocat Livius. Mox Οἰνιάδων rectius, quam Οἰνιαδῶν: nam I, 111 est ἐς Οἰνιάδας. Wass. De Strato Palmer. III Graec. Ant. 5.

ead. l. 8. Κρισαίου) Κρισσαίου Sophocles Steph. p. 114. Κρισαίου Herodotus. κόλπου Stephanus mallet abesse, sed agnoscunt plerique Codices. Vid. mox c. 86. Wass. De Κρισσαῖος & Κρισαῖος est ad I, 107.

Pag. 131. *l.* 2. Ἔπλεον) Ἐπέπλεον bene quidam Mss. Wass. Eadem diversitas scripturae, quae hic est in his ἐπὶ ναυμαχίᾳ, etiam supra occurrit I, 48. ubi vid. Steph.

ead. l. 8. Ἐκ Πατρῶν) Urbs haec ex septem pagis conflata est, inquit Strabo VIII, 519. Conditam narrat Eusebius A. M. 2907, ante Christum 1041. De origine adi ante omnia Pausaniam VII, p. 568. ἀπό τινος Πατρέως nomen deducit Stephanus Pausaniam secutus, & gentile unicum Πατρεὺς agnoscit. Theophrastus Hist. Plant. IX Πατρικὴν de agro Patrensi, ut videtur, usurpavit. Πατρέες Herodotus, & noster alibi Πατρέας ἔπεισεν. Numi passim ΠΑΤΡΕΩΝ. In uno Domitiani apud Motraye, COL. A. A. PATRENS. Hanc enim civitatem bellis attritam Augustus instauravit, Dymenque Patrensibus attribuit. Et fortasse de hac eiusdem renovatione intelligendus locus Strabonis supra adductus. V. Pausan. p. 564. Inde Colonia

Augusta, & A. Patrensis. Colonia iuxta Eusebium deducta est Olymp. CXCI, 3. Πάθραν corrupte, sed aevi istius vitio appellat Nicetas Choniates pag. 409. Auctor in fine Codini haec habet, Ἀχαΐα ἡ νῦν Πάτρα. Numero plurium ἐς Πατρὰς rectius Laonicus Chalcocond. 225. Est & Patrensium civitas in Phthiotide Lacon. sive Patrae Thessalicae. Vide Cantacuzenum p. 130, & Paulinum. De hac apud Rhium Prom. civitate consule Aristidem I, 540, Dionem 424, Lucian. Asino 115, Silium XV, & Ciceronem Epist. Ammianum XIX, 12. Nonnulla de eadem memoratu digna produnt Polybius II, 41, IV, 7, 83, & pag. 1478, Livius XXXVIII, 29, Plutarch. Alcib. 198, & Catone p. 343, & Hist. Byzant. concinnatores superius laudati. Ὁ Πατρῶν Archiepiscopus Concil. Sardic. affuit A. Chr. CCCXLVII. Denique, ut extrema eius attingamus, Turcae vi ceperunt A. Chr. MCCCCXLVII; a quibus, docente in Pandectis Leunclavio, *Badra*, vel *Balubathra*, dictione opinor a πάλαι Πάθρα detorta, hodie vocatur. De praesenti statu lege Whelerum Itin. p. 304. IDEM.

ead. l. 10. Εὐνοοῦ) Vid. Strabonem X, p. 310, Sophoclem Trachin. 586, Vibium Seq. p. 31, 34. IDEM. Palmer. IV Graec. Ant. 16.

Pag. 132. *l.* 2. Ποιήσαντες) Abest Cl. Gr. sed noster alibi adhibet τάττειν & περιστῆσαι. vid. Indicem. infra: εἴπη. ita passim Herodotus. WASS. Suspecta potest esse vox ποιήσαντες, ut addita ab aliquo, qui putaverit, non recte dici ἐτάξαντο κύκλον. At vero ita rursus loquitur Thucydid. III, 78. quem locum etiam in Thes. annotavit Stephanus: καὶ μετὰ ταῦτα κύκλον ταξαμένων αὐτῶν. In Cass. super πρώρας scholion scriptum est ἐτάξαντο. Λεπτὰ πλοῖα, pro μικρὰ e Lib. VIII citat Suidas. Mox προσπίπτοιεν ideo praefert Stephan. quoniam, inquit, p. seq. hoc ipsum verbum habes de navi, καὶ ναῦς τῇ νηὶ προσέπιπτε.

ead. l. 7. Παραγιγνόμενοι) Non puto recipiendum, quod est in Gr. & Dan. παραγιγνόμεναι. Nam non respicit ad praecedens ναῦς, sed ad eos, qui in illis erant. Sic mox cap. seq. οὐδένα χρόνον ἡσυχάσειν αὐτούς: cum praecedat ναῦς, & πλοῖα. Et cap. 31, praecedente νῆες, sequitur αὐτοὺς, pro quo nonnulli libri ibi quoque perperam habent αὐτάς. Plura huius generis annotavit Stephanus in Appendice ad Script. de Dialect. pag. 131 & seqq.

ead. l. 9. Ἐν χρῷ) Eustath. citat ἐν χρῷ παραπλεῦσαι

τὰς ναῦς, & exponit πλοῦς ἐν χρῷ ὁ γῆς ἐγγύς. p. 1450. εἴρηται δὲ, inquit Suidas, v. ἐν χρῷ, ἀπὸ τῆς κουρᾶς τῆς ἄχρι τοῦ χρωτὸς γινομένης. idem sonat ἐγχυτὶ apud Callimach. & Agathiam post Herodotum. Hoc tonsurae genus σκάφιον alicubi vocat Schol. Aristoph. Figurate usus Sophocles Aiace 801, & Anthol. ἐν ΧΡΟΙ ΚΕΙΡΑΜΕΝΑ Ἑλλάς. Synes. Epist. IV, Οὐ πρὶν, ἢ ΈΝ ΧΡΩ γενέσθαι τοῦ κινδύνου. Plaut. *ad cutim tonderi*, Virg. *Altius ad vivum persedit*, & *Radit iter*, huc spectantes dixerunt. WASS.

Pag. 133. *l.* 2. Ἐκπνεῦσαι) Manere non potest haec scriptura, ἐκπνεῦσαι: sed vel particula ἂν huic aoristo est adiicienda, vel mutanda est in futurum ἐκπνεύσειν: (sicut & Vallam vertisse vides, *flaturum e sinu ventum*) sed simul etiam particula καὶ ante οὐδένα ponenda fuerit. Sed ecce, aliud quiddam mihi ad emendationem huius loci in mentem venit: ut nimirum scribamus ἐκπνεῦσαν, & dicatur ἐκπνεῦσαν τὸ πνεῦμα, pro eo, quod dici consuevit, ἐκπνεύσαντος τοῦ ἀνέμου. utramcunque autem scripturam eligas, apte parenthesis notis verba illa includentur, ὅπερ ἀναμένων τε περιέπλει, καὶ εἰώθει γίγνεσθαι ἐπὶ τὴν ἕω. Steph. HUDS. Coniecturam, quam sibi in mentem venisse dicit Stephanus, multis annis ante scriptas ab eo Annotationes in Thucydidem proposuerat Guil. Canterus Novar. Lection. VII, 15. Habeo exemplar Novarum Lectionum Canteri ex edit. Oporini A. 1566, ab ipso Cantero, ut chirographum eius testatur, Scaligero dono datum, in cuius oris Scaliger, cum alia multa annotavit, tum ad hunc locum adscripsit, *mihi videtur melius* εἴτ' εἰ ἐκπνεύσαι. DUKER. Εἴτ' ἐκπνεύσαι Reisk. probante Heilmano.

ead. l. 9. Προσέπιπτε) Rem pulchre depinxit Aeschylus Agam. 659:

Ξυνώμοσαν γὰρ, ὄντες ἔχθιστοι τὸ πρὶν,
Πῦρ καὶ θάλασσα, καὶ τὰ πίστ' ἐδειξάτην,
Ναῦς γὰρ πρὸς ἀλλήλαισι Θρηΐκιαι πνοαὶ
Ἤρεικον· αἱ δὲ ΚΕΡΟΤΥΠΟΥΜΕΝΑΙ βίᾳ
Χειμῶνι, τυφῷ σὺν ζάλῃ τ' ὀμβροκτύπῳ
Ὤχοντ' ἄφαντοι, ποιμένος κακοῦ ΣΤΡΟΒΩΙ.
Ὁρῶμεν ἀνθοῦν πέλαγος Αἰγαῖον νεκροῖς
Ἀνδρῶν Ἀχαιῶν, ναυτικῶν τ' ἐρειπίων.

De nautarum conviciis vid. Horat. Sat. V. Euripides Hec. Ἐν γὰρ μυρίῳ στρατεύματι Ἀκόλαστος ὄχλος, ναυτικὴ τ' ΑΝΑΡΧΙΑ Κρείσσων πυρός. WASS.

Pag. 134. *l.* 1. Τὰς κώπας — ἀναφέρειν) Suidas in κλυδώνιον legit κλύδωνι contra MSS. confer Diodor. p. 311 c. Verbum ὄντες abest Gr. non male. IDEM. De κελευσταῖς eorumque munere in navibus Scheffer. de Milit. Naval. IV, 7, & interpretes Polluc. I, 96.

ead. l. 8. Δύμην) Vid. omnino Berkelium ad Stephan. *Dymae* Livius. Antimachus *Dymaeam* a fluvio *Cauconidem* vocat. Supra noster τῆς Ἀχαΐας addidit ad differentiam Dymarum in Sparta. v. Hesychium, & in Thracia. *Palea* olim, inquit Pausanias, dicta est. Quaedam ad historiam eius subministrabunt Diodorus XIX, p. 707, & Plutarchus in Pompeio p. 633. Statius Theb. IV, 124, *avia Dyme Mittit opes.* Ibi pro, *Qui ripas* Lyrice *tuas*, recte Gronovius *Lyrcie.* MSS. B. Pub. Cantab. & Arondel. *Lyrcee*, & *Lircie.* v. Steph. in Λύρκειον. WASS.

ead. l. 10. Μολύκρειον) Euphorion Μολυκρίαν scribit: Steph. ab editis stat. Vid. nostrum III, 102. Μολυκρεία, Scylax p. 14. Polybius V, 604 ἐξοδεύσας εἰς Μολυκρίαν. *Molycria* Plin. IV, 11. confer Ptolemaeum III, 15. hos sequitur Steph. Sed Berkelius contra libros scripturam immutavit. WASS. Add. Palmer. IV Graec. Ant. 19. de Rhio ibid. & cap. seq. de quo etiam Holsten. ad Steph.

ead. l. 12. Καὶ ναῦν ἀναθέντες) Solebant veteres post victoriam navibus partam, naves Deo, qui favisse videbatur, dicare, & Neptuno plerumque. Sic paulo infra de Peloponnesiis dicitur, quod ἥνπερ ἔλαβον ναῦν ἀνέθεσαν ἐπὶ τὸ Ῥίον. Plura hac de re vide apud Schefferum de Militia navali l. 4, c. 2, p. 273. HUDS.

Pag. 135. *l.* 9. Ὁ παράλογος) Vide Stephani Append. ad Script. al. de Dial. Att. p. 157. IDEM. Suidas h. v. & exempla adducit ex Procopio. Vid. I, 78. Ita Philo, Plutarchus, Diodorus, Dion. Hal. Add. Poll. II, 119. WASS.

Pag. 136. *l.* 12. Κυδωνιατῶν) Ptolemaeus Κυδώνεις, mendose. In Orpheo Κυδωνιὰς, vid. Herodot. III, 59. Cydonia olim, inquit Steph. Apollonia. Confer Apollonii Schol. IV, 1492. Sch. Theocr. Eid. ζ', 12. nunc *Canea.* Tournefort vol. I, pag. 23. WASS. De Polichna Steph. de urb. ibique Holsten.

Pag. 137. *l.* 3. Περὶ τὴν Κρήτην) Articulum non agnoscunt MSS. & abesse debet. IDEM. De Panormo vid. Pausan. Achaic. c. 22. De Rhio Molycrico, quod & Antirrhion, Holst. ad Steph. Ῥίον, & Palm. Graec. Ant. IV, 20.

Pag. 138. *l.* 3. Οἱ μὲν — φοβούμενοι) Agnofcit Suidas in Ῥία. qui Ῥία, ἀκρωτήρια contra Hiftorici mentem interpretatur. vid. Etymologum & Hefych. in Ῥίον. expofitio vera eft, exemplum non quadrat. Homerus, Ἥρη δ' ἀΐξασα λίπεν ΡΙΟΝ οὐλύμποιο. Wass. Fortaffis defendi poteft Suidas. Ῥία in univerfum funt, ut recte dicit, omnia ἀκρωτήρια, ὄρους ὄρθια, καὶ τὰ ἐπὶ θάλασσαν ἐγκείμενα. Iam vero fatis certum eft, utrumque Ῥίον, de quo hic agit Thucydides, a veteribus fcriptoribus appellari, & fuiffe ἄκραν, & ἀκρωτήριον, & locum in mare procurrentem. Vid. Palmer. l. d. Schol. Theocr. in I, 126: Τὸ Ῥίον ἀκρωτήριόν ἐστι τῆς Πελοποννήσου, ἐναντίως τῷ καλουμένῳ Ἀντιῤῥίῳ τετραμμένον. In iis, quae ibi paulo ante leguntur de Helice, ἣ ὄνομα πόλεως πρὸς τῷ ὁρίῳ τὸ Ἀχαϊκῷ, videtur idem vitium effe, quod e Paufan. Phocic. cap. XI fuftulerunt Palmerius & Kuhnius, & pro ὁρίῳ legendum Ῥίῳ: ut & infr. in Schol. cap. 90 τῶν Ῥίων cum Caff. pro τῶν ὁρίων. Vid. Cafaub. Lect. Theocrit. c. 2.

ead. l. 6. Πρὸς ἐκείνων εἶναι) Th. Magift. Τῷ πρὸς Ἀττικοὶ εἰς τὴν σημασίαν τοῦ ὑπὲρ χρῶνται ἐνίοτε. Θουκυδ. οἱ δὲ — εἶναι. Add. Steph. ad Script. de Dialect. p. 32.

Pag. 139. *l.* 1. Τὸ ἐκφοβῆσαι) Clar. Waffe poft verba Henr. Stephani, quae in Var. Lect. leguntur, fcripferat, ita habere Stobaeum. Puto τοῦ, quod alibi pro τὸ legi annotat Stephanus.

ead. l. 11. Καὶ μὴ) Hic, ut aliis plerifque locis, falletur, qui negativam particulam cum magis vicina voce iungendam putabit: id eft, particulam μὴ cum participio προβαλλομένους iungere, non cum verbo γενέσθαι, volet. Poft illam igitur interpungendum fuerit. Ad Vallae autem interpretationem quod attinet, ea illum neque hoc animadvertiffe, neque alioqui fenfum huius loci affecutum effe, oftendit. Steph.

Pag. 140. *l.* 2. Ἄνευ — ὠφελεῖ) Stobaeus p. 88. ex *Cnici* orat. corrige *Cnemi*. pro ἀλκῆς habet αὐτῆς. hinc emenda. locum aemulatus eft Salluftius Catil. *timor animi auribus officit*. ἐκπλήττει habent Plutarchi Codd. Moral. 333. Wass. Ἐκπλήσσει Thom. Magift. h. v.

ead. l. 8. Τῶν πλειόνων) Ex Homero Il. μ', 412: πλεόνων δέ τοι ἔργον ἄμεινον. Victor. XXVIII Var. Lect. 21.

Pag. 141. *l.* 4. Τιμήσονται) Pro τιμηθήσονται dictum annotat Scholiaftes. Sic. I, 142, Τῇ τῶν χρημάτων σπάνει

κωλύσονται, pro κωλυθήσονται. Euripid. Hecub. 905, Σὺ μὲν ὦ πατρὶς Ἰλιὰς Τῶν ἀπορθήτων πόλις Οὐκέτι λέξῃ. Schol. οὐδαμῶς κληθήσῃ πόλις τῶν ἀπορθήτων. Vid. supr. ad I, 81, Steph. Append. ad Script. de Dialect. p. 147, & Barnes. ad Euripid. Helen. v. 359.

ead. l. 14. Ἐν σφίσιν — ὑποχωρεῖν) Citat Thom. Mag. in v. ἀξιῶ. Wass.

Pag. 142. *l.* 6. Οὐκ ἀξιῶν) Vid. quae de hoc loquendi genere annotat Steph. in App. ad Script. de Dial. p. 127.

Pag. 143. *l.* 10. Ἀντίπαλοι — οἱ πλείους — ἐπέρχονται) i. e. ἀντίπαλον ἐπερχέσθαι, πλειόνων ἐστί. Heilm.

ead. l. 12. Ἐκ πολλῷ) Multi libri ἐκ πολλῶν, sed recte Scholiastes. Wass. H. Steph. Append. ad Script. de Dialect. pag. 115 de hac annotatione Scholiastae ita scribit: *Haec subauditio merito censeri* περίεργος *possit, meo quidem iudicio. Quod autem de hoc loco dicetur, idem & de isto dicendum videtur cap. 45,* οὐχ ὅμοιοι, ἀλλ' ὀλίγῳ χείρους κριθεῖντε. Cur hoc supplementum περίεργον esse putaverit, non scio. Deesse aliquid apertum est, quod, quomodo expleri velit, e verbis illius intelligi non potest: nec alibi de eo, quod quidem sciam, agit. Πίσυνοι Suidas in περιωπῇ inter γλωττώδη Thucydidis esse dicit.

Pag. 144. *l.* 4. Ἑκὼν εἶναι) De hoc Attico genere loquendi Steph. ad Script. de Dialect. p. 26, & Thom. Magist. in ἑκών, ubi ex memoria haec ita refert: οὐκ ἐν τῷ κόλπῳ ἑκὼν εἶναι τὴν ναυμαχίαν ποιήσομαι.

ibid. Πλεύσομαι) Ex MSS. reponendum videtur οὐδ' ἐσπλεύσομαι ἐς. ita auctor passim. favent etiam ceteri. Wass. Et sic in margine scripserat, inducto τῷ πλεύσομαι, quod in contextu erat.

ead. l. 8. Πολεμίων) Suspicor legendum ἐναντίων, loco πολεμίων. Noster IV: Μὴ τοὺς ἐναντίους οὕτω κακῶς δρᾶν, ὥστε αὐτοὺς τὰ πλείω βλάπτεσθαι. Wass. Thom. Magist. in πρόσοψις sequitur lectionem vulgatam. Πρόσοψιν e Thucydide annotat Pollux II, 58.

Pag. 145. *l.* 3. Ὥστε τὰ πολλὰ) In priori etiam editione huic voci ὥστε notam asterisci apposueram: sed mihi tandem huius loci emendationem coniectura videor assecutus. Nam si pro ὥστε scribatur ὃ ἐς τε, belle procedet structura, sensusque manifestus erit. Cum tamen magis usitata sermonis forma haec futura esset, ὃ ἐς τε τὰ πολλὰ τῶν πολεμικῶν ξυμφέρει, καὶ ἐς ναυμαχίαν οὐχ ἥκιστα,

maluit, mutata (more suo) constructione, dicere *καὶ ναυμαχίᾳ οὐχ ἥκιστα*. Steph.

ead. l. 9. Ἡσσημένων — εἶναι) Stobaeus p. 97, qui agnoscit τοὺς. Aristophanes Ἱππ. Ὡς ἂν νυνὶ μαλάξῃς αὐτὸν ἐν τῇ προσβολῇ Δειλὸν εὑρήσεις. Arellius Fuscus apud Senecam Suasor. V: Sic fugatum creditis Xerxen, ut reverti possit? At nescio quomodo languet circa memoriam iacturae animus. Prior enim metus futuri pignus est. Amissa ne audeat, amissurum monent. Omnis exest animum clades, ubi ignominia spem premit, ubi nullam meminit aciem, nisi quae fugerat, errat circa damna sua, & quae male expertus est, vota deponit. Scipio apud Livium, Cum iis vobis pugnandum, quos terra marique vicistis. Erit igitur in hoc certamine is vobis illisque animus, qui victoribus & victis esse solet. Cf. Thucyd. VII, 61. Wass.

Pag. 147. *l.* 8. Ἐξένευσαν) Suidas h. v. τὰς δὲ ἄλλας ναῦς. addit de suo ναῦς, & sequentia ita legit, ἐπικατ. ἐ. τ. π. τ. γῆν, καὶ πολλοὺς ἀπέκτειναν, ὅσοι μὴ ἐ. ά. ceteris omissis perperam. Phavorin. haec tantum habet, καὶ πολλοὺς ἀπέκτειναν, ὅσοι μὴ ἐξέν. αὐτ. Wass.

ead. l. 9. Ἀναδούμενοι) Thom. Magist. in ἀναδησάμενος ita laudat: καί τινας ἀναδούμενοι κενὰς εἷλκον. Errorem Vallae, haec ita vertentis, *quasdam, quas depresserant, naves, inanes trahere coeperunt*, notat ad marg. secundae suae edit. Steph. & Kuhn. ad Polluc. I, 124. Vid. ad Thucyd. I, 50.

Pag. 148. *l.* 2. Τὴν ἐπιστροφὴν) In eodem (vet. lib.) ὑποστροφὴν legimus: sed cur hic potius ἐπιστροφὴν in ὑποστροφὴν, quam in loco, qui parvo praecedit intervallo, mutaremus? praesertim vero, cum ibi quoque ἐς τὴν εὐρυχωρίαν sequi videamus. Steph.

ead. l. 5. Ἀπολλώνιον) Ita legendum censet Suidas h. v. in penult. atque ita Aristoteles in Opusc. p. 108. Wass. Suidas praeterea tribus aliis locis inculcat; semper scribendum esse Ἀπολλώνιον, pro templo Apollinis, item Ποσειδώνιον, Διονύσιον, Δημήτριον, & alia huius generis. Vid. eum in Ἀθήναιον, Δημήτριον, & Ποσειδώνειον, ubi tamen contra, quam in superioribus tradiderat, Ποσειδώνειον per diphthongum scribi dicit. Pluribus de his agit Eustathius in Homer. Odyss. ζ', p. 1562. ubi haec quoque leguntur: σημείωσαι δὲ ὅτι πολλὰ περιεκτικὰ διχοροῦνται παρὰ τοῖς παλαιοῖς· ὧν καὶ τὸ ῥηθὲν Ἀπολλώνιον, διὰ τοῦ ι. κατά τινας δὲ διὰ διφθόγγου, κατὰ τὸ Ἡράκλειον. καθ' ἑτέρους δὲ,

'Απολλωνεῖον, ὡς 'Ισεῖον. Add. Kuhn. ad Paufan. Corinth. cap. XXVI.

ead. l. 7. 'Επαιώνιζον) Non ἐπαιάνιζον, fed ἐπαιώνιζον, meum vetus exemplar habet, ac memini me & alibi legere: quamvis alioqui fciam, videri novum poffe *laetum paeona canentes*, pro illa recepta lectione, *laetum paeana canentes*. STEPH. Παιανίζειν D. Hal. paffim. Nofter Herodotum fequitur. WASS. Vid. fupr. ad I, 50. Paulo ante cl. Waffe inducto παραγενόμενοι, quod in plerifque Mff. Schol. & omnibus edd. eft, in margine fubftituerat παραγιγνόμενοι.

ead. l. 10. 'Ολκὰς) Agnofcit Suidas h. v. WASS.

Pag. 149. *l.* 2. Αἱ μὲν — περιμεῖναι) Prifcian. lib. XVII, pag. 1100. ubi pro ἐπέστησαν legit ἀπέστησαν. male. Pro ἀντεξόρμησιν aliter quidam Mff. Prifcianus ab editis ftat. ἀντεξόρμησις fervat etiam Plutarchus. WASS. Oftendit ibi Prifcianus Homeri, Thucydidis, & aliorum teftimoniis, faepe diverfa genera & diverfos numeros iungi.

ibid. Καθεῖσαι τὰς κώπας) Vid. Gronovium IV Obf. 26.

ead. l. 5. Βραχέα) Βράχη, quod eft in Cod. Stephani, habet etiam Pollux I, 115, & alii. Agit de hoc Brod. VI Mifcellan. 24.

ead. l. 14. Ἃς ἐκεῖνοι) Kuhnius ad Polluc. I, 125 hunc locum ita legit: ἃς ἐκεῖνοι τὸ πρῶτον ἀνεδήσαντο. ἄνδρας δὲ τοὺς μὲν πρὸς τῇ γῇ διαφθείραντες ἀπέκτειναν, τινὰς δὲ καὶ ἐζώγρησαν. Nam, *fi ita locus legatur*, inquit, *omnia bene inter fe conveniunt: quod fecus eft in vulgato.* Non affequor, quaenam illa fint in vulgata fcriptura, quae inter fe non conveniant. Nec ulla eft ratio, cur verba πρὸς τῇ γῇ διαφθείραντες loco moveri, & cum ἄνδρας coniungi debeant. Ipfe Thucydides fatis tuetur receptam lectionem iis, quae fcribit cap. 90: τὰς δὲ ἄλλας (naves Athenienfium) ἐπικαταλαβόντες (Peloponnefii) ἐξέωσάν τε πρὸς τὴν γῆν ὑποφευγούσας, καὶ διέφθειραν — καὶ τῶν νεῶν τινας ἀναδούμενοι εἷλκον κενάς. Nec pluribus verbis opus effe puto in re aperta.

Pag. 150. *l.* 2. Ἡ περὶ τὴν ὁλκάδα κατέδυ) Ita etiam liber Camerarii, qui addit, *hanc fcripturam veram puto.*

ead. l. 4. Ἔσφαξεν) Pollux VI, 192 annotat, Thucydidem dixiffe ἔσφαζεν. Dubitat Iungermann. an in Polluce legendum fit ex hoc loco ἔσφαξεν. Si nufquam alibi Thucydides dixit ἔσφαζεν, non eft dubitandum.

ead. l. 10. Τῆς τροπῆς ἃς) Scholiaftes ante τῆς τροπῆς

subaudit ὑπέρ. Poteſt vero ſubaudiri & ἕνεκα. Niſi forte dicendum eſt, hunc genitivum iungi poſſe cum τροπαῖον. Ceterum de hoc quoque monere idem Scholiaſtes debuit, haec verba, τῆς τροπῆς, ἃς πρὸς τῇ γῇ ναῦς διέφθειραν, non aliter eſſe accipienda, quam ſi dictum eſſet, τῆς τροπῆς τῶν νεῶν, ἃς πρὸς τῇ γῇ διέφθειραν. STEPH. Eadem ſcribit Steph. in Append. ad Script. de Dialect. p. 93, & addit, hoc ſtructurae orationis genus valde καινοπρεπὲς eſſe; ſed quo eſt καινοπρεπέστερον, eo magis Thucydideum videri fortaſſe debere.

ead. l. 11. Ἀνέθεσαν) Huc ſpectare videtur Ariſtophanes Equit. 559. WASS.

ead. l. 14. Ἐς τὸν κόλπον) Cl. Gr. omittunt τόν. nec immerito. IDEM.

Pag. 151. *l.* 14. Πεζῇ) Vid. Diodor. p. 312 a. IDEM.

Pag. 152. *l.* 4. Οὐδεμία) Οὐδὲ μία, & mox οὐδὲ μιᾶς Mſ. C. bene. IDEM.

ead. l. 11. Καὶ ανεμος) Καὶ poſt τὶς ſaepe abundare, ex hoc & pluribus Thucydidis, aliorumque locis docet Stephanus ad Script. de Dialect. p. 34. De φρυκτοῖς, de quibus in princ. cap. ſeq. Lipſ. V de Milit. Rom. 9. German. & Cerd. ad Virgil. II Aeneid. 256.

Pag. 153. *l.* 9. Ὁσονοὺκ ἐσπλεῖν) Non abſimile vero eſt, Thucydidem μελλειν ἐσπλεῖν ſcripſiſſe: pro quo μέλλειν mendoſe apud Scholiaſten ſcribi exiſtimo μέλλουσιν. Sed hic tamen non tanquam hoc μέλλειν legerit, ſed tanquam ſubaudiri debeat, eius mentionem facit. STEPH.

Pag. 154. *l.* 4. Βουδόρου) Steph. Ethnic. Βούδωρον ſcribit, uti & Strabo, & Epitom. Βούδαρον φρούριον apud Ephorum invenit Steph. Βουδόρου fluminis meminit Ptolemaeus. Diodorus XII, 312 Βουδόριον. Βουδόρας etiam ſcribi obſervat Euſtath. p. 280. Denique Mſſ. & Schol. bis, & noſter etiam infra cum ο exhibent. Vide etiam Heſych. in βουδόρῳ, & Suidam v. βουδόρῳ νόμῳ. WASS.

ead. l. 13. Σιτάλκης) Diodor. 312 b. ſupra, pro κλείσει Gr. Cl. κλήσει. At aliter paſſim noſter. IDEM.

Pag. 156. *l.* 2. Αιμου) Αιμος Steph. & Callimachus. at Cl. Gr. Αἶμος, quomodo Geographi antiqui, Herodotus IV, 49, Theocritus Id. VII, 76, Diodorus, Euſtathius & Apollodorus. IDEM.

ead. l. 4. Τοὺς ὑπερβάντι Αἷμον Γέτας) Stephanus praeter ea, quae ex illius annotatione excerpſit Hudſonus, ſcri-

ſit, vix mentione dignam videri alteram lectionem τοὺς ὑπερβάντας Αἷμον Γέτας. Participium, quod deeſſe putat, poteſt eſſe ὄντας, aut aliud huiuſmodi.

ead. l. 8. Ὅμοροι — ὁμόσκευοι) Laudat Pollux X, 14; ubi ſimilem locum annotant e Lib. III, cap. 95. Ἱπποτοξότας eſſe conſtat & ex Ovidio. vid. III Triſt. 10, 54; V, 7, 14, & alibi.

ead. l. 10. Μαχαιροφόρων) Idem de Sarmatis & Getis, vicinis Tomitanae regioni, ſcribit Ovid. V Triſt. 7, 19: *Dextera non ſegnis fixo dare vulnera cultro, Quem vinctum lateri barbarus omnis habet.*

ead. l. 13. Λεαίους) Stephano Λαῖοι. hinc emenda. Wass. Si Stephani Ethnica ſecundum ſeriem elementorum, quod docti putant, compoſita ſunt, non poteſt locus ille emendari e vulgata lectione Thucydidis: nam non debet vox, cuius primae literae ſunt Λε, inter eas poni, quarum principium eſt Λα. Ordini literarum, qui eſt in Stephano, melius conveniret ſcriptura pleorumque Mſſ. Thucydidis Λαιαῖοι.

Pag. 157. *l.* 2. Σκομίου) Al. Σκόμβρου. hinc Σκόμβροι Θράκιον ἔθνος Heſych. *Scopius* Plinio. Cedrenus pag. 705 Σκοπίων πόλις. Wass.

ead. l. 4. Τρῆρες) Sic Codices, & Callimachus; Theopompus Τρᾶρας vocat. Cum noſtro faciunt Strabo & Ethnicogr. Supra Ἀγριᾶνας ex Theopompo eoſdem eſſe cum Sintis Ariſtotelis probare conatur Holſtenius: noſter autem, & Livius XLII, 51 diſtinguit. Agrianus fluvius recepto Contadeſdo inter Haemum & Adrianopolin, antea Oreſtam, Hebrum influit. vid. Herodotum IV, 90, V, 16. Sintice cis Strymonem. v. Dionem Caſſium pag. 462, & Apollonii Schol. ά, 608. Idem.

ead. l. 8. Νέστος) Sic ſcribunt Herodotus, Scylax, Pauſan. Mela, ubi v. Voſſium p. 132. Ariſtot. VI Hiſt. An. p. 985, & Metereol. 291, 1 fontes eius ἐκ τοῦ Σκόμβρου deducit. Stephan. contra Neſtum fluv. Illyrici facit. Livius *Neſſon* vocat, & Theophraſtus, ὁ Νέσσος ἐν τῇ Ἀβδηρίτιδι. Ita & Strabonis Epit. Schol. Heſiod. p. 261, & adſtipulante Phavorino etiam Heſychius. Ptolem. Νέσος. Mſ. Coiſlin. Ναῖσσον. De qua lectione vid. Ammianum. In Mſſ. Plin. Solini, Martiani fere *Meſtum*, *Meſius*, *Meſe*. Nos ſcripturam ab antiquiſſimis firmatam amplectimur. Wass. Hebrum e Rhodope naſci, ſcribunt Diocles apud Scholiaſt. Theocr. VII, 112; Serv. & Philargyr. ad Virg. IV Georg.

523. Annotavit Meziriac. ad Ovid. Heroid. Tom. I, pag. 130. Quia contigui sunt Oscius & Rhodope, nec Oscius valde celebris est, facile fontes Hebri in Rhodope locari potuerunt.

ead. l. 10. Ἡ ἀρχὴ ἡ Ὀδρυσῶν) Aliter quidam MSS. minus bene. Situm Abderarum recte addit noster: est enim & alia eiusdem nominis in Hispania. Haec autem ἀπὸ Ἀβδήρου τοῦ υἱοῦ Ἑρμοῦ iuxta Apollodorum, Hyginum, & Schol. Apollonii. Unde Ephorus, sed solus, Ἄβδηρον scribit. Hippocrates semper numero plurium usus est: ἐν Ἀβδήροισι inquit. Herodotus Ἄβδηρα vel τὰ Ἄβδ. Nec aliter apud Athenaeum Archestratus. Ͽαυμαστοί εἰσι τῶν Κεστρέων περὶ Ἄβδηρα ἁλισκόμενοι. Ita & Plutarch. Lacon. Inscriptio apud Reinesium, Sotion Paradox. p. 127. Cantacuzenus p. 472 Ἄβδηραν servat, opinor mendose pro Ἄβδηρον. Civis Ἀβδηρίτης apud Herodotum, Pausan. Hecataeum, & Aelianum de Animal. XV, 25. Numi ΑΒΔΗΡΕΙΤΩΝ & ΑΒΔΗΡΙΤΩΝ. Ἀβδηρίτης Boreas apud Hesychium. Latini, *Abderitae*, *Abderiticus*, *Abderitanus* formarunt. Regio *Abderitis*. Theophrast. III, 2 Hist. Pl. p. 40: Νέσσος ἐν τῇ Ἀβδηρίτιδι. Mare vicinum Ἄβδηρα etiam vocatur. v. Suidam. Urbs ipsa a Timesio Clazomenio A. M. 3349 condita est, & a Teiis & Clazomeniis instaurata A. M. 3464. inde Plinio & Solino *Clazomene*; sed hoc nomen parum obtinuit. Olymp. XCIII πόλιν ἐν τοῖς δυνατωτάτοις appellat Diodorus; qui & Abderitanos magno proelio a Triballis fusos narrat, & postea periculo liberatos a Chabria Olymp. CI. Cantacuzeni tempore πολίχνιον erat, deinde a semet in urbis modum refectum ait: nunc, addit, Πολύστυλον vocant, quomodo diserte nominat Curopalata. Hodie Niger *Asperosam*, *Astrizzam* alii nuncupant. Est & Abdera in Africa. v. Steph. & Notitias Episc. Concilio Chalcedonensi A. Chr. 451 subscripsit Ioannes Abderae Ep. Wass.

ead. l. 12. Αὕτη περίπλους ἐστὶν ἡ γῆ) Nisi Scholiasten hanc agnoscere lectionem videremus, dum περίπλους exponit δυνατὴ περιπλευσθῆναι, suspectum locum haberemus, quasi potius scriptum a Thucydide esset, ταύτῃ περίπλους ἐστὶ τῇ γῇ. Steph. Cur paulo post interpres Latinus, Vallam secutus, ναῦν στρογγύλην voluerit vertere navem *rotundam*, non scio. Graeci quidem multis navibus nomen imposuerunt a forma, de quo Salmas. Observat. ad Ius Attic. & Rom. pag. 658. Sed non credo, scriptores La-

tinos eas, quas Graeci στρογγύλας vocant, *rotundas* dicere. Est autem in ea re sequendus usus veterum, qui has *onerarias* appellare maluerunt. Ἐμπορικὴν hic recte exponit Schol. & Schol. Aristoph. Equit. v. 1363 φορτηγόν. Vid. Scheffer. IV de Re Nav. I.

ead. l. 13 & 15. Ταξυντομώτατα) Τὰ ξυντομώτατα divisim rectius Ar. C. Gr. Caff. Wass.

Pag. 158. *l.* 1. Εὔζωνος) Sic locutus Herodotus I, & alibi. Sic πλοῦς ἡμέρας, & τεσσάρων ἡμ. καὶ νυκτῶν, & στάδια ρπ'. πεζῇ, & πλοῦς προαριστίδιος apud Scylacem, quae formulae scriptoris istius novitatem facile demonstrant; semper fere *stadia*, Thucydideo more nunquam locutus est. Post Olymp. 114, Per Iul. 4396 stadia adhibet Dicaearchus, & locorum intervalla per dierum & noctium iter designat. Hinc ad Oropum ὁδὸν ἐλευθέρῳ βαδίζοντι σχεδὸν ἡμέρας. Haud ita Scymnus Chius circa A. M. 3938. Verum, qui antiquos, maxime Homerum, imitatur, Dionysium excipiamus, Perieg. V, 985: Τόσσον ανευθεν ἰὼν, ὅσον ἕβδομον ἦμαρ ὁδεύσας Ἴσθιμος καὶ κραιπνὸς ἀνὴρ ἀνύσειεν ὁδίτης. Exiguum temporis intervallum ita effert Hippocrates § IV, p. 5: ἐπισχέτω ὅσον δέκα στάδια διελθεῖν. Wass. De Scylacis ratione dimetiendi intervalla navigationum, quam hic tangit cl. Waff. add. Dodwell. in Dissertat. de Peripli Scylacis aetate § 13. Quod ibid. § 17 observat Dodwellus, πλοῦν Scylaci esse spatium navigationis inter urbes in ora maritima sitas, ὁδὸν autem spatium inter easdem terra euntibus, in eo potuit Scylax secutus esse auctorem Thucydidem h. l.

ead. l. 8. Τετρακοσίων) Diodor. πλείω χιλίων p. 312 c. qui corrigendus. Wass.

ead. l. 11. Λεῖα) Suidas h. v. hinc sua mutuatus est. vid. Pollucem VII, 51. Idem.

Pag. 160. *l.* 11. Δόβηρον) Vid. Berkelium ad Steph. veram loci scripturam firmat Epigr. ined. apud Holst. & Zosimus p. 39, 109. Apud Suidam male scribitur Δόβειρα. Id.

ead. l. 14. Τῶν αὐτονόμων — ἠκολούθουν) Citat Suidas & ἀπαράκλητοι expl. αὐτόματοι. Confer de numero copiarum Diodor. p. 312 c. Idem.

Pag. 161. *l.* 3. Τριτημόριον) Pollux IX, 66: Τριτημόριον ὅταν μέντοι Θουκυδίδης εἴποι, τριτημόριον δὲ μάλιστα ἱππικὸν, τὴν τρίτην μοῖραν εἴρηκε.

ead. l. 10. Τὴν κάτω Μακεδ.) Thucydidi ἡ κάτω Μακε-

δονία dicitur, quae ad litus maris Aegei extendebatur, oppositione facta ad montanas Macedoniae regiones, ut liquido patet ex libro 2, ubi de expeditione Sitalcis in Macedonas agit. Vid. Palmer. Graec. antiq. p. 79 & 80. Huds.

ead. l. 12. Ἐλειμιῶται) Arrianus Ἐλυμιῶτιν scribit. Wass. Ita vocat regionem I de Expedit. Alex. c. 7. vid. Holsten. ad Steph. in Ἐλίμεια, & Cellar. II Geogr. Ant. 13. Qui hic & alibi in Thucydide & aliis Λυγκησταὶ, Straboni & Stephano Λυγκισταὶ sunt, Diodoro Sic. XVII, p. 592 Λυγκεσταὶ, ut scribit Harduin. ad Plin. IV, 10. quamquam ibi in ed. Rhodom. est Λυγκιστῶν per ι. Holsten. probat Λυγκησταί. Recte, opinor: nam ι e pronuntiatione τοῦ η ortum esse, ex eo probabile est, quod Latini fere ubique in secunda syllaba *e* habent; ut Amyntas *Lyncestes*, Alexander *Lyncestes* apud Curtium semper; *Lyncestius* amnis Ovid. XV Metam. 329. *Lyncestis* aqua Plin. II H. N, 103, & alii. In Iustin. XI, 2 scriptura variat. Ceterum Stephanum Lyncum & Lyncestas perperam in Epiro ponere, annotant ad eum interpretes v. Λύγκος.

ead. l. 14. Τὴν δὲ περὶ θάλασσαν νῦν Μακεδονίαν) Praefero scripturam Msstorum παρὰ θάλασσαν. I, 8, οἱ παρὰ θάλασσαν ἄνθρωποι. Et παραθαλάσσια dicuntur loca maritima, item ἐπιθαλάσσια, non περιθαλάσσια. I, 5, οἱ ἐν τῇ ἠπείρῳ παραθαλάσσιοι. II, 26, τῆς τε παραθαλασσίου ἔστιν ἃ ἐδῄωσε. Et III, 7, τὰ ἐπιθαλάσσια χωρία ἐπόρθησαν. ubi Scholiastes, ἡ ἐπὶ ἀντὶ τῆς παρά. Idemque ad IV, 54, τὴν ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ πόλιν Σκάνδειαν exponit τὴν παρὰ θάλασσαν κειμένην. Itaque suspectum est, quod ibidem in Thucydide legitur, ἔπλευσαν ἔς τε Ἀσίνην καὶ Ἕλος, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν περὶ θάλασσαν.

Pag. 162. *l.* 1. Ἀλέξανδρος) Amyntae filius, septimus Macedoniae rex, qui Xerxis bello a Medorum partibus stetit, semper tamen cum Graecis (unde φιλέλληνος cognomen tulit) occulte amicitiam fovens. Huds. De serie & successione regum Macedoniae, deque divisione Macedoniae in maritimam & mediterraneam, legi debent, quae scripsit magnus Spanhemius Dissert. VII, p. 371 & seqq. ed. ult. de Praest. & usu Numism. quibus egregie illustrantur, quae de regno Macedonum variis locis scribit Thucydides.

ead. l. 2. Πρόγονοι αὐτοῦ Τημενίδαι) Macedoniae reges Herodoto (l. 7, c. 173.) dicuntur ἀπόγονοι Τημένου, qui

sub reditum Heraclidarum Argos obtinuit. Vide etiam Herodot. l. 9, c. 44, & l. 5, c. 22. Huds.

ead. l. 5. Φάγρητα) Vide Herodot. p. 418, Strabonis Epitom. & Leopard. Emend. l. 8, c. 2. Idem. Vid. Herodot. VII, 112. Φάγρη corrupte Scylax p. 27. cum nostro Strabonis Epit. 108. φάγρος piscis genus, Strabo p. 1179. vid. Athenaeum p. 295, 312. apud Hesych. lege φαγρόριος. Confer Clem. Alexand. p. 34, & Pollucem, Plutarch. Mor. 353. Est & Φάγρος Apollinis filius apud Nicand. in Ἑτεροιουμ. Wass. Est in Antonin. Liberal. cap. 13. Urbs, de qua hic Thucydides, etiam apud Stephanum Φάγρης est, h. v. & in Κύρης.

ead. l. 9. Ἄξιον) Vid. Homerum Il. β', 849, & Strabonis Epit. 509. βαρδάριον vocat Cedrenus p. 705. In Codice Cantacuzeni Mſ. invenitur etiam Βιστρίτζα. apud Annam Comnenam Βαρδάρης audit. Consule Fulcher. Carnotenſ. I, 3, Wilhelm Tyrium II, 13. Tzetzes videtur distinguere Chil. X, 188. Wass. Ἀξιοῦ in Homer. Il. β', 849, 850 edidit Barneſ. quod in aliis edd. est Ἀξίου, & Eustath. ac parvus Scholiaſt. ibi habent Ἄξιος, Ἀξίου, Ἄξιον. Herodot. quoque VII, 123 Ἄξιος.

ead. l. 13. Ἑόρδους) Ita hodie in barbarie Scythica *Hords*. Hesych. duplicem affert lectionem Ἔορτος, ἢ Ἔορδος. Herodotus VII, 185 Ἐορδοί. Wass.

ead. l. 15. Ἀλμωπίας) Ita Mſſ. & Steph. Constantinus Porph. II de Them. Ἀλμοπία. & sic Ptolemaeus, at Mſſ. Pall. rectius, Ἄλμωπες. ἀπὸ Ἄλμωπος Neptuni, & Helles Athamantis filiae. Steph. Vix alibi invenies. vid. tamen Plinium I, 433. Ptolem. p. 92, 26 Ἀλβωτῶν, lege Ἀλμωπῶν. Idem.

Pag. 163. *l.* 2. Ἀνθεμοῦντα) Oppidum, & inter regiones nomen gentis. Vid. Herodot. V, 94, Harpocrat. v. Ἀνθεμοῦς, Aristid. II, 224. Libanius Declam. XIII Ἀνθεμοῦντα ὅλον dixit. Est & fluvii nomen Geographis ignotum, ut ex Hesychio & Apollodoro constat. Vid. & Plin. IV, 10, Aeschin. de Falſ. legat. p. 250. Idem.

ead. l. 3. Γρηστωνίαν) Ita Mſſ. hic & alibi. Gr. cum ο male. Stephanus, Theopompus apud Athenaeum, Herodotus, Aristoteles de Mirabil. Auſc. p. 112, Lycophron bis, receptam lectionem tuentur. Stephanus mendoſe uno in loco Γαστρωνίαν. Theopompus apud Athen. III, p. 77 Γραιστωνία. Herodot. VII, 124 Κρηστωνικὴ ex Ionismo,

κ pro γ. Ibi Mſ. Flor. Κρηστωνέης, pro Κρηστωναίης. Tzetzes, Κρηστώνη, ἀπὸ τῆς Ἄρεος καὶ Κυρήνης θυγατρός. Sic Κρηστώνης ἔχις apud Lycophron. v. 499. ubi Mſ. Selden. Κρηστῶνης, & τὸν Κρηστώνης θεὸν, v. 937. Pro Κραστωνίᾳ apud Ariſtotel. legendum Κρηστωνίᾳ, auctore Sylburgio. Wass. Confer quae ad Stephanum in Γαστρωνία, Γρηστωνία, & Κρήστων annotant interpretes.

ead. l. 12. Ὀδοὺς ἔτεμε) Ita loquitur Herodot. Lib. IV. Idem.

ead. l. 13. Ἵπποις καὶ ὅπλ.) Ex hoc loco rationem reddi poſſe exiſtimat Begerus, cur Archelai numiſmata equum in averſa exhibent. Huds.

Pag. 164. *l.* 1. Βασιλεῖς ὀκτὼ &c.) Ab Herodoto (l. 8, c. 139.) ſeptem priores Macedoniae reges recenſentur: 1. Perdiccas, conditor regni. 2. Araeus (alias Argeus.) 3. Philippus. 4. Aeropus. 5. Alcetas. 6. Amyntas. 7. Alexander. Huic ſucceſſit Perdiccas pater Archelai. Idem.

ead. l. 4. Εἰδομένην) Vide Voſſium ad Catullum, pag. 210. Idem. Εἰδομένην Mſſ. & Steph. cum edd. Cl. in Marg. Ὀδομένην. Vid. omnino Holſtenium. In Schol. Lexicis vett. & auctoribus nulla huius oppidi mentio. Tumuli eiuſdem nominis inter Ambraciam & Acarnaniam ſiti: forte ad Idomenem Pheretis filiam reſpiciunt. Apollod. p. 42. Wass.

ead. l. 5. Ἄλλα) Pro ἀλλα &c. Gr. τ᾽ἄλλα ἄττα χ. ſed Xenophon & Lucianus articulum non adhibent: valet enim ἅτινα & ὅσα. Sed nec in Phaedone Plato. & καί τε non dicitur. Xenophon ſemel ἄσσα, verum ἄττα hic legiſſe videtur T. Magiſter. Cum ταῦτα coniungit Ariſtoph. Νεφ. & per ττ effert. Herodot. I, 197: παραινέουσι ἌΣΣΑ αὐτὸς ποιήσας ἐξέφυγε. Sic & Barocc. Eum ſequitur Aretaeus 82. Idem. De hac particula poſt Grammaticos veteres egerunt Budaeus in Commentar. Ling. Gr. p. 967, Steph. Append. ad Script. de Dial. p. 82, Mauſſac. ad Harpocrat. & Valeſ. ad Notas Mauſſaci.

ead. l. 10. Κύῤῥου) Κύρου, quod hic habet Cod. Reg. etiam in Mſſ. Stephani eſt, v. Μάνδαραι, ubi id emendant e Thucydide.

Pag. 165. *l.* 8. Ἀπιστοῦντες αὐτὸν μὴ ἥξειν) Sic I, 10, ubi Schol. annotat, μὴ poſt ἀπιστεῖν Ἀττικῶς abundare. Lucian. Rhetor. praecept. p. 321 ei duas negationes apponit: οὐχ ἕξουσιν ὅπως ἀπιστήσουσι μὴ οὐχὶ πάνδεινόν τινα ἐν τοῖς λόγοις ἀγωνιστὴν εἶναί σε. Eundem pleonaſmum

post ἀπαγορεύω, κωλύω, ἀρνοῦμαι, & εἴργω observat Stephanus ad Corinth. artic. VIII & XLIII. Simile est supr. II, 49, ἡ ἀπορία τοῦ μὴ ἡσυχάζειν. Add. infr. ad III, 1.

ead. l. 13. Μάγνητες) Magnesia post Strabonis tempora Thessaliae adiecta est. vide Plin. IV, 9. Ptolemaeus aliis adscribit. Μαγνητικὴ Aeschylus Pers. 492. Μαγνησίαν Dioscorides memorat p. 193. At civitatem intelligit ad Maeandrum sitam, de qua Tournefort. II, 370. Wass.

Pag. 166. *l.* 3. 'Οδόμαντοι) Vide Aristophanis Acharnenses, eiusque Scholiasten, p. 378. apud quem 'Οδόμαντες appellantur. Huds. 'Οδόμαντοι Mss. hic & V, 6. uti & Steph. vid. Herodot. V, 16. Liv. XLV, 4. Confer Dissertat. Morini de Odomantis, & Suidam v. ἀποτεθρίακεν, & quem ibi citat Aristoph. Wass.

ead. l. 6. Μὴ ὑπ' αὐτῶν ἀγόμενοι) Magis placeret scribi, μὴ οἱ ὑπ' αὐτῶν ἀγόμ. sequendo non Vallae interpretationem, (quae procul ab ea, quam habemus hic, lectione recedit) sed eam, quae margini adscripta est. Steph. In marg. adscripsit hanc interpretationem: periculum esse, *ne qui ab illis ducebantur, praetextu societatis, vel* iuris socialis, *ipsos quoque adorirentur.*

Pag. 168. *l.* 1. Κόροντα) Mss. & Steph. sic legunt. De oppido altum apud veteres silentium. Wass.

ead. l. 4. 'Ο γὰρ 'Αχελ.) Vide Demetrium Phaler. de Eloc. p. 120 & 123 ed. Oxon. Huds. 'Ο γὰρ 'Αχελῷος. — στρατεύειν) Demet. Phaler. Μεγαλοπρεπὲς, καὶ τὸ ἐκ περιαγωγῆς τῇ συνθέσει λέγειν &c. § 45 & 46. Statius Theb. II, 730, *flavo* tollens, *ubi vertice pontum* Turbidus *obiectas Achelous Echinadas exit.* Ibi Ms. Arond. melius *attollens.* Wass.

ead. l. 12. Τῶν νήσων αἳ ἤπειρ.) Cum Thucydide consentit Strabo l. 10. at libro 1 dicit, μία τῶν 'Εχινάδων ἤπειρος γέγονε. Plinius autem l. 2, c. 85, invectu Acheloi non continenti annexas Echinadas, sed natas scribit. Huds. Sed exitu caruit vaticinatio Thucydidis & Strabonis. Vid. Pausan. Arcadic. XXIV.

Pag. 169. *l.* 5. Εὐθείας διόδους) Stephanus ad ea, quae in Var. Lect. habet Huds. addit, se hic vix assentiri posse illi veteri libro.

ead. l. 6. Λέγεται δὲ καὶ 'Αλκ.) Vide Schol. ad Lucianum, tom. 2, Philostratum L. 7, & Basilium in epist. ad Gregorium Theol. & Hyginum, Fab. 73. Huds. Confer Pausaniam VIII, 24, p. 646, Schol. Luciani p. 52, Stra-

lonem X, p. 710. Wass. Lucian. de Saltat. p. 804 inter argumenta saltationis, quae Aetolia suppeditare possit, memorat Ἐχινάδων ἀνάδυσιν, καὶ μετὰ τὴν μανίαν Ἀλκμαίωνος οἴκησιν. Add. Apollodor. III, 7, 5. Sed is I, 9, 21 non recte easdem facit Echinadas & Strophadas. Quod autem Thucydides Echinadas ἐρήμους esse dicit, id de plerisque & minoribus intelligendum esse, quia Dulichium quoque inter eas ponit Strabo, putat Cellar. II Geogr. Ant. 14. Et εὐλιμένους fuisse ex hoc Callimachi Hymn. in Del. v. 155, λιπαρὸν νήεσσιν Ἐχινάδες ὅρμον ἔχουσαι, observat ibi Spanhemius.

ead. l. 7. Ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν) Unde pendere hunc infinitivum dicemus? Alter quidem certe infinitivus χρῆσαι pendet ab illo verbo λέγεται; sed hic quoque ab eo pendere, non video quomodo dici possit: praesertim cum haec velut per parenthesin interiiciantur, ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν φόνον τῆς μητρός. Quid si igitur verbum συνέβη vel a librario omissum, vel ab ipso auctore relictum esse subaudiendum dicamus? Steph. Add. quae de hoc loco scribit in Append. ad Script. de Dial. p. 138, & Bud. Commentar. p. 1044.

ead. l. 14. Ἂν κεχῶσθαι) Cum hic particula ἂν habere locum non videatur, suspicor, sicut supra ex ἂν ἐπείσθημεν faciendum esse ἀνεπείσθημεν ostendi, & quidem vetere libro assentiente; ita etiam hic ex ἂν κεχῶσθαι fieri a nobis debere ἀνακεχῶσθαι. Fateor tamen, non, ut illic, ita & hic libri veteris assensum nos habere. Cur ulterius in his Annotationibus non sim progressus, ratio in fine Epistolae ad Lectorem reddita tibi fuit. Steph.

ibid. Δίαιτα) Non solum τρόπον τοῦ βίου, sed etiam τόπον significat. Hinc Plutarchus famulorum cubicula διαίτας appellat; & Aeschylo στρατόπεδα dicuntur ἐνδιαίτημα του στρατοῦ. Vide Plinii Epist. l. 1, ep. 17. Huds.

Pag. 170. l. 5. Λεγόμενα) Alii λέγομεν ἃ παρελάβομεν. Sed receptam lectionem tuetur Herodotus. Vid. Scholiast. Wass.

VARIAE LECTIONES

IN LIBRUM III.

Pag. 173. *l.* 1. Θεύκυδίδου ξυγγραφῆς τὸ τρίτον Cl. Θουκυδίδου ἱστοριῶν συγγραφῆς βιβλίον τρίτον Ar. Titulo caret alter Codex. Θουκυδίδου ξυγγραφῆς τρίτης Ald. Flor. Baſ. Θουκυδίδου τοῦ Ὀλόρου ξυγγραφῆς τὸ τρίτον editi reliqui. Vide Annott. HUDS. Θουκυδίδου ξυγγραφῆς γ´ον Reg. Θουκ. ξυγγ. Γ´ Caſſ. In Mſ. Baſ. inſcriptio eſt τρίτη. In Gr. Lib. Tertius. E Dan. nihil annotatum erat. *l.* 7. ἐπιγιγνομένου) ἐπιγινομένου Gr. *l.* 12. ὅπη) ὅποι C. HUDS. Gr. *l.* 13. τὸ μὴ προεξιόντας) τὸ μὴ προσεξιόντας male Ald. Flor. Baſ. Articulum τὸ vacare exiſtimat Steph. & omnino a Scholiaſte diſſentit, qui praepoſitionem διὰ deeſſe putat. Vide Stephani Appendicem ad al. Scripta de Dialect. Att. p. 178. Τοῦ μὴ πρ. Gr. in marg. HUDS. In Caſſ. e τὸ manu recenti factum erat τῷ.

Pag. 174. *l.* 5. ἀπ' Ἀθηναίων) ἀπὸ Ἀθηναίων Ar. C. Cam. Quam ſcripturam, inquit Camerarius, hoc loco, quamvis ſaepius occurrerit, annotare placuit, quod Cicero in Oratore concurſationem vocalium minime fugiſſe Thucydidem ſcripſerit. HUDS. Ἀπὸ etiam Gr. *l.* 7. καὶ deeſt Gr. IDEM. *l.* 8. ἢ) ἦ Caſſ. *l.* 11. ἃ μεταπεμπόμενοι) ἅμα μεταπ. Dan. *l.* 12. Τενέδιοι γὰρ ὄντες) Τενέδιοι δὲ ὄντες Ar. C. HUDS. Τενέδιον δὲ ὄντες Dan. *l.* 13. Μηθυμναῖοι) Μηθυμναίων οἱ, & in marg. Μηθυμναῖοι manu rec. Reg. Μηθυμναίων οἱ etiam in Caſſ. fuiſſe videtur: nam eraſa ſunt quaedam inter verſus.

Pag. 175. *l.* 5. τὶς om. Gr. HUDS. *ead.* στερήσεσθαι) στέρεσθαι Ar. IDEM. Dan. *l.* 7. τεταλαιπωρημένοι) προτεταλαιπωρημένοι Marg. Ar. C. HUDS. Dan. *l.* 8. Particulam τε non agnoſcit C. IDEM. *l.* 11. τοπρῶτον) τὸ πρῶτον C. Baſ. IDEM. Το deeſt Reg. Caſſ. *l.* 14. ξυνοίκησιν) Forſan ſcribendum ξυνοίκισιν, nam ſupra dictum eſt, ξυνοικίζουσι τὴν Λέσβον ἐς τὴν Μιτυλήνην βίᾳ. Ac. Port.

Pag. 176. *l.* 2. ἐξαπιναίως) ἐξαπηναίως Reg. *l.* 4. ἐσηγγέλθη) ἐπηγγέλθη Gr. HUDS. *l.* 5. Μαλόεντος) Vocem cum duplici λ scribendam existimat Berkelius. Nam Μαλλόεις apud Hesychium Ἀπόλλωνος ἐπίθετον ἢ ἐπώνυμον: & Μαλλόεις Ἀπόλλων in optimis Stephani Byzantini editionibus. HUDS. *l.* 6. ἐν ᾗ) ἐν τῇ Gr. *ead.* ἐλπίδα) ἐλπίδας Gr. HUDS. *l.* 7. καὶ ἢν μὲν ξυμβῇ) καὶ εἰ μὲν ξυμβῇ Aristophanis Scholiastes p. 49 ed. Ae. Porti. ubi in his verbis ἔλλειψιν Ἀττικὴν esse observat. IDEM. *l.* 11. παρὰ) περὶ Reg. *l.* 12. οἱ deest Ar. C. HUDS. Dan. *l.* 14. Ἀθηνῶν) Ἀθηναίων Gr.

Pag. 177. *l.* 1. Γεραιστὸν) Aliquando etiam Γεραστὸς sine diphthongo scribitur. HUDS. *ead.* ἐπιτυχὼν) Ita Dan. in marg. in textu ἐπὶ τειχῶν. *l.* 4. Μαλόεντα) Μέλλοντα & in marg. Μαλο Gr. *ead.* καὶ λιμένων) καὶ τῶν λιμένων Reg. *l.* 5. ἡμιτέλεστα) ἡμιτέλευτα Marg. HUDS. *ead.* ἐφύλασσον) ἐφύλαττον Cl. IDEM. Cass. *l.* 6. οἱ Ἀθηναῖοι) οἱ Ἀθηναίων οι Gr. *ead.* πολλῷ) πολὺ Reg. Cass. Gr. Ms. Bas. *l.* 9. ἐς πόλεμον) ἐς τὸν πόλεμον Reg. *l.* 10. καὶ non agnoscunt Ar. C. HUDS. Dan. *ead.* μὲν abest a Ms. Bas. *l.* 12. καταδιωχθέντες) καὶ διωχθέντες Cass. ἔπειτα διωχθέντες Ms. Bas. *ead.* ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν) ὑπὸ τῶν ἀπὸ τῶν Ἀττικῶν Dan.

Pag. 178. *l.* 1. τοπαραυτικα) τὸ παραυτίκα Ar. C. Bas. HUDS. Gr. Et a prima manu Cass. in quo deinde inductus erat accentus super τό. *l.* 3. ἀπεδέξαντο) ὑπεδέξαντο Ms. Bas. a correctore. *ead.* καὶ αὐτοὶ φοβούμενοι &c.) καὶ αὐτοὶ φοβούμενοι πέμπουσιν, omissis, quae in medio sunt, Dan. *l.* 5. διαβαλλόντων ἕνα) διαβαλλόντων σφᾶς ἕνα Ar. C. HUDS. Dan. σφᾶς in Cass. manu recenti in marg. scriptum erat. *l.* 6. ἄλλους) Ita Cass. ex emendat. rec. pro ἄλλως. *l.* 10. Μαλέᾳ) Apud Ptolemaeum Μανία scriptum est, perperam. Apud Strabonem p. 616 Μαλία appellatur. HUDS. *l.* 11. προχωρήσειν) προσχωρήσειν Gr. *l.* 14. Οἱ δ' ἐκ) οἱ δὲ ἐκ Gr.

Pag. 179. *l.* 3. Λήμνιοι) Goltzius adducit nummum, cuius inscriptio est ΛΗΜΝΙΩΝ. HUDS. *l.* 7. ἐπηυλίσαντο) ἐπιβλύσαντο & in marg. ἐπιβλίσαντο cum υ super β. Gr. *l.* 10. προσγένοιτο) προσγίγνοιτο Gr. Ms. Bas. *l.* 14. ἐσπλέουσι) ἐκπλέουσι Ms. Bas.

Pag. 180. *l.* 1. πέμπειν) ἐκπέμπειν Cl. HUDS. *l.* 3. δὲ abest Dan. *l.* 6. περιορμισάμενοι) περιορισάμενοι Gr. HUDS.

Περιορμησάμενοι Caſſ. *l.* 10. οἱ Μιτυληναῖοι &c.) οἱ Μιτυληναῖοι ναύσταθμον, omiſſis intermediis Dan. *l.* 11. τὸ δὲ) Μέρος τῆς γῆς ſupple. HUDS. *l.* 13. μᾶλλον deeſt Mſ. Baſ. *l.* 14. οὕτως) οὕτω Dan.

ead. l. 7. Καὶ ἢν μὲν ξυμβῇ) Ut plena sit oratio, post ἀπεῖρα suppleri debet καλῶς ἂν εἴη, ut monet Corinthus de Dialectis. Vide Schol. in Aristophanis Πλοῦτον. V, 468, & Steph. Animadv. in Lib. de Dial. p. 23. Huds. Καὶ ἢν — πολεμεῖν) Corinthus in Hort. Adonidis Ald. 1496, Καὶ εἰ μὲν συμβῇ male, & μὴ πειθομένοις legit. Gr. ἐλπίδας, ut p. 190 lin. 14. Sed aliter passim Thucyd. Wass. Συμβῇ, non ξυμβῇ, ut Huds. in Var. Lectionib. habet Schol. Aristoph. Ἐλπίδα & ἐλπίδας in MSS. commutari, supra plus semel annotatum est in Var. Lect.

Pag. 177. *l.* 1. Γεραιστὸν) Γεραστὸς quidem Etymologus, & Libanius Orat. pag. 243. Neuter satis emendate. Schol. & Geographi, Suidas, Aristides I, 39, Homer. Herodot. Plutarch. Camill. 138, alii, Γεραιστὸν scribunt. Procopius B. G. IV, 629, ἐν Γερεστῷ, corrupte. Martianus VI, 213, *Gerasto* & Caphareo. At Solinus, quem ibi exscribit, *Geraesto*, post Melam & Plinium exhibet. In Martiano non variant tres MSS. neque in Solino Petrensis. Confer Schol. Aristoph. Ἱππ. 558. Wass. Γεραιστὸς etiam Lucian. Iov. pag. 141. Liv. XXXI, 45, *Geraestum* nobilem Euboeae portum.

ead. l. 2. Πλῷ χρησάμενος) Suidas in πλῷ χρησ. absque auctore. Wass.

Pag. 178. *l.* 1. Τοπαραυτίκα) Τὸ παραυτίκα recte a manu prima Cass. & I, 27 Cass. Graev. & V, 65 Ar. C. at τὸ παρ' αὐτίκα Cass. Herodotus semper coniungit: tamen VII, 38, ἐπαύσατο τοῦ παραυτίκα. Wass.

ead. l. 6. Μετέμελεν) Huc fortassis respexit auctor Lexici in Montfauc. Biblioth. Coislin. p. 483: Μεταμελεῖν, ἀντὶ τοῦ μετανοεῖν. Θουκυδ. γ'.

ead. l. 10. Ἐν τῇ Μαλέᾳ) Sic etiam Xenophon I Graec. p. 446, τῆς Λέσβου ἐπὶ τῇ Μαλέᾳ ἄκρᾳ, ἀντίον τῆς Μιτυλήνης. Strabo XIII, pag. 616, Μαλίαν vocat: ἀπὸ Μηθύμνης εἰς Μαλίαν τὸ νοτιώτατον ἄκρον ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὴν νῆσον — ubi Casaub. quoque annotat, in Ptolemaeo non recte legi Μανίαν. Idem error est in Schol. Aristoph. Ran. v. 33: ἡ δὲ Ἀργίνουσα πόλις τῆς Αἰολίδος, ἀντικρὺς δὲ Λέσβου κειμένη καὶ Μανίας καλουμένης ἄκρας. Ubi pro Ἀρ-

γίνουσα, quamquam ita etiam habet Suidas, fortassis rectius legatur Ἀργινοῦσα, ut apud alios.

Pag. 179. *l.* 10. Προσγένοιτο) Gr. προσγίγνοιτο, recte. W.

Pag. 180. *l.* 1. Πέμπειν) Ἐκπέμπειν. Cl. at statim sequitur ἐκπέμπουσιν. Wass.

ead. l. 7. Ἐτείχισαν στρατόπεδα δύο) Lib. I, cap. 116, ἐπολιόρκουν τρισὶ τείχεσι τὴν πόλιν. Vide Casaubon. ad Polyb. I, 24.

ead. l. 8. Τοὺς ἐφόρμους — ἐποιοῦντο) Suidas h. v. & τὰς ἐφορμίσεις interpretatur. Ἐφόρμῳ, νεόλκῳ Hesychius. Strabo III, νησίδια ΕΦΟΡΜΟΥΣ ἔχοντα μετρίους. Noster ἔφορμοι νῆες in statione. ad formam vocis Homericae πάνορμος, quam proxime accedit noster. Vid. T. Magistrum. Wass.

ead. l. 13. Ναύσταθμον — Μαλέα) T. Magister, ubi legendum πλοίων, non πλείων. Wass. Thomas & ὁ ναύσταθμος & τὸ ναύσταθμον Attica esse dicit; sed Stephanus Append. ad Script. de Dial. pag. 157 putat, Atticos potius dixisse τὸ ναύσταθμον. Et affert e Plutarcho ναύσταθμα πειρατικά: quod est in vita Pompeii. Eustath. quoque in Homer. Il. ί, p. 582, ἀπὸ τοῦ (σταθμὸς scil.) ἁπλῶς δηλοῦντες τόπον στάσεως, τὸ ναύσταθμον εἴρηται. Et Strabo XIII, 598 aliquoties τὸ ναύσταθμον Iliensium dicit. Sed ex his non pro certo affirmari potest, Atticos quoque non dixisse ναύσταθμος. Nam haec etiam apud alios permutantur. Ita Strabo in descriptione Cyrenaicae XVII, p. 838, memorat, τὸ Ναύσταθμον, qui Scylaci p. 109 ed. Gron. & Ptolemaeo p. 101 est Ναύσταθμος λιμὴν, Melae I, 8 *Naustathmus*, non *Naustathmum*. Sic apud Plin. III, 8 *portus Naustathmus* in Sicilia; & in Strabone d. l. XIII libri scripti uno loco habent αὐτὸν τὸν ναύσταθμον.

ead. l. 14. Οὕτω ἐπολεμεῖτο) Ita leg. cum Dan. non οὕτως. V, 15 οὔπω ἤθελον Marg. Ar. Cl. Gr. Reg. Dan. Wass.

Pag. 181. *l.* 13. Νήρικον) Qui Cod. Graev. tractavit, potuerat continere manus ab emendatione. Strabo X, 454: ὁ μέντοι ἀντὶ Νηρίτου (quod est in Ithaca) γράφων Νήρικον, ἢ ἀνάπαλιν, παραπαίει τελέως. Unde tamen intelligi potest, non novum esse hunc errorem.

Pag. 182. *l.* 8. Δωριεὺς Ῥόδ.) Vide Aristot. Rhet. l. 1, & Petr. Victorium in eandem p. 60. Huds. In ἀναγραφῇ Olympiadum Dorieus Rhodius primum pancratio vicisse dicitur Olymp. LXXXVII; secundum Olymp. LXXXVIII; tertium Olymp. LXXXIX.

ibid. Τοδεύτερον) Τὸ δεύτερον Ar. C. Caſſ. & p. 189 l. 10 Reg. Caſſ. I, 131, II, 59 Caſſ. Gr. Ar. C. Coniungit Herodotus; ſed alibi habet τὰ δεύτερα. Diviſim etiam Plato Alcibiad. 440. ſed κακὸν ſubintelligitur. Herodotus VI, 129 τὸ τρίτον. WASS.

ead. l. 11. Ὦ ἄνδρες) Ἄνδρες omittunt quidam Codices. Eadem varietas eſt II, 72 & 89, ubi Stephanus putat, adiectione illius magis Graecum effici ſermonem. Et tamen ſaepiſſime abeſt. Vid. I, 32, 68, 80 & 140.

ead. l. 12. Τοὺς γὰρ — ἡγοῦνται) Corinthus, qui habet ἐν πολεμίοις, & ἀπολιπόντας, & τε εἶναι. χείρους ille κακοὺς interpretatur. WASS. Non probante Stephano, qui Animadverſ. in Lib. de Dialect. p. 37 ita ſcribit: Thucydidis Scholiaſten ſequitur in expoſitione huius loci Corinthus. Et, quibuſdam interiectis: Nihil obſtat, quin comparativus ille vim ſuam hic quoque obtineat: ut videlicet intelligamus, *peiores eos exiſtimant*, *quam exiſtimabant*, vel, *quam exiſtimaturi fuiſſent*. Seu, *peiorem de iis opinionem concipiunt*, *quam concepturi fuiſſent*. Fateor alioqui legiſſe me alicubi, οὐ χεῖρον δὲ, vel, οὐδὲν δὲ χεῖρον, ſequente infinitivo, pro οὐ κακόν ἐστι. Aſſentior Stephano, etſi alioqui non novum eſt, comparativos pro poſitivis poni, quod idem l. d. multis exemplis oſtendit. Add. Gataker. de Stilo Nov. Inſtrum. cap. 15. Phraſis οὐ χεῖρον, pro καλὸν, vel οὐ κακὸν, ubivis obvia eſt. Vid. de ea Leopard. X Emendat. 21. Et ſic recte accipi poteſt apud Ariſtophan. Equit. v. 373; quamquam Suidas exponit βέλτιον. Τε εἶναι in qua editione Corinthi legatur, ignoro. In tribus, quas inſpexi, eſt τι εἶναι. Cetera in Corintho e Thucydide emendanda cenſet Stephanus.

Pag. 183. *l.* 1. Προτοῦ) Πρὸ τοῦ Gr. & Corinthus, recte: Ita e Codicibus emendatioribus reponendum I, 32 & 103. D. Halic. Caſſ. Gr. II, 73, IV, 72. Mſſ. accedunt Gloſſae: Polybius III, 288 & 354, 371, 580, 601; IV, 414; V, 541, 755, 727. Herodotus IX, 1, τὰ πρὸ τοῦ πεπρηγμένα. Sequente accuſativo cum infin. diviſim ſcriptores ſacri, & Codex Alex. Numer. XIII, 23. Vide D. Matth. XXIV, 38. ſic πρὸ τούτου Herodotus VIII, 108. Contra, Herodoti exemplaria I, 122, & Mſ. Bodl. VII, 139. Ariſtophanes Plut. 95, Demoſthenes Funebr. 155, Plato 408, 433, 565, coniunctim exhibent. WASS.

ead. l. 2. Αὕτη ἡ ἀξίωσις) Neſcio, cur Th. Mag. ἀξίω-

σιν hoc loco interpretetur παράκλησιν. Debuerat potius ad aliam significationem referre, qua ἀξίωσιν etiam pro eo, ὅπερ ἀξιοῖ τις, poni dicit. Recte hic Scholiastes, cujus expositionem veriorem esse indicat praecedens ἡγοῦνται.

ead. l. 3. Ἴσοι μὲν — δυνάμει) Thom. Mag. in ἀντίπαλον, ubi est καὶ τῇ εὐνοίᾳ. WASS. Ἀντίπαλοι hic Thomae sunt ἐναντίοι. Praefero cum interprete expositionem Scholiastae, quam etiam confirmant ea, quae leguntur in fine cap. 12.

ead. l. 5. Μηδεμία) Alii μὴ δὲ μία. Sic fere solent Attici. WASS.

Pag. 184. *l.* 3. Οὐκ ἐπὶ καταδουλ.) Vide Corinthum de Dialect. & Stephani Animadvers. pag. 29. HUDS. Ξύμμαχοι — Ἑλλήνων) Corinthus p. 151. WASS. Vid. ad I, 137.

Pag. 186. *l.* 9. Καθ' ἓν γενόμενον, ἢ ὑμῖν, ἢ ἄλλῳ) Dubitabam nonnihil, an distinctio post γενόμενον tollenda esset. Si retinetur, videbatur deesse καί, quod supplevit interpres. Sed neque mutatio distinctionis, neque supplementum interpretis omnino necessarium est.

Pag. 187. *l.* 6. Ὅ, τε τοῖς ἄλλοις μάλιστα εὔνοια πίστιν βεβαιοῖ) Recte dicitur πίστιν βεβαιοῦν. Sed est admodum implicita structura, quam interpres ita explicare conatus est, quasi scriptum esset, ὅ, τε τοῖς ἄλλοις μάλιστα πίστιν βεβαιοῖ, εὔνοια δηλονότι. Veniebat in mentem εὔνοια πιστὸν βεβαιοῖ, id est, βεβαίως πιστὸν παρέχει, ut ὅ, τε πιστὸν; & τοῦτο ἐχυρὸν inter se respondeant. Sed quia Thucydidis oratio ubique aspera & confragosa est, & omnes scripti editam lectionem tuentur, fortassis praestat nihil tentare.

ead. l. 10. Θράσος) Legendum cum Mss. Reg. Cass. θάρσος, quod ex mente legatorum, & istius seculi moribus ἐπ' ἐπαίνου accipi posse videtur. Favet Schol. τὸ θαρσῆσαι, & ipse auctor, qui alicubi ἐλπὶς θαρσεῖα. Θράσος ἐπὶ ψόγου saepe Hippocratis exemplaria, sed, ut suspicor, perperam. Voces hasce fere primus distinxit Aristoteles fine III Eudem. Ὅτι, inquit, τὸ ὁμοιότερον, ἧττον ἐναντιώτερον φαίνεται· οἷον πέπονθε τὸ ΘΑΡΣΟΣ, καὶ ἀσωτία πρὸς ἐλευθεριότητα. Idem factitat in θρασεῖς & θαῤῥαλέοι diserte Hyperides apud Suidam. Inde Scholiastae Homeri, Apollonii, & Grammatici, quia non advertunt, aliud esse philosophice, aliud cum vulgo loqui, hanc scholarum distinctiunculam fere passim inculcant. Haud ita veteres, & in-

primis Homerus, qui Il. φ', 394 — κυνόμυια ΘΑΡΣΟΣ ἄητον ἔχουσα. Odyss. ϱ', 449, Ὡς τις ΘΑΡΣΑΛΕΟΣ καὶ ἀναιδής ἐσσι προΐκτης. Euripides Phoeniss. 753, ΘΑΡΣΕΙ προκρίνας, ἢ φρενῶν εὐβουλίᾳ, quomodo & voce εὐψυχία alibi utitur: 'ΕΥΨΥΧΙΑΝ ἔσπευσας ἀντ' εὐβουλίας. Plato Protag.. Οὐ ταυτὸν εἶναι ΘΑΡΣΟΣ καὶ ἀνδρείαν· θάρσος μὲν γαρ καὶ ἀπὸ τέχνης γίνεται ἀνθρώποις, καὶ ἀπὸ θυμοῦ τε, καὶ ἀπὸ μανίας — ἀνδρεία δὲ ἀπὸ φύσεως καὶ εὐτροφίας τῶν ψυχῶν γίγνεται. Confer Aristotelem Eudem. III, 1, qui verba supra scripta ob oculos habuisse videtur. Idem nihilominus legis oblitus suae Lib. de Moribus III, 9 ita scripsit: Οὐκ, εἰ ΘΑΡΡΕΙ μέλλων μαστιγοῦσθαι, ἀνδρεῖος. Sed & θάρσος in furto clandestino adhibet Oppianus Hal. γ', 516, ubi frustra θράσος reponere avet Rittershusius. Verba autem Apollonii de Lemniarum scelere ex persona Hypsipylae, facinus atrox honestae vocis involucro tegentis, huc non plane quadrant. Εἰσόκε τὶς θεὸς ἄμμιν ὑπέρβιον ἔμβαλε ΘΑΡΣΟΣ. Nam ὑπέρβιον θάρσος omnino in vitium cadit, idemque ac θράσος valet, quo hoc ipso in scelere utitur Aeschylus Prom. 860. quod saepius in malam partem usurparunt plerique omnes; non tamen semper. Audiamus Homerum patrem Il. ξ', 416 — τόνδ' οὔπερ ἔχει ΘΡΑΣΟΣ ὅσκεν ἴδηται. Aeschylum etiam Suppl. 507 — φύλαξαι μὴ ΘΡΑΣΟΣ τέκῃ φόβον. Ubi Schol. θαρσήσας ad sententiam recte, ad metrum perperam. & 514 — ποῦ ΘΡΑΣΟΣ νέμοις ἐμοί; In versu 962 ratio metrica non impedit, quo minus legatur θάρσος. Pers. 394 vis verbi ab epitheto pendet, ut supra. 'Αλλ' ἐς μάχην ὁρμῶντες εὐψύχῳ θράσει, vid. & Sophoclem Electra 482. Clare Orpheus de Coral. v. 64; & Perseo: 'Αμφασίη δ' Ἥρωα λάβε ΘΡΑΣΥΝ ὡς ἐνόησε. Ita Lycophron 537, Isocrates, Demosthenes, Polybius XV, 979. Idemque suadent composita apud Hesiodum & Homerum θρασυκάρδιος, θρασυμέμνων, & in Aeschyli Prom. v. 729 θρασυσπλάγχνως. Recentiores, ut supra dixi, in θάρσος & θράσος Aristotelis auctoritatem sequi videntur, unde apud Iosephum Antiq. V, 1, 15, & XIII, 12, 5, θάρσους & θαρσοῖς ex Mss. reponendum. Et posteriore loco pro ἐποίησεν, cum Mss. Voss. Henric. Vatic. ἐνεποίησεν. Interpres vetus *immittebat*. Polybius V, 589 θάρσος ἐμποιῆσαι. WASS.

ead. l. 12. Δεινῶν) Κινδύνων alii ex interpretatione. WASS.

Pag. 188. *l.* 1. 'Αντεπιμελῆσαι) Henr. Stephanus ver-

bum ἀντεπιμέλλω in Indicem Thesauri sui contulit: unde apparet, eum probasse ἀντεπιμελλῆσαι, quod & melius cum iis, quae praecedunt & sequuntur, convenit, quam ἀντεπιμελῆσαι. Scholiastes hic quidem agnoscit ἀντεπιμελῆσαι, sed in expositione h. l. habet ἀντεπιμελλῆσαι, & convenienter sententiae interpretatur. Nec in Cass. legitur scholion, quod hic in Scholiaste edito est.

ead. l. 7. Ἀσφάλειάν τινα) Τινα abest Gr. minus eleganter. WASS.

Pag. 189. *l.* 10. Ἡμᾶς) Scripti ὑμᾶς, & interpres. Sed nihil muto. IDEM. Ὑμᾶς legunt etiam Valla, & Stephanus, quamquam in sec. huius edit. est ἡμᾶς. Nam vertit: *sed aut vos classe invadentes ab illis non propulsabimini.* Nec intelligo, cur lectio Mss. retineri non possit.

Pag. 190. *l.* 8. Καθαιρήσετε) Suidas καθαιρήσεται interpretatur καθελεῖται. apud Hesych. καθαιρεθήσονται, καταστραφήσονται. WASS.

Pag. 191. *l.* 2. Παραβαλλομένους) Homer. Αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν. Aristides π. μέσην τοῖς τοῦ πολέμου κινδύνοις τὴν πόλιν. Ioseph. III, 7, 7 B. Iud. πιστεύων τῷ Θεῷ τὴν σωτηρίαν παραβάλλεται: salutis discrimen adit. D. Halic. Ant. XI, 31: παραβάλλεσθαι πράγμασι καλοῖς, χαλεπόν. Sed hoc loco subaudiendum εἰς, vel κατά. Frustra enallagen, Grammaticorum θεὸν ἀπὸ μηχανῆς, inducit Portus. vid. Diodor. 118 c. WASS. Xenophon II Cyrip. pag. 53 Wech. παραβαλλόμενοι δὲ οὐκ ἴσα εἰς τὸν κίνδυνον ἴομεν. ubi tamen vet. lib. ἴμεν habebat, probante Camerario.

ead. l. 10. Ἐσβολήν, — ποιησόμενοι, καὶ αὐτοὶ) Hunc locum ita interpungendum censebat Heilm. ἐσβολὴν, — ποιησόμενοι, καὶ αὐτοὶ &c. & v. ποιησόμενοι (pro ποιησομένους) cum ξυμμάχοις & ἰέναι iungendum.

Pag. 192. *l.* 3. Ξυγκομιδῇ) Etymologus ἐν συγκ. κ. ν. Glossae. *collectus.* D. Halicarn. Ant. IV, 56: ΣΥΓΚΟΜΙΔΗΣ ὥραν ἐχούσαις; ubi pro πάλλων ex Vat. repone, μήκωνος τῷ σκήπτωνι ΠΑΙΩΝ τὴν κεφαλὴν, ἀπήρασσε. Isocrat. Areop. Εὐκαίρως πρὸς τὴν ΣΥΓΚΟΜΙΔΗΝ τῶν καρπῶν. Diodor. p. 10 συγκ. σίτου. Usus est etiam de cadavere componendo Sophocl. Ai. 1070, eleganter, quomodo sacri scriptores 2 Sam. XXI, 13; Reg. II, 22, 20; Iob. V, 26, ἐλεύσῃ ἐν τάφῳ ὥσπερ ΣΙΤΟΣ ὥριμος κατὰ καιρὸν θε-

ριζόμενος. LXX. & συγκομισθεῖσα. Confer Schol. Aeschyli in Sept. ad v. 1032. Wass.

ead. l. 4. Ἀῤῥωστίᾳ) Isocrates Panathen. Τὴν δὲ φύσιν εἰδὼς πρὸς μὲν τὰς πράξεις ἈΡΡΩΣΤΟΤΕΡΑΝ, καὶ μαλακωτέραν οὖσαν τοῦ δέοντος. Glossae vertunt *aegrimonium*, languitatem. Th. Magister: οὐ μόνον ἡ νόσος, ἀλλὰ καὶ ἡ ἁπλῶς ἀδυναμία· ἐπειδὴ καὶ ὁ νοσῶν ἀδυνάτως ἔχει χρῆσθαι, ἑαυτοῦ. Ita & LXX utuntur. Ἀτονίαν τῆς ψυχῆς vocat Chrysippus. Thomas legit ἐν ΚΑΡΠΩΝ ξυγκομιδῇ. Sed Suidas in συγκομιδὴ, συγκομ. καρποῦ. Wass. Suidas h. v. ἀῤῥωστία τοῦ στρατεύειν, ἀντὶ τοῦ ἀπροθυμία. Θουκυδ.

ead. l. 10. Ἱππέων καὶ Πεντακ.) Solon Athenienses in quatuor classes divisit: & appellavit Pentacosiomedimnos, Equites, Zeugitas, Thetes. Ac primos quidem ita dixerunt, quod quingentas mensuras aridorum & liquidorum reddere possint: Equites, quod equum alere illi valerent, & trecentas mensuras possiderent: Zeugitas, quod utriusque generis ducentas: Thetes vero erant capite censi & proletarii. Vide Plutarchi Solonem, Sigonium de Repub. Athen. Meursii Attic. Lect. l. 5, c. 20, eiusdem Solonem, c. 14, Rutgersii Var. Lect. p. 316, & Marshami Chronic. p. 603. Huds. Vid. Pollucem, Aeschylum Agam. 1626. Wass.

Pag. 193. *l.* 1. Τῶν Λεσβίων) Gr. τοῦ Λεσβίου. vid. supra c. 15. Idem.

ead. l. 13. Ἐν τοῖς) Inter plura exempla articuli pro pronomine positi hoc quoque affert Stephanus, Append. ad Script. de Dial. p. 184. Duker. Cf. Heilm. ad h. l.

Pag. 194. *l.* 7. Δίδραχμοι ὁπλῖται) Ita ex h. l. viri docti recte restituerunt apud Pollucem IV, 165, accedentibus etiam libris scriptis Pollucis. De stipendiis eorum, qui terra militabant, & classiariorum apud Athenienses vid. Meursium II Atticar. Lection. 8, quem locum designat in Var. Lect. Hudsonus, Lips. V de Milit. Rom. 16, & Petit. ad Leg. Attic. p. 554, qui hoc extraordinarium fuisse existimant. Nam alioqui illos quaternos, hos ternos in diem obolos accepisse. Cur Portus τήν τε γὰρ Ποτίδαιαν ἐφρούρουν verterit, *qui Potidaeam obsidebant*, ipse viderit. De his, qui in praesidio Potidaeae erant post deditionem urbis, de qua est II, 70, accipiunt Valla, Budaeus V de Asse pag. 175 ed. Vasc. Lipsius, & Petitus. Hoc tamen ex verbis Thucydidis, quamquam satis obscuris, videtur colligi, eos, qui urbem obsederant, idem stipendium accepisse.

Pag. 195. *l.* 4. Ἀντίσσης) Vid. Harpocrat. Aristot. Pol. 134, 2. olim insula. Ovid. M. XV, *Fluctibus ambitae fuerant* Antissa *Pharosque*. Fatum eius enarrant Liv. XLV, 31, Plin. V, 31. Mox voces καὶ τεῖχη usque ad καὶ ἐκβ. omittit Cl. scribae festinantis errore. Wass.

ead. l. 5. Ἐρέσου) Vid. VIII, 100 & 103. Ἐρεσσοῦ καὶ Μηθύμνης Cantacuzenus 290, 292. Wass. Varie scribitur, Ἐρεσσὸς, Ἐρεσὸς, Ἔρεσος, & Latinis *Eressus*, *Eresus*. Vid. Cellar. III Geograph. Ant. 2, qui hic quoque, ut infr. c. 35, & apud alios, Πύῤῥας scribendum recte censet. add. Harpocrat. h. v. Hinc *Pyrrhiades* puellae Ovid. Epistol. Sapph. v. 15.

Pag. 196. *l.* 8. Καὶ αὐτοὶ ἐσενεγκόντες, τότε) Puto haec melius ita distingui in Cass. & Vascos. καὶ αὐτοὶ ἐσενεγκόντες τότε πρῶτον εἰσφορὰν διακόσια τάλαντα, ἐξέπεμψαν κ. ἐ. τ. ξυμμάχους ἀ. ν. Aristoph. Lysistr. 655, Εἶτ' ἀναλώσαντες οὐκ ἀντεισφέρετε τὰς εἰσφοράς. Rectius etiam alii MSS. & edd. ἐσενεγκόντες, quam ἐνεγκόντες Reg. Est enim usitatissimum, & quasi proprium de talibus εἰσφέρειν. Sunt autem εἰσφοραὶ civium, φόροι sociorum & provincialium. Ammon. & Perizon. ad Aelian. II V. H. 10. Ἀργυρολόγους ναῦς memorat etiam Aristophan. Equit. 1068; ubi Schol. annotat, ἐλέγοντο δὲ Πάραλοι καὶ Σαλαμίνιοι, de quo amplius quaerendum arbitror.

ead. l. 14. Ἀναιϊτῶν) MSS. Gr. & Clar. nihil movent. De civitate Ἀναία vid. Eustath. ad Dionys. 828. ab hac diversa est *Anaitica* Armeniae, a nomine Deae Ἀναΐτιδος, de qua Strabo XI, XII & XV. Scylax p. 37, Ἄννα (Ἀναία) Πανιώνιον, Ἐρασίστρατος. De *Sandio* non memini me legisse: *Sandionis* cuiusdam meminit Pausan. 103. Wass. Infra c. 32 h. lib. Σαμίων τῶν ἐξ Ἀναίων. IV, 75, τὰ Ἄναια ἐπὶ τῇ Σάμῳ; & VIII, 19, ἔπλευσαν ἐς Ἀναίαν, ubi vide Var. lect.

Pag. 197. *l.* 5. Οὐδεμία ἦν ἐλπὶς) In quibusdam οὐδὲ μία ἐλπὶς ἦν, positura gratiore. Wass. Thom. Magist. in τιμωρῶ hic τιμωρίαν rectius interpretatur βοήθειαν, quam Scholiastes ἐκδίκησιν. Diodor. Sicul. XIII, p. 315, de hac re: τῶν Ἀθηναίων μηδεμίαν ἐξαποστελλόντων βοήθειαν. Idem Thomas ἀπὸ Ἀθηνῶν, omisso articulo.

ead. l. 6. Ἐπιβουλεύουσιν — ἐξελθεῖν) T. Magist. in βουλεύομαι om. τε, male. & diserte legit ἐξελθεῖν. Cf. Diodor. p. 315 b. Wass. Τε est in Thomae edit. Colin. & Franeq.

ead. l. 9. Ἐσπηγησαμένων) Virg. *dux femina facti.* Aelian. V H. III, 8: πιστεύσαντες ὅτι τῶν πολεμικῶν ἔργων ἡγήσεται καλῶς, καὶ εἰς δέον. Noster alibi ἡγεῖτο τῆς ἐσβολῆς. WASS.

Pag. 198. *l.* 1. Ἐξαληλιμμένον) Moeris hoc e Thucydide laudans itidem, ut Scholiastes, κεχρισμένον interpretatur. Est inter propria huius rei verba. Pollux VII, 124: τιτάνῳ δὲ χρίειν, εἶτα ἀλείφειν, ἐπαλείφειν, καταλείφειν, ἐξαλείφειν.

ead. l. 9. Τῇ οἰκοδομήσει) Pro οἰκοδομίᾳ agnoscit Pollux VII, 117. Vid. Thom. Magist. & Phrynichum in οἰκοδομή. WASS.

ead. l. 10. Δύο τοὺς περιβόλους) Ut solebant, cum ab hoste exteriore metus erat. Aliter de circumvallatione Mitylenarum c. 18, περιτειχίζουσι Μιτυλήνην ἐν κύκλῳ ἁπλῷ τείχει. Vid. Lips. II Poliorcetic. 1, & Casaubon. ad Polyb. p. 181, apud quos multa sunt, quibus Thucydidea Plataearum circumvallationis descriptio pulchre illustratur.

Pag. 199. *l.* 10. Πλαταιῆς) Alii Πλαταιεῖς. corrupte. WASS.

ead. l. 11. Τηρήσαντες νύκτα χειμέριον — καὶ ἅμα ἀσέληνον) H. Stephanus Operar. in Dionysium Halic. cap. 26, quo de Dionysii imitatione Thucydidis agit, scribit apud utrumque non uno loco φυλάττειν pro *observare*, minus usitata significatione legi: & quidem alicubi cum eodem accusativo: ubi videlicet dicunt, φυλάξαντες νύκτα ἀσέληνον. Sed in Thucydide hic est τηρήσαντες, non φυλάξαντες. Sic IV, 26, μάλιστα δὲ ἐτήρουν ἀνέμῳ καταφέρεσθαι. Φυλάττειν ea significatione dicit VII, 83, τῆς νυκτὸς φυλάξαντες τὸ ἡσυχάζον ἔμελλον πορεύεσθαι.

ead. l. 12. Ἀσέληνον) Omnes noctis commoditates ad furta belli enarrat. ὕδατι, hoc est, *nivibus*, vid. Polyaenum VI, 19. WASS.

Pag. 200. *l.* 7. Τὸν ἀριστερὸν πόδα μόνον) In quibusdam μόνον πόδα. non male. Virg. *Vestigia nuda sinistri Instituere pedis, crudus tegit altera pero.* Mox pro τὸν πηλὸν Dausquius πόλεμον. Sed nihil mutandum. non enim de peronibus, sed sandaliis loquitur. lapsum nempe cavebant in loco humido. Pero rusticis in usu. Pers. V, 102: *Navim si poscat sibi peronatus arator.* Dausquium hic, ut alias passim, falli, planissime docet ὑποδεδεμένοι. WASS. Dausquii coniectura est in Commentario ad Silium Lib. VIII, v. 421, pag.

353. In proeliis multae gentes alterum pedem tectum habebant, de qua re vid. quae annotant Lipſ. III de Mil. Rom. 7; Cerd. ad Virgil. VII Aeneid. 689; & Dauſq. l. d. ſed de iis hic non agitur. Quaeri tamen poteſt, cur ἀσφαλείας πρὸς τὸν πηλὸν ἕνεκα potius ſiniſtro, quam dextro, pede calceati fuerint: cum dextri pedis tegmen non minus ἀσφάλειαν illam praeſtare poſſet, quam ſiniſtri. Scholiaſtes dicit, eos dextrum pedem nudum habuiſſe διὰ κουφότητα. Eandem cauſam, cur Aetoli ſiniſtrum pedem ὑποδεδεμένοι fuerint, dextrum autem ἀνυπόδετον habuerint, reddit Ariſtoteles apud Macrob. V Saturn. 18. Nam, inquit, oportet pedem, qui praecedit, & inceſſum inchoat, τὸν ἡγούμενον πόδα, levem ac celerem habere, non eum, qui ſubſequitur ac tardior eſt. Add. Brodaeum III Miſcellan. 8. Dauſquio tamen haec ratio non viſa fuit idonea. Itaque ad emendationem maluit confugere: ſed ſine cauſa, ut opinor.

Pag. 201. *l.* 7. Κεραμίδα) Κεραμίδα & κέραμον de tegulis uſurpaſſe noſtrum, Pollux VII, 162 teſtatur. vid. infra III, 74. vid. Ariſtoph. Athenaeum, Etymol. Wass. Add. Poll. X, 182.

ead. l. 8. Καὶ αὐτίκα βοὴ ἦν) Ita ſcripſiſſe Thucydidem, non αὐτίκα βοὴν, nec αὐτίκα βοὴ, omiſſo ἦν, intelligi poteſt ex Hermogene περὶ ἰδεῶν Lib. I, cap. 12, pag. 361.

Pag. 202. *l.* 5. Παρανίσχον) Agnoſcit Suidas in πρόσισχε. Supra, φρυκτοὶ II, 94. Morem ſcite depinxit Aeſchylus Agam. v. 289:

Ἥφαιστος Ἴδης λαμπρὸν ἐκπέμπων σέλας,
Φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγέλου πυρὸς
Ἔπεμπεν. Ἴδη μὲν πρὸς Ἑρμαῖον λέπας
Λήμνου μέγαν δὲ φανὸν ἐκ νήσου τρίτον
Ἄθωον αἶπος Ζηνὸς ἐξεδέξατο,
Ὑπερτελής τε πόντον ὥστε νωτίσαι
Ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος πρὸς ἡδονὴν
Πεύκη, τὸ χρυσοφεγγὲς, ὥς τις ἥλιος.

& quae ſequuntur. Confer Themiſtium Or. XXIII, pag. 283. Wass.

Pag. 203. *l.* 6. Μεταπυργίου) Vid. Hudſ. in Var. Lect. Ita fere Harpocrat. ubi noſtrum & Lyſiam citat. idem valet v. μεσοτείχια Pollux I, 170. Vide Diodorum p. 574, 575. Wass.

ead. l. 9. Κωλυτὴς γίγνοιτο τῆς διαβάσεως) Pro κω-

λύοι τὴν διάβασιν. Hoc eſt, quod Dionyſ. Halicarn. Tom. II, pag. 133 & 134 dicit, Thucydidem τὸ ῥηματικὸν ὀνομαστικῶς ἐκφέρειν, & σχηματίζειν. Et ſic ex imitatione Thucydidis etiam Dionyſ. II Antiquit. 41, κωλυταὶ τοῦ εἰς τέλος ἀνάνδρου ἐγίνοντο: & VIII, 59, οὐχ ἱκανοὶ ἐγένοντο κωλυταὶ τῆς συμφορᾶς. Rurſus Thucyd. III, 2, μηνυταὶ γίγνονται τοῖς Ἀθηναίοις. Dionyſ. XI, 26, μηνυτὴς γίνεται τῷ δεσπότῃ. Vid. Caſaub. ad Dionyſ. p. 16.

Pag. 204. *l.* 1. Καὶ ἐτόξευον) In quibuſdam καὶ ἐντεῦθεν ἐτόξευον. male, ex ſuperiore loco. Wass.

ead. l. 4. Πλαταιέων) Leg. Πλαταιῶν, tacentibus non tam libris, quam qui illos tractarunt. Idem.

ead. l. 13. Ἀνδροκράτους) Ita Mſſ. Herodotus IX, 25: Ἐτάσσοντο κατὰ ἔθνεα, πλησίον τῆς τε κρήνης τῆς Γαργαφίης, καὶ τοῦ Τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος τοῦ Ἥρωος. ubi Lamb. & G. ἀλλὰ ἅμα πάντας: Medicaeus nihil movet. Fuit ille dux Plataeenſium. Plutarch. Ἀριστιδ. 325. Reſpondit Apollo, laturos ex Medis victoriam Athenienſes, ſi vota Νύμφαις Σφραγίτισι &c. nuncupaſſent, καὶ θύοντας Ἥρωσιν ΑΝΔΡΟΚΡΑΤΕΙ, Λεύκωνι, Πεισάνδρῳ, Δαμοκράτει, Ὑψίωνι, Ἀκταίωνι, Πολυΐδῳ — Ἀρχηγέται Πλαταιέων ἦσαν. — αὐτοῦ δ' ἦν καὶ τὸ τοῦ Ἀνδροκράτους ἡρῷον, ἐγγὺς ἄλσει πυκνῶν καὶ συσκίων δένδρων περιεχόμενον. ibi pro Νυσίων lege Ὑσίων cum Mſ. & διαμαρτεῖν. Paulo aliter enumerat Clemens Alex. Cohort. p. 35: Ἀνδροκράτει, καὶ Δημοκράτει, καὶ Κυκλαίῳ καὶ Λεύκωνι. Forte latet in voce Κυκλαίῳ vitium. Hos, opinor, conteſtatus eſt Archidamus II, 74. de Actaeone Ariſtaei filio, a Chirone educato, & in Cithaerone a ſuis canibus devorato. vid. Apollodorum III, 4, Diodorum p. 195. de Polyido Apollodorus III, 3. Wass.

Pag. 205. *l.* 6. Ὑσίας) Ita Mſſ. & Steph Vid. noſtrum Lib. V, 83. Pauſan. Boeot. IX, 2: ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ὀλίγον τῆς εὐθείας — Ὑσιῶν καὶ Ἐρυθρῶν ἐρείπιά ἐστι. Confer II, 24, VIII, 6. Herodot. VI, 108, IX, 15, V, 74. Κτίσμα erat Νυκτέως τοῦ Ἀντιόπης πατρός. Vid. Whelerum Itinerar. pag. 474, Strabonem IX, p. 620, & Suidam in h. v. Wass. Saepius Ὑσιαὶ invenias, quam Ὑσίαι. De ea Stephanus: Ὑσία, πόλις Βοιωτίας, καὶ ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς· περὶ ἧς Θουκυδίδης τρίτῃ. Ἄποικος Ὑρέων, κτίσμα Νύκτεως. — Annotat ibi Berkelius, non eſſe apud Thucyd. III, ſed apud Strabonem IX, 404, ad verbum. Non aſſecutus eſt mentem Stephani, qui non dicit, illa, ἄποικος

Ὑρέων — esse in Thucydidis III, sed tantum, eum Hysiam lib. III memorare. Ἐρύθραι, an Ἐρυθραὶ scribendum esset, iam olim non convenisse inter Grammaticos ostendit Eustath. in Homer. Il. β, 267.

Pag. 206. *l.* 8. Ἐς τὴν Μιτυλήνην) Locus Vossii, quem designat in Var. Lection. Hudsonus, est in illius Commentar. ad Pompon. Melam II, 7. Μυτιλήνη habent Stephanus & Epit. Strabon. XIII. In aliis fere tam Graecis, quam Latinis scriptoribus, editum est *Mitylene* & *Mitylenae*. Harduinus in Plinio utramque scripturam exhibet; fortassis quia ita in libris scriptis, vel vetustis editionibus invenit: nam recentiores constanter in prima syllaba habent *i*. Sed in nummis antiquis esse Μυτι annotat idem ad Plinium, & in Nummis ant. Populor. & Urb. illustr. nec non Holsten. ad Stephan. & Spanhem. de Praest. & Usu Numism. Dissert. IX, pag. 645, Dissert. XI, p. 279, & XII, p. 489. Et sic apud Gruter. Inscript. MCXVIII, 7: ΕΥΔΑΙΜΩΝ ΜΥΤΙΛΗΝΑ. Tamen ibid. CCCCLXXIV, 8: QUI MITYLENIS NEGOTIANTUR. Sed huius auctoritatem elevat Cellarius Geogr. Ant. III, 2.

Pag. 207. *l.* 11. Νεωτέρου) Hunc locum videtur ante oculos habuisse auctor Lexici Biblioth. Coislin. ap. Montfauc. pag. 483: Νεώτερος, ἀντὶ τοῦ νέος. Θουκυδ. γ'. Add. Suid. & Steph. Animadv. ad Lib. de Dial. p. 38.

Pag. 210. *l.* 10. Μυκόνῳ) Μηκόνῳ Cl. receptam lectionem tuentur, Stephanus huc respiciens, Herodotus VI, 118, Strabo X, 487, Eustath. ad Dionys. p. 99. Dicaearchus p. 26: Μύκονος. μετὰ ταύτην Τῆνός ἐστι καὶ λιμήν. Agathemeres p. 3. alii Μύκωνος. male. Petron. *Constanti* Myconae *dedit ferendam*. De qua scriptura ampliandum. vid. Aeschylum Pers. 887, & Tournefort. I, 217. Wass. Burmannus in Petronio p. 688 nihil haesitans edidit *Constanti Mycono*, ut voluerat Heins. ad Ovid. Epist. Cydipp. v. 81. Recte, sine dubio. Μύκονος scribendum, non Μύκωνος, constat e poëtis Graecis ac Latinis.

ead. l. 12. Ἔμβατον) Stephano τόπος τῆς Ἐρυθραίας. Ms. Vatic. Geogr. ἄκρον τῆς νήσου vocat. Plurative extulit Polyaenus III, 9, 29, περὶ Ἔμβατα. Wass.

Pag. 211. *l.* 2. Τευτίαπλος) Ita omnes. Hinc emendes licet Schol. Hermogenis, qui Τευτίαπλος ὁ Ἠλεῖος exhibet. Auctores, & Scholiast. vett. huius mentionem nullibi faciunt. Idem.

ead. l. 5. Ὥσπερ ἔχομεν) Graev. Baf. & Vafcof. recte diftinctionem habent ante ὥσπερ, quam etiam in Caff. manus recens fecerat. Nam haec coniungenda funt, πλεῖν ἡμᾶς, ὥσπερ ἔχομεν. Eft ufitatiffima formula apud Graecos. Xenophon Ἀναβ. IV non longe a principio, εὐθὺς, ὥσπερ εἶχεν, ὁ Ξενοφῶν ἐλθὼν πρὸς τὸν Χειρίσοφον, ᾐτιᾶτο αὐτόν. Lucian. Fugitiv. princ. εἰ γοῦν μὴ εἰς τὴν Ἀραβίαν, ὡς εἶχον, εὐθὺς ἀπιὼν ᾠχόμην, ἀπολώλειν ἄν. Idem Encom. Demofth. p. 697, ὡς οὖν ἤκουσεν ἀπὸ τῆς Καλαυρίας ἥκοντα τὸν Ἀρχίαν, εὐθὺς, ὡς εἶχεν, ἐκέλευσεν εἴσω καλεῖν. Sic quoque mihi accipiendus videtur locus Aeliani XII Var. Hiftor. 1, ubi Cyrus Afpafiae monile donans dicit, καί μοι, ὡς ἔχεις, περιθεμένη δεῖξον τὸν τράχηλον. Doctiffimi interpretes verba ὡς ἔχεις vel praetereunt in verfione Latina, vel in iis interpretandis aeftuant, ut apparet ex his, quae in Ind. v. ἔχω fcribunt. Putem ea recte verti poffe, *ut es*, vel, *ficut es*. Nempe Cyrus Afpafiae meridianti, & ob id inornatae ac negligentius veftitae, fupervenerat. Itaque iubet eam, *ficut erat*, monile collo circumdare, exiftimans, ei etiam incultae id non minori ornamento futurum, quam fplendidiffimos cultus indutae. Sic rurfus idem XIII, 2 de Macareo: καὶ ἀπολιπὼν τὴν τελετὴν, ὡς εἶχε, σὺν ὀργῇ καὶ θυμῷ εἰσεπήδησεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τῷ θύρσῳ, ᾧ κατεῖχε, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἔκτεινεν. ὡς εἶχεν, *ficut erat*, nempe in habitu bacchantium, atque etiam thyrfum manu geftans. Plane formularum harum apud Graecos eadem vis eft, quae Latinarum, *ut*, *ficut*, *qualis erat*. Add. Cafaub. ad Ariftoph. Equit. V, 486. In verfione Vallae, *priufquam palam fit*, *quemadmodum apud nos agatur*, quae fit fententia, non intelligo. Melius, meo iudicio, Portus. Nam hortatur eos, ut fine ulla mora ac deliberatione, atque ulteriore apparatu, Mitylenen navigent, & Athenienfes, antequam fama adventus Peloponnefiae claffis ad eos perferatur, incautos opprimant.

Pag. 212. *l.* 8. Ἀκουσίως) Ἀκούσιως legit Heilm.

ead. l. 10. Ἐφορμῶσιν αὐτοὺς) C. Baf. ἐφορμῶσιν αὐτοῖς, bene. WASS. Non video, qua ftructura orationis, aut quo fenfu, hic locum habere poffit αὐτούς. Hudfonus de hoc loco iubet videri Annotationes fuas, quae nullae funt. Paulo ante Valla legit οὐδενί: nam vertit, *nullis fe invitis venturos*. Et hoc praetuliffe Portum, oftendunt illius Notae, & verfio Latina. Nec difplicet. DUKER. Αὐτοῦ Heilm.

Pag. 213. *l.* 4. Μυοννήσῳ) Vid. Livium XXXVII, 27. Wass. Apud Stephanum est Μυόννησος. Straboni semper Μυόννησος, qui IX, 618 scribit, in huiusmodi compositis ν consuetudine quadam abundare, ut in Ἑκατόννησοι, Πελοπόννησος, Προκόννησος, & Ἁλόννησος. Berkelius ad Steph. v. Μυόνησος dicit, demonstrari posse, hanc rationem saepenumero falsam esse. Ex hoc non efficitur, Μυόνησος potius scribendum esse, quam Μυόννησος. Nam licet Stephan. huic, item vocibus Ἁλόννησος & Προκόννησος alterum ν detrahat, tamen non potuit Strabo ignorare, quomodo ea & sua aetate scriberentur, & ante scripta fuerint: qua in re, si quis eum erroris convincere velit, ei vel testimonia idoneorum scriptorum, qui id negent, vel aliorum monumentorum aequalium, aut vetustiorum, Nummi puta, & Inscriptiones, producenda sunt. Ea si non adsint, auctoritas librorum manu exaratorum, qui Μυόνησος, Προκόνησος, & Ἁλόνησος habent, contra diserta verba Strabonis valere non debet; utpote qui omnes longe post illius aetatem scripti sint. Adde, quod nemo pro certo affirmare potest, haec ab ipsis auctoribus ita profecta esse. *Myonnesus* quidem etiam in Livio est l. d. & in Plinio V, 31. & Προκόννησος gemino *n* scribi, ut Πελοπόννησος, dicit auctor Etymologici M. in Πελοπόννησος, eamque scripturam plerique tam Graeci, quam Latini servant.

ead. l. 6. Ἐξ Ἀναίων) Non audio Portum in Var. Lect. Hudsoni. Stephanus & Eustathius ἡ Ἀναία dicunt, Thucydides τὰ Ἄναια. vid. ad cap. 19 huius libri.

ead. l. 8. Ἀνταιρουμένους) Hoc vitio operarum primum in Porti, & inde in Hudsoni editionem venisse suspicor, pro ἀνταιρομένους, quod habent scripti & editi in Var. Lect. memorati. Nam Graeci de hac re semper dicunt ἀνταίρειν, ἀνταίρεσθαι, & ἀνταιρόμενος. Herodotus compluribus locis, quae in Lexico Ionico congessit Portus, Lucian. Hermotim. p. 519, & Sympos. 642, & alii apud Budaeum in Commentar. Ling. Gr. pag. 729. Schol. Sophocl. Aiac. v. 1085: τὸ ἀνταίρειν κυρίως ἐπὶ τῶν ἀντιτασσομένων λέγεται χερσὶν αἰρομέναις, ἢ ῥάβδοις, ἢ τοιούτοις τισί. Nec tamen quidquam mutare volui, quia in Gr. a prima manu erat ἀνταιρουμένους, & e Dan. nulla varietas annotabatur.

Pag. 214. *l.* 3. Εἰς Ἰωνίαν) Aeschylus pag. 30. Herodotus, Hippocrates εἰς, & ἐς. etiam εἰς ἀεὶ Sophocles Trach. 737, 1219; Aiace 343. & Aeschylus. Wass.

ead. l. 5. *Σαλαμινίας καὶ Παρ.*) Scholiaſtes Ariſtoph. in Avibus, ad illa, *κληστῆρ' ἄγουσ' ἔσωθεν ἡ Σαλαμινία*, notat, *δύο εἰσὶ νῆες ὑπερητίδες παρ' Ἀθηναίοις, ἡ Πάραλος καὶ ἡ Σαλαμινία. ὧν ἡ μὲν Σαλαμινία τοὺς ἐκκαλουμένους εἰς κρίσιν ἦγεν. ἡ δὲ Πάραλος τὰς θεωρίας ἀπῆγεν, τουτέστι τὰ ἐς θυσίας πεμπόμενα.* Sed & *τῇ Παράλῳ* ad abducendos reos utebantur, eamque miſere, ut Alcibiadem arceſſerent ad cauſam Athenis dicendam, ut conſtat ex Thucyd. & Suida in voce *Πάραλος*. Vide Sigonium, l. 4 de Rep. Athen. & Meurſii Attic. Lect. l. 2, c. 8. Huds.

Pag. 215. *l.* 9. Κολοφωνίων) Id oppidum Colophonium mari imminens, abeſt a vetere Colophone duo ferme millia paſſuum, inquit Livius 37, 26. Vel portum habuit, vel certe litus navibus opportunum. alterum innuere videtur Lucanus: *Et placidi Colophona maris.* Cl. Whelerus in Itin. numum exhibet Diadumeniani cum hac inſcriptione: ΚΩΛΟΦΩΝΙΩΝ, operarum opinor incuria. Nam de modulo certiores faciunt Theognis, Nicander, Ovidius, & Virgilius in Ciri. Tabulae Peutinger. *Coloſon:* Notit. Epiſcop. Κολοφὼν, & Ptolemaeus Κολοφῶν, ſcribunt pinguntque pro Κολοφὼν, quomodo Coislin. & Herodotus. Urbs autem haec, quam cum Notio paſſim confundunt antiqui, veterrima erat. Conditor eius Mopſus iuxta Melam, Pauſan. & Apollonii Schol. 1, 308, poſt Rachium Cretenſem. Atque ita fere Conon. Unde nomen traxerit, incertum eſt. Eſt enim apud Herodot. Colophon, qui & Smyrnam fundaſſe dicitur: eſt & piſcis eiuſdem nominis apud Heſychium. Capta eſt a Gyge, & diu bellum cum Halyatte geſſit ante Chriſtum 619. Is autem ſtratagemate uſus equitatum omnem, quo plurimum valuere Colophonii, ad internecionem uſque delevit. Vide Polyaen. VII, 2; Theognidem 1099; Ariſtot. Polit. IV, 4. Olymp. CXIX, ante Chriſtum 302, a Lyſimacho everſa eſt civitas, & poſtea commodiore loco rurſus inſtaurata. Conſule Diodorum, & Livium loco ſupra laudato. Nec perfunctorie tunc munita eſſe videtur, quia Antiochum repulit anno ante Chriſtum CXC. Paulo antea, Attalo, & Romanis in clientelam conceſſerat, a quibus tributi immunitatem obtinuit pace cum rege conventa: De qua re adeatur Polybius. Poſt paulo in libertatem, Tyranno amoto, vindicabat Lucullus, anno ante Chriſtum LXXIV. A Scythis vel Tartaris ruinam huic aliiſque Aſiae urbibus canunt auctores Sibyl-

linorum, ignemque & faces alibi minantur. Colophoniorum denique Episcopus in Concilio Ephesino memoratur. Oraculi Apollinis meminere Nicander, Alex. Strabo, Tacitus, Eusebius, Tertullianus, & Themistius Orat. XXVII. De reliqua eius historia nonnihil addunt Pausan. 535, Numismata & Paroemiographi. WASS.

ead. l. 11. Μάλιστα αὕτη) Αὕτη μάλιστα Gr. meliore ordine. WASS.

Pag. 216. *l.* 6. Προσκαλ. ἐς λόγους) Recte Cam. ὡς, ut alibi saepe, ut literae Philippi Demosth. 62 b. Xenophon. 2 Mem. 755, 760. Herodotus III, 140. Isocrates p. 291, 295, 392, 365. Polyb. 739. Emenda obiter Hippocratem Morb. Mul. ex Ms. 170, 43; &, qui nostrum fere sequitur, Iosephum B. Iud. V, 4, 17, ex MSS. Bigot. & Bud. WASS.

ead. l. 10. Ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ) Ἀδέσμῳ φρουρᾷ perperam Pollux VIII, 72. at Hesych. recte ut in contextu. De σῶν confer Suidam & Etymol. ubi fortasse pro σῶ, μονοσύλλαβον, legendum σῶν. vide Sallust. Fr. IV, Epist. Mithridatis, *quis pacto vitam dederant, insomniis occidere.* Plutarch. Aemil. Polyaenus III, 2: συνθέμενος ἀβλαβῆ καὶ ζῶντα ἀποπέμψειν — καὶ μετὰ τοῦτο κατηκόντισεν. Ita Adelbertum Comitem Hatto lusit apud Luitprand. II, 3. WASS. De σῶς add. Eustath. ad Homer. Iliad. ν', p. 959, & Thom. Magist. Ἄδεσμον φυλακὴν saepe dicunt Graeci, quae Latinis est custodia libera. Vid. Brisson. V Formul. p. 474, & Lips. ad Tacit. VI Annal. 2.

Pag. 217. *l.* 4. Κατὰ τοὺς ἑαυτῶν νόμους) Ex more, quo Metropoles Coloniis iura ac leges dabant. Spanhem. Dissertat. IX de Usu & Praestant. Numism. pag. 580.

Pag. 218. *l.* 8. Ἐπικαλοῦντες) Hoc non ad proxime praecedentia ἔδοξεν αὐτοῖς, sed ad superiora, οἱ Ἀθηναῖοι — ἀπέκτειναν, & γνώμας ἐποιοῦντο referendum est. Sed valde implicita est haec periodus. In priore membro paulo apertior erit sententia, si post ἄλλοι ponatur distinctio, quam & interpretes, ut ex illorum versionibus intelligitur, agnoverunt, & Cass. manu recenti adscriptam habet; qua posita, haec coniungentur, ἐπικαλοῦντες ὅτι τήν τε ἄλλην ἀπόστασιν ἐποιήσαντο, *& ceteram defectionem crimini dantes.* Illa, οὐκ ἀρχόμενοι, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, rectius mihi videntur Valla & Portus accepisse, quam Hudsonus in Var. Lect. Non dubium enim est, quin Thucyd. ad ea respiciat, quae Mitylenaei supra cap. 10 & seqq. dicunt, sibi

ab Athenienſibus libertatem relictam, ſed pleriſque ceteris ſociis ſervitutem impoſitam eſſe. In his deinde, *καὶ προσξυνελάβοντο οὐκ ἐλάχιστον τῆς ὁρμῆς*, aqua interpretibus haeſit. Valla ea in verſione Latina praeteriit. Porti verſio intelligi non poteſt. Nam claſſis Peloponneſiorum, quae non modo diu poſt defectionem Mitylenaeorum, verum etiam poſt Mitylenas iam captas in Ioniam venerat, non poteſt dici defectionem illorum adiuviſſe. Si vulgata ſcriptura retinetur, Thucydides hoc videtur dicere, Athenienſes Mitylenaeis cum ceteram defectionem crimini dediſſe, tum quod claſſis Peloponneſiorum, vel praecipue ab ipſis impulſa, in Ioniam venire auſa fuerat. Sed ſi quis *προσξυνεβάλετο*, quod in quibuſdam Mſſ. eſt, praeferat, quo fere inclino, totum hoc ad Athenienſes pertinebit, & hic ſenſus erit, *καὶ οὐκ ἐλάχιστον τῆς ὁρμῆς προσξυνεβάλετο* (*τοῦτο δηλονότι*) *αἱ Πελοποννησίων νῆες ἐς Ἰωνίαν τολμήσασαι παρακινδυνεῦσαι*, id eſt, *ὅτι αἱ Πελοποννησ. νῆες ἐτόλμησαν*, *&* (hoc) *non minimum contulit ad impetum* (tam praecipitis decreti faciendi) *Peloponneſiorum naves auſae*, id eſt, quod Peloponneſiorum naves auſae fuerant. — Sed oratio neque hoc, neque illo modo bene procedit. Videbunt acutiores. ego me hinc non ſatis expedio. DUKER. Conf. Heilman. ad h. l.

Pag. 219. *l.* 2. *Ἀναλογισμὸς*) Pollux II, 120. WASS. *Μετάνοια, μετάμελος. Θουκυδ.* Lexicon Biblioth. Coislin. Montfaucon. p. 483.

ead. l. 4. *Μᾶλλον ἢ οὐ τοὺς αἰτίους*) Kuhnius, quem in Var. Lect. laudat Hudſonus, putat Attice abundare *οὐ*. Adverſus eum operoſe diſputat Perizonius ad Aelian. l. d. & pro *οὐ τοὺς* mavult legere *αὐτούς*. Deinde in Addend. aliam huius loci interpretationem profert, qua admiſſa manere poſſit, ut putat, vulgata ſcriptura, *ἢ οὐ τούς*. Ego Stephano & Kuhnio aſſentior: primum, quia Thucydides, ut annotat Stephanus ad Corinthum, qui itidem, ut Scholiaſtes, negationem hic abundare dicit, etiam ſupra II, 62 eodem modo loquitur, *οὐδ' εἰκὸς χαλεπῶς φέρειν αὐτῶν μᾶλλον, ἢ οὐ, κήπιον καὶ ἐγκαλλώπισμα πλούτου πρὸς ταύτην νομίσαντας, ὀλιγωρῆσαι*: deinde, quia, quod idem Stephanus cap. 16 Operar. in Dionyſium Halicarn. obſervat, Dionyſius, qui ubique ſtudioſe Thucydidem imitatur, plus ſemel hoc loquendi genere utitur. Lib. VI, cap. 81: *καὶ ὡς τὴν βουλὴν οὐκ ὀρθῶς δι' ὀργῆς ἐχόντων — μᾶλ-*

λον, ἢ οὐχὶ τοὺς αἰτίους; quae ſunt ipſa propemodum verba Thucydidis, niſi quod pro οὐ Dionyſius οὐχὶ dicit. X, 28: ἀλλὰ τί ταῦτα τῷ δήμῳ ἐπικαλῶ μᾶλλον, ἢ οὐχ ὑμῖν; & XI, 34: οὔτε — δούλης ἀλλοτρίας ἀνελάμβανε παιδίον μᾶλλον, ἢ οὐ γυναικὸς ἐλευθέρας. ubi Xylander nihilo rectius quam Portus in VI, 81 expunctam volebat particulam negantem. Αὐτοὺς, quod Perizonius primo ſubſtituebat pro οὐ τοὺς, friget. De interpretatione ſcripturae receptae autem, quam in Addend. affert, nihil aliud, quod dicam, habeo, quam quod apud Comicum Bacchus ad Euripidem: οὐ μανθάνω. Ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ, καὶ σαφέστερον. Duker. Rectius Heilmanus repetendum ex anteced. v. διαφθεῖραι cum οὐ cenſet.

ead. l. 11. Κλέων ὁ Κλ.) De hoc Cleone (quem Cicero in Bruto, *turbulentum quidem civem, ſed tamen eloquentem fuiſſe*, ait) lege Ariſtophanis Equites. Huds.

Pag. 220. *l.* 1. Πιθανώτατος) Ariſtophan. Ἱπ. 136: βυρσοπώλης Παφλαγὼν, Ἅρπαξ, κεκράκτης, ΚΥΚΛΟΒΟΡΟΥ φωνὴν ἔχων. Wass.

ead. l. 3. Ἄλλο τε) Sic quidem Baſ. & e Dan. nulla varietas annotata erat. Sed puto eſſe errorem typographorum. Vid. Var. Lect.

ead. l. 11. Προσεπιβουλεύοντας) Non improbo coniecturam Stephani in Var. Lect. Hudſ. quam confirmat Caſſ. Πρὸς ſine caſu pro προσέτι ubivis obvium eſt; προσεπιβουλεύω autem adeo rarum, ut ne quidem optima Lexica id habeant.

Pag. 221. *l.* 1. Πάντων — ἀκολασίας) Stobaeus p. 244, ubi male καθίστησιν hodie legitur. Ceterum κρείσσων cum Mſſ. non κρείττων agnoſcit. Wass.

ead. l. 5. Οἵ τε — πλείω) Stobaeus, qui δηλώσοντες, & οἱ δέ. Dein τὸν τοῦ καλῶς. hoc recte. etiam μέμφεσθαι, & ἐπιτοπλεῖστον recte cum edd. Idem.

ead. l. 12. Νόμων) Euripides Oreſt. 487: Καὶ τῶν νόμων γε μὴ ΠΡΟΤΕΡΟΝ εἶναι θέλειν. Zaleuci Prooem. apud Stobaeum 280: ὑπ' ἀνθρώπων ἩΤΤΑΣΘΑΙ τοὺς κειμένους νόμους, οὐ καλὸν, οὐδὲ συμφέρον. Idem.

Pag. 222. *l.* 8. Ὁτιεγγυτάτω) Ὅτι ἐγγυτάτω 6 Mſſ. & edd. & p. 229 l. 13 exemplaria totidem. V, 74 ὅτι ἐγγύτατα Ar. C. Ald. Flor. Baſ. Reg. Caſſ. Gr. & VII, 86 Cl. Gr. Caſſ. Reg. Hippocrates § IV, p. 19, ὅτι ἐγγιστότα-

τα τούτου. Noster VI, 23 ὅτι ἐλάχιστα. Flor. Reg. Cass. Gr. recte, ut ex sequentibus patet. WASS.

ibid. Ἀντίπαλον) Eleganter. Hippocrates de Vict. rat. II, p. 26: αὔξοντες τὸ ΑΝΤΙΠΑΛΟΝ τοῦ σώματος αἷμα. WASS.

Pag. 223. *l.* 3. Θεαταὶ μὲν τῶν λόγων) At Dii Coelites, inquit Aeschylus Agam. 822, δίκας οὐκ ἈΠΟ ΓΛΩΣΣΗΣ κλυόντες, ἀνδροθνῆτας Ἰλίου φθορὰς Ἐς αἱματηρὸν τεῦχος οὐ διχορρόπως ψήφους ἔθεντο. IDEM.

ead. l. 7. Μετὰ καινότητος) Schol. verba sunt D. Lucae Actor. XVII, 21. WASS.

ead. l. 9. Δοῦλοι — ἀτόπων) Th. Mag. WASS.

ead. l. 13. Ὀξέως δέ τι λεχ) Haec cum superioribus iungunt Codd. Steph. cum sequentibus vero Cod. Aldinus. quam scripturam ipse quoque probo, ut sit sensus: *properasti & parati ad laudandum eum, qui aliquid acute dixerit, & ad percipienda ea, quae dicuntur.* F. Portus. HUDS. Sic quoque Cass. Gr. Vasc. & Bas. Sequor sententiam Porti.

Pag. 224. *l.* 4. Σοφιστῶν) Sic Athenis proprie dictos, qui rhetoricen docebant, annotat Scaliger IV Animadv. in loc. controv. Titii. 5. Vid. hic Scholiast. & Cresoll. I Theatr. Rhetor. 1.

Pag. 225. *l.* 2. Ἐπανέστησαν μᾶλλον) Huc respexit Alex. Aphrodisiensis in Aristotelis Top. II, p. 85: Βουληθεὶς παροξῦναι τοὺς Ἀθηναίους πρὸς τοὺς Μιτυληναίους, τὴν ἀπόστασιν αὐτῶν εἰς τὴν ΜΕΤΑΝΑΣΤΑΣΙΝ μετέλαβε. Ἐζήτησαν — διαφθεῖραι T. Mag. in βούλομαι. WASS. Suidas in ἐγκράτεια haec descripsit ex Aphrodis. ut ibi annotavit Kusterus: sed pro μετανάστασιν recte habet ἐπανάστασιν.

ead. l. 13. Εἰώθε δὲ τῶν πόλ.) Locum hunc imitati sunt Demosthenes in Olynth. 2, Sallustius in Histor. Fragm. Clemens Alexandr. Strom. l. 4, Philistus Historicus, aliique. Vide Putschii notas ad Sallustii Fragm. HUDS. In Clem. Alex. VI Strom. 2, pag. 620, haec ita leguntur: Εἰώθασιν δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων οἷς ἂν μ. κ. δ. ἔ. ἀ. εὐπραγία ἐ. εἰς ὕ. τρέπεσθαι. Sylburgius ibi pro οἱ πολλοὶ conicit οἱ πονηροί. Nihil tentasset, si ei in mentem venisset huius loci Thucydidis, cuius verba de industria videtur mutasse Clemens, ut ea aliquanto aptius ad argumentum suum accommodaret. Addit ibidem: Καὶ Φίλιστος ὁμοίως τὰ αὐτὰ μιμεῖται, ὧδε λέγων· Τὰ δὲ π. κ. λ. τ. ά. ἐ. ἀσφαλέστερα παρὰ δόξαν καὶ κακοπραγίαν. Haec sunt ipsa, sed nonnihil corrupta verba Thucydidis, quae si ita in scri-

pta sua Philistus transtulit, impudentissimus, non imitator, sed fur fuerit oportet. Sed suspicor, vel verba Clementis, καὶ Φίλιστος ὁμοίως τὰ αὐτὰ μιμεῖται, ὧδε λέγων, post κακοπραγίαν ponenda esse, ante haec εἰώθασι γὰρ μάλιστα οἱ παρὰ δόξαν ἀπροσδοκήτως εὖ πράσσοντες εἰς ὕβριν τρέπεσθαι; vel totum hoc τὰ δὲ πολλὰ — κακοπραγίαν insiticium esse. Nam sententiae Solonis, Τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὅτ' ἂν πολὺς ὄλβος ἕπηται, imitatio Thucydidea, quam ibi Clemens ostendit, his verbis, εἰώθασιν τρέπεσθαι, absolvitur. Philistus autem Thucydidem imitatus est illis, εἰώθασι γὰρ μάλιστα τρέπεσθαι: cum qua sententia nihil commune habent haec, τὰ δὲ πολλὰ — κακοπραγίαν. Quod si quis ea omnino retinenda putabit, tamen e verbis παρὰ δόξαν καὶ κακοπραγίαν nullum sensum elicere poterit, nisi e Thucydide emendatis & suppletis. Sed inspiciendus est locus apud Clementem.

Pag. 226. *l.* 2. Καὶ κακοπραγίαν — διασώζονται) T. Magister in διασώζομαι, & εὖ λέγει. Wass.

ead. l. 10. Τετραμμένοις) Quidam MSS. τραπομένοις. Sic passim Aristoph. Demosth. Plato, Xenophon, Synesius. Idem.

Pag. 227. *l.* 2. Ἀνήκεστον) Post hanc vocem nota interrogationis est in Vasc. & Bas. quam & oratio postulat, & interpretes expresserunt.

ead. l. 11. Ἀνθρωπείως) Alii ἀνθρωπίνως. Sed illud, teste Thoma Magistro, Atticum. Exempla alibi damus. Wass. Thomas praecipit, ἀνθρωπεία φύσις dicendum esse, non ἀνθρωπίνη. Et sic Thucyd. II, 50. ad quem locum fortassis respexit tam Thomas, quam Suidas, qui sine auctore laudat. Nam alioqui ἀνθρώπινος & ἀνθρωπίνως sunt in scriptoribus Ἀττικωτάτοις. Sed saepe permutantur in MSS. vid. ad Lib. I, cap. 22. Et sic Suidas ex Aristoph. Ranis affert ἀνθρωπίνως; quod ibi v. 1090 est ἀνθρωπείως.

ead. l. 12. Ξύγγνωμον) Thom. Magist. in σύγγνωμον. Plura in eandem sententiam ex aliis scriptoribus habet Muretus ad Aristotel. III Ethicor. 1.

ead. l. 14. Μηδὲ τρισὶ τοῖς ἀξυμφορωτάτοις) Existimat P. Victorius, lib. 31 Var. Lect. c. 10, ad hunc locum Thucydidis respexisse Sallustium de Bello Catilin. in principio orationis Caesaris. Huds.

Pag. 228. *l.* 13. Ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσεσθε) Recte interpretatur hunc locum doctissimus Gatakerus de Stilo Nov. Instrum. cap. 8. Paulo superius παθεῖν εὖ ex

auctoritate Mss. & sententia cl. Wasse in contextum receptum est, pro vulgato εὖ παθεῖν.

Pag. 229. *l.* 1. Οὐ προσῆκον) Stephanus loco, quem in Var. Lect. indicat Hudsonus, p. 160, vertit, *quamvis non deceat*, vel, *quamvis non aequum sit*, aut, *contra quam ius sinat*: & Corinthum ac Philoponum reprehendit, qui δέον, πρέπον, & προσῆκον, pro adverbiis δεόντως, πρεπόντως, & προσηκόντως poni tradunt.

ead. l. 11. Ὁ γὰρ μὴ ξὺν ἀνάγκῃ τι παθὼν) Si hanc lectionem, & Vallae ac Porti interpretationem sequimur, sententia erit, *qui ab alio nulla necessitate ad vim vel iniuriam faciendam coacto, laesus est.* Fortassis ita scripserit Thucydides. Sed tamen altera scriptura ξὺν δίκῃ non male respondet praecedenti sententiae. Nam qui aliquem μὴ σὺν προφάσει malo afficit, is eum utique μὴ σὺν δίκῃ laedit. Paulo post probo ὅτι ἐγγύτατα τῇ γνώμῃ. Ἐγγυτάτῃ, quod est in Reg. & Cass. librariis tribuendum videtur, qui neglexerunt geminare syllabam τα. Τῇ γνώμῃ cum Stephano quoque malim vertere *cogitatione*, quam *animo*. Lib. I, cap. 143: καὶ νῦν χρὴ ὅτι ἐγγύτατα τούτου διανοηθέντας.

Pag. 230. *l.* 8. Ὑμετέροις αὐτῶν) Αὐτῶν perperam abest a Gr. Wass.

Pag. 231. *l.* 2. Μετὰ ἀνοίας φιλεῖ γίγνεσθαι) Vide Sallustium Card. L. Wass.

Pag. 232. *l.* 7. Ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἴσου φαίνεσθαι ἄμεινον λέγοντα) Haec negotium facessiverunt interpretibus. Mihi Scholiastes τὸ φαίνεσθαι non male videtur ad utrumque participium ἐκφοβοῦντα & λέγοντα revocare; quae more Atticorum, ut plurimis locis apud Thucydidem, cum verbo φαίνομαι, pro infinitivis posita accipio. Sic I, 2, φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη, οὐ πάλαι βεβαίως οἰκουμένη. II, 11, πολλοὺς ὄντας ἑνὶ κόσμῳ χρωμένους φαίνεσθαι. Add. I, 13 & 14, III, 88, & Budaeum Commentar. Ling. Gr. p. 311. in quibus fere ita videntur uti τῷ φαίνομαι cum participio, ut verbo τυγχάνω. Ἀπὸ τοῦ ἴσου potest esse *aequo iure*, *aequa conditione*: nam qui alium contra se dicentem corruptelae insimulat & suspectum facit, non patitur eum aequo iure secum esse, sed conditionem illius deteriorem facit. Sed non omnino necessarium est φαίνεσθαι cum ἐκφοβοῦντα iungi.

ead. l. 10. Οὐχ ὅπως ζημιοῦν) Οὐχ ὅπως saepissime dicitur pro *non modo non*, sequente negatione in posteriore

membro orationis. Lucian. ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσηγ. πταίσμ. p. 497: καὶ οὐχ ὅπως θεοῖς, ἀλλ' οὐδ' ἀνθρώποις δεξιοῖς πρέπον. Sed non minus sine ea. Thucydides I, 35: τῶνδε οὐχ ὅπως κωλυταὶ ἐχθρῶν ὄντων — γενήσεσθε, ἀλλὰ καὶ — δύναμιν προσλαβεῖν περιόψεσθε. Lucian. Abdicat. pag. 721: ἀλλ' οὗτος — οὐχ ὅπως — μείζονα τὰ δίκαιά μοι τῆς εὐνοίας εἰσφέρει — ἀλλὰ — προσέτι καὶ μισεῖ φιλοῦντα. Itaque in his particula negans non potest suppleri ex sequente membro, quod de hoc loco Thucydidis dicit Portus in Var. Lect. Eadem in lingua Latina est ratio particularum *non modo*.

Pag. 233. *l.* 4. Βεβαίου δοκήσεως) Etiamsi demus clar. Hudsono, βεβαίας, quod in quibusdam Codd. est, non esse ex errore librariorum, qui Codd. illos scripserunt, tamen ex eo non consequitur, id a Thucydide profectum esse: nam ante eos vitio librariorum in Codd. e quibus illi suos descripserunt, ita scribi potuit. Nec, si Thucydides ἐρήμη & χρησίμη utitur, ideo affirmari potest, eum etiam hic βεβαία dixisse. Quin probabilius dici potest, quia multis aliis locis βέβαιος fem. gen. dixit, hic quoque praeferendam esse scripturam, quae plurium, eorumque melioris notae Mstorum, auctoritatem habet. Ita certe I, 32, & hoc lib. cap. 56, est χάριν βέβαιον; IV, 67, βεβαίους πύλας; III, 9, φιλίαν βέβαιον; & V, 73, μάχας βεβαίους. Et Budaeus Commentar. pag. 1066 ex hoc loco annotat βέβαιος δόκησις. Neque tamen probo sententiam Th. Magistri, βέβαιος fem. gen. melius esse, quam βεβαία; cum Demosthenes, scriptor quam maxime Ἀττικὸς, I Olynthiac. p. 4, βεβαίαν ἔχθραν, & ἐν τῷ ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν pag. 120, εἰρήνην βεβαίαν, dicere non dubitaverit. Et Dionys. Halicarn. VI, 51, βεβαία ἐλπὶς, pro quo tamen Cod. Vat. βέβαιος.

ead. l. 14. Καὶ ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦντι) Scholiastes & Stephanus melius videntur percepisse sententiam horum verborum, quam Valla & Portus. Est enim ita dictum, ut I, 142, καὶ ἐν τῷ μὴ μελετῶντι ἀξυνετώτεροι ἔσονται. Et III, 10, ἐν τῷ διαλλάσσοντι τῆς γνώμης.

Pag. 234. *l.* 13. Ἦν τε) Thom. Mag. in εἰ, ἢν ἀεὶ μετὰ ὑποτακτικοῦ παρὰ τοῖς ἀκριβεστάτοις. εἰ γὰρ εὕρηται ἅπαξ παρὰ Θουκυδ. ἤν τε — εἴεν: & deinde, post prolata duo loca Luciani, in quibus ἢν itidem cum optativo ponitur, ἀλλ' οὐ δεῖ ζηλοῦν τὸ ἅπαξ ῥηθέν. Videtur nota-

re Lucianum, qui illud ἅπαξ ῥηθὲν, ut dicit, Thucydidis imitatus fuerit. Sed credo, Lucianum peritiorem ſermonis Graeci fuiſſe, quam Thomam.

Pag. 235. *l.* 1. Περὶ τοῦ μέλλοντος) A vero cauſae ſtatu argumentatur, ut I, 36, & infra VI, 78. WASS.

ead. l. 4. Ζημίαν πρoθεῖσι) Sic infra cap. 82, τιμωρίας προτιθέντες. at ſupra cap. 39, εἰ τὰς αὐτὰς ζημίας προσθήσεσθε. quomodo hic quoque quidam Mſſ. & Schol. Apud alios etiam προστίθημι & προτίθημι interdum permutantur. Sed προσθεῖναι ζημίαν potius videtur eſſe *augere* & *graviorem facere* poenam, ut cap. ſeq. quam *ſtatuere* & *proponere*.

Pag. 236. *l.* 5. Πεφύκασι) Simonides: Πάμπαν δ' ἄμωμος οὔτις, οὔτ' ἀκήριος. Sopater apud Stobaeum pag. 313: Καὶ βούλου μὲν ἁμαρτημάτων τὴν ψυχὴν, ὡς δυνατὸν, καθαρεύειν· ἐννόει δὲ ὡς ΣΥΜΦΥΤΟΝ τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώπους. ὥσθ' ἕως ἄν τις ὡς ἀναμαρτήτους κολάζῃ, τὸ μέτρον ὑπερβαίνει τῆς κατὰ φύσιν ἐπανορθώσεως. WASS.

ead. l. 12. Ἀνήκουσι) Huc fortaſſis reſpexit Suidas in ἀνήκει, e Thucydide laudans ἀνήκουσιν, ἀντὶ τοῦ τελευτῶσι, λήγουσι.

Pag. 237. *l.* 2. Αἱ δ' ἄλλαι ξυντυχίαι) Ante haec verba ponenda eſt diſtinctio minor, ut in Vaſc. Nam praecedentia ἡ πενία, & ἡ ἐξουσία pendent a verbo ἐξάγουσιν. Paulo poſt dubito, an potius legendum ſit in tertio caſu ὡς ἑκάστῃ, ſcil. ὀργῇ, τὶς κατέχεται: quemadmodum πένθει κατείχετο dicit Herodian. I, 4. Et ita Vallam accepiſſe, indicio eſt illius verſio, *impetu homines ut ſuo quiſque occupantur*. Stephanus quidem in Append. ad Script. de Dial. p. 80, ubi hoc inter alia exempla pleonaſmi τοῦ τὶς annotat, & hic ἑκάστη pro nominativo habet, verſionem Vallae ita emendans, *pro diverſo affectu hominum, qui ab intoleranda quadam vi occupatur*, vel, *conſtrictus tenetur*. Sed non tam affectus occupari & conſtrictus teneri dicitur, quam homo affectu. Nec Mſſtorum conſenſus in vulgatam lectionem hic maximi ponderis eſt. Nam credo in omnibus pleriſque locis deſiderari ι illud ſubſcriptum, notam dativi, ut ſaepiſſime in Caſſ. & Gr. De voc. ὀργὴ vid. I, 130 & 140.

ead. l. 6. Ἐκφροντίζων) Scholiaſtae interpretatio non poteſt locum habere. Rectius Thom. Magiſt. h. v. accipit pro ἐννοῶν. Heſych. ἐκφροντίζων, βουλευόμενος. Ariſtoph. Nub. 695, ἐκφρόντισόν τι τῶν σεαυτοῦ πραγμάτων. Schol. σκέψαι καὶ διανοήθητι. Et mox v. 697, χαμαὶ μ' ἔασον αὐτὰ ταῦτ'

ἐκφροντίσαι. Sed in Thoma vitiose editur, ὡς μὲν τὴν ἐπιβουλὴν ἐκφροντίζων.

Pag. 238. *l.* 3. Ἢ ἄλλῳ τῷ δεινῷ) Puto recte esse in Reg. τῳ, pro τινὶ, ut alibi millies.

ead. l. 5. Ἐχεγγύῳ) Huc respicit Suidas in ἐχέγγυος, & exponit ὁ διὰ πίστεως ἄξιος. Hesych. βεβαίῳ, ἐξ αὐτοῦ ἔχοντι τὴν ἐγγύην. Nostrum sequitur Clemens Strom. VII, p. 891, Τῇ τοῦ Κυρίου φωνῇ πιστούμεθα τὸ ζητούμενον, ἢ πασῶν ἀποδείξεων ἘΧΕΓΓΥΩΤΕΡΑ. Iosephus Antiq. XIX, 1, 17: Τὸ δὲ πιστὸν τοῦ περιεῖναι μηδέπω τότε ἘΧΕΓΓΥΟΝ συνελθεῖν. Illi praeiverat Macchab. scriptor X, 28: Οἱ μὲν ἘΓΓΥΟΝ ἔχοντες εὐημερίας καὶ νίκης μετ' ἀρετῆς τὴν ἐπὶ τὸν Κύριον καταφυγήν. Codex ibi Alex. elegantius οἱ μὲν οὖν. Noster alibi, διὰ τὸ τὴν γνώμην ἈΝΕΧΕΓΓΥΟΝ γεγενῆσθαι, *quod sua illos opinio ut fideiussor inidoneus esset frustrata.* In Anthol. πέτρος ἜΓΓΥΟΣ πυρός. Haec omnia a parente historiae Herodoto, apud quem haud semel invenies, Οὐ ΦΕΡΕΓΓΥΟΣ εἰμι δύναμιν τοσαύτην παρασχεῖν. Hos Maro aemulatus est. *Non, si Iuppiter ipse* spondeat *Italiam.* Aeschylus Sept. Αἴθων τέτακται λῆμα Πολυφόντου βία, ΦΕΡΕΓΓΥΟΝ φρούρημα. Anacreon, Ὥρη γάρ σ' ἐπέδησεν ἈΝΕΓΓΥΟΣ. Wass.

ead. l. 7. Τὴν ἁμαρτίαν καταλῦσαι) Dionys. Halic. VI, 47, ἀναλύσασθαι τὰς ἁμαρτίας. Hoc a Thucydide sumtum ibi annotat Casaubonus, & suspicatur, hic quoque fortassis legendum esse ἀναλῦσαι.

ead. l. 13. Εἰ τὸ αὐτὸ δύναται σχολῇ καὶ ταχὺ ξυμβῆναι) Liceat inserere inter animadversiones in vetusta Scholia, brevem hanc disquisitionem de varia lectione particulae εἰ in textu auctoris, an retinenda sit in istis, εἰ τὸ αὐτὸ δύναται σχολῇ καὶ ταχὺ ξυμβῆναι. Mutant in ἢ editiones variae, Aldina, Florent. Bas. & Mss. Arundel. Barocc. Clarendon. & Graev. Annotavit quoque in margine ἢ, ut veram lectionem, Fr. Portus, adoptansque eam in versione sua Aemilius, distinguit verba, quae citavimus, a praecedente periodo, atque sic transfert: *An idem valet, sero & cito compositionem facere?* neque aliter iam olim Laur. Valla: *an idem valet, diu post & confestim in deditionem venire?* Phil. Melanchthon in Winsemiana: *Idemne valent tarde & cito facere deditionem?* At agnoverunt alii, probe pensitatis omnibus, quae enthymemate oratoris hoc continentur, rectius coniunctionem εἰ praefigi, ut connecta-

tur cum antecedentibus verbis ratio hoc loco, prorsus utpote emphatico, comprehensa. Quod ni fiat, perit potior pars argumentationis, neque assequemur satis eorum, quae orator cogitanda vult, efficaciam. Etenim connexio haec est sententiae: *Considerate namque, si qua nunc civitas, quae defecerit, norit non desperandam sibi a vobis salutem, eam de se dedenda conditiones accepturam, cum adhuc habeat, unde reddat victoribus impensas belli, & in posterum tributa solvat: at illo modo* (si ex sententia Cleonis durius & inclementius agatur cum poenitentibus) *quam tandem putatis fore, quae non & melius, quam nunc fecit, ad bellum se instruat, & obsidionem ad extrema usque perferat, SI idem valet, diu post & confestim in deditionem venire?* Ita nempe emendavit Vallam H. Stephanus in marg. edit. Lat. & in Concionibus seorsim editis p. 93. Acacius quoque ultima verba aptissime: *siquidem nihil intersit, sero an extemplo deditionem faciat?* nec minus eleganter I. Casa: *quippe cum nihil referre intelligant, tardene sese, an celeriter dediderint?* Cum his itaque sentiemus, & fatebimur insignem vim dictis, &, quem oratores vocant, aculeum sic inesse. Ceterum cum nullae editt. ante Stephanianas (quas in textu sequuntur Portus atque Hudsonus) εἰ legerint, neque in Codd. quorum variantes exhibet Oxoniensis, repertum, quaeritur unde id habuerit Stephanus? Resp. ex MSS. hac parte sinceris, ut videtur certe, etsi eos non indicat; quin testari ipse possum, in Cod. Ms. Bibliothecae Rostgaard. praestantissimo & superius nobis laudato, ita repraesentari: εἰ τὸ αὐτὸ δύναται σχολῇ καὶ ταχὺ ξυμβῆναι. Nemo vero nescit, quam facilis in librariorum scriptione mutatio ει in η, non ex vicinitate soni tantum, sed ex percepta haud satis mente auctoris, & contextus ratione. GRAMM.

Pag. 239. *l.* 9. Τοὐναντίον) Quidam MSS. τἀναντία. non male. WASS.

Pag. 240. *l.* 8. Ἐς πόλεμον ἐπέρχεσθε) Fortassis praesens pro futuro posuit, quod in aliis eiusdem significationis frequens est. Vid. ad II, 44. Ita sententia erit, eos, si quid tale eveniat, civitatibus, quae defecerint, bellum illaturos plebem sibi amicam habentes. Et sic accipiendum suadent sequentia, ἀδικήσετε, καταστήσετε, & ἕξουσι. Ἐπέρχεσθαι, pro ἔρχεσθαι, ut apud Sophocl. Aiac. 437, τὸν αὐτὸν εἰς τόπον Τροίας ἐπελθών.

Pag. 241. *l.* 2. Μὴ προσποιεῖσθαι) *Dissimulare.* De hoc ge-

nere loquendi multa habent Budaeus in Commentar. Ling. Graec. pag. 296, & Stephan. Append. ad Script. de Dialect. pag. 126.

ead. l. 3. Καὶ τοῦτο — τῆς ἀρχῆς) Thom. Magister in κατάσχεσις.

ead. l. 14. Ὅστις γὰρ — ἐπιὼν) Stobaeus pag. 366 pro ἐναντίους, ἀντιπάλους contra Mss. Codd. repraesentat, quomodo legendum puto: ita enim noster passim. Demosth. περὶ Μεγαλοπ. ὡς ἀνταλλάξασθαι βουλοίμεθα ΑΝΤΙΠΑΛΟΥΣ. ita Xenophon, alii ὅσα χόνις. Wass. Ἐναντίους pro hostibus dicit Thucyd. II, 42: τὴν δὲ τῶν ἐναντίων τιμωρίαν. Et I, 29: Κερκυραίοις ἐναντία πολεμήσοντες. In marg. edit. Stobaei Lugd. male scriptum est in concione Cleonis, pro Diodoti.

Pag. 242. *l.* 4. Ἐγένοντο) Confer Schol. Luciani T. I, pag. 4. Turbas, & studia contendentium noster non satis pro rei magnitudine explicat. Adeas ergo Euripidem Oreste 870, Aeschylum Eumen. 485. Wass.

ead. l. 7. Μὴ φθασάσης τῆς δευτέρας) Aemil. Portus, cuius sententiam de hoc loco in Var. Lect. refert Hudsonus, in scholiis Graecis, quae in edit. Thucyd. Wechel. vetustis inserta sunt, scribit, hoc vel ita accipiendum esse, ὅπως μὴ εὕρωσι διεφθαρμένην τὴν πόλιν, τῆς δευτέρας μὴ φθασάσης τὴν πρωτέραν; vel dicendum, μὴ φθασάσης τῆς προτέρας τὴν δευτέραν δηλονότι. Prius, quod Vallae quoque placuisse videtur, & nonnihil adiuvatur iis, quae mox scribit Thucydides, τῆς μὲν προτέρας νεὼς οὐ σπουδῇ πλεούσης, nullius Ms. auctoritate nititur: nec prius facile sine similium locutionum exemplis probari potest. Stephanus in marg. edit. suae secundae quidem scribit, se in Annotationib. ostensurum, videri ferri posse δευτέρας. Verum nullae exstant illius Annotationes, nisi in Lib. I, & II.

ead. l. 12. Οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ἄλφιτα πεφυρμένα) Μάζαν, cibum remigum, apud Aristophan. Ran. 1105, Spanhemius ibi ex hoc loco interpretatur panem vino & oleo maceratum. Sed non credibile est, μάζαν remigum semper vino subactam fuisse, quos victu admodum tenui usos certum est. Haud dubie verum est, quod scribit Scheffer. IV de Milit. Nav. 1, hoc extraordinarium fuisse, quo alacriores essent remiges. Πεφυρμένος plus semel est apud Homerum, & apud Dionys. Halic. qui Thucydideis libenter utitur, VI, 31, & XI, 40. πεφυραμένος in illo, apud Sue-

ton. Tiber. LVII, πηλὸν αἵματι πεφυραμένον: ubi, quamquam & MSS. variant, & Suidas in Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος habet πεφυρμένον, Casaubonus tamen omnino melius esse dicit πεφυραμένον. Ὕπνον αἱρεῖσθαι est etiam II, 75, ubi vid.

Pag. 243. *l.* 3. Ἔφθασε) Vid. Diodor. Sicul. pag. 315 a. WASS.

ead. l. 11. Κλήρους) Μερίδας recte interpretatur Scholiastes. Est enim κλῆρος portio, sive modus agri colonis, in agros hostibus ademtos missis, vel nova urbe condita civibus viritim sorte assignatus. Vid. Spanhem. ad Aristoph. Nub. v. 203, & ad Callimach. Hymn. in Del. v. 281; & Perizon. ad Aelian. XII Var. Hist. 61. Posterioris generis κλήρους *heredia* vocabant Romani, quod heredem sequerentur, ut ait Varro I de Re Rust. 10.

ead. l. 13. Τοῖς θεοῖς ἱεροὺς ἐξεῖλον) De hoc more veterum, in dividendis agris ab hoste captis, agit Spanhem. Dissert. IX de Praestant. & Usu Numism. pag. 669, & ad Iuliani Orat. I, pag. 218. Κληρούχους Schol. Aristoph. l. d. Hesych. Suidas & Schol. Sophocl. Aiac. 508, exponunt γεωργούς. Alibi sunt duces coloniarum. Utramque significationem allatis multorum scriptorum locis ostenderunt Vales. ad Harpocrat. voc. Κληροῦχοι, & Spanh. ad Aristoph. l. d. & ad Iuliani Orat. I, pag. 187.

Pag. 244. *l.* 3. Πολίσματα) Troiam ex hac voce captam a Pachete argumentatur Strabo XIII, pag. 896. WASS. Add. quae ibi annotat Casaubonus.

ead. l. 9. Μίνωαν τὴν νῆσον) Strabo IX, p. 391, ἄκραν vocat. Observat Casaub. ad Strab. III, 137, haec apud Geographos saepe confundi, & ab alio insulam, vel peninsulam appellari, quam alius ἄκραν vocat. Sed festinatione lapsus scribit, Minoa ante Megara Straboni insula, Thucydidi ἄκρα; quod contra scriptum voluerat, ut intelligitur ex iis, quae ad Strabon. IX, 391 annotat.

ead. l. 13. Τούς τε Πελοποννησίους) Cass. hic adscriptum habet scholion, ἐβούλετο δηλονότι. Ita accusativus τοὺς Πελοποννησίους hic erit pro nominativo, quasi esset, καὶ ὅπως οἱ Πελοποννήσιοι μὴ ποιῶνται ἔκπλους. Haec constructio usitatissima est cum verbis οἶδα, ὁρῶ, φοβοῦμαι, eorumque synonymis, cuius multa exempla congessit Stephanus ad Script. de Dial. pag. 51. Nec tamen infrequens cum aliis. De λέγω & ἀγγέλλω vid. quae annotat Gronov. ad Arrian. III, 1. Aristophan. Plut. 56: σὺ πρότερον

σεαυτὸν ὅστις εἶ, φράσον. Nubib. 144: ἀνήρετο Χαιρεφῶντα ψύλλαν ὁπόσους ἅλλοιτο τοὺς αὐτῆς πόδας. Et Avib. 1269: Δεινόν γε τὸν κήρυκα, τὸν παρὰ τοὺς βροτοὺς Οἰχόμενον, εἰ μηδέποτε νοστήσει πάλιν.

Pag. 245. *l.* 1. Τοπρὶν) Τὸ πρὶν Gr. Caff. Reg. Ar. C. Herodotus II, 172, & Gloffae coniungunt; quibus accedit Homerus Il. χ', 156, & Euftathii exemplar & Notae. Alibi decies τὸ πρίν. Nofter alicubi ὁ πρίν. WASS.

ead. l. 11. Πλαταιῆς) Hanc Plataearum deditionem cum eruptione III, 20 memorata coniungere videtur 315 c. Diodorus. Demofthenes in Neaeram p. 531: Τῶν δὲ Πλαταιέων ἀποκριναμένων, ὅτι ἄνευ Ἀθηναίων οὐδὲν ἂν πράξειαν, ἐπολιόρκουν αὐτοὺς διπλῷ τείχει περιτειχίσαντες ΔΕΚΑ ἔτη. Interp. decennium, fed reclamat computus. Urbem περιεσταύρωσαν Bell. Pelop. III. deditio autem facta eft belli eiufdem anno quinto. repone ergo fidenter δύο. Ceterum *Plataea* utroque numero nofter & Herodotus. Apud Nepotem, Mf. Trin. *Plataeas*, Paufan. I, ubi vocem *millibus* recte omittit. Vid. Whelerum Itin. p. 474, & Sextum Empir. 31 d. WASS. Sextus adverf. Grammat. cap. 7: Ἀθῆναι γὰρ λέγονται πληθυντικῶς, αἱ μία πόλις, καὶ Πλαταιαί. Euftath. in II Il. p. 296: Ἑνικῶς μὲν γὰρ ἡ Πλάταια, πληθυντικῶς δὲ αἱ Πλαταιαί. Et fic Steph. ubi vid. interpretes.

Pag. 246. *l.* 1. Αὐτῶν) Abeft Cl. non male. WASS.

ead. l. 4. Μὴ ἀνάδοτος εἰη ἡ Πλάταια) Pollux VII, 13, μὴ ἀνάδοτος εἴη Πλάταια, omiffo articulo. & explicat, τὸ μετὰ τὴν πρᾶσιν ἀποδοθέν. Videtur ad proverbium alludere, τῶν ὀρθῶς δοθέντων ἀφαίρεσις οὐκ ἔστι. Vid. ad locum Annotata. WASS. Stephanus Append. ad Script. de Dial. p. 201 putat, Pollucem indicare, ἀνάδοτος effe inter vocabula Thucydidi peculiaria, vel cum paucis communia. Hoc non facile quis colligat e verbis Pollucis, qui faepe eodem modo loquitur de vocabulis quibufdam, quae multis communia funt. quamquam fortaffis verum eft, ἀνάδοτος raro apud alios inveniri.

ead. l. 12. Δικασταὶ πέντε ἄνδρες) Horum unus erat Ariftomenidas, Agefilai regis avus maternus, ut ait Paufanias in Laconicis. Palmerius Exercitat. p. 48. HUDS.

ead. l. 14. Οὐδεμία) Οὐδὲ μία recte Caff. & II, 47 & 87 C. tantum. VI, 103, VII, 34 Caff. Sic Theophraftus de Igne 423. Hippocrates Morb. Mul. 163. Ifocrates Orat. ad Philipp. 155, 334, 335 bis. 354, 363, 371. & fupra 137, 140,

147, 152. in *μηδὲ μία* haud ita sibi constat. Adde huc sis Hippocratem § IV, 78. Demosthenes de falsa legat. 212 *οὐδὲ εἷς*. Xenophon p. 10 & 467, & Herodotus III, 104, 125 *οὐδὲ ἕν*. Xenophon 379 *οὐδὲ μιᾶς*. Iosephus Antiq. XIX, 894 *οὐδὲ εἷς*. Ita certe Eusebius, recte. Sic etiam reponendum Bell. Iud. VI, 5, 2 ex Codice Bigotii: *nemo* vertit Ruffinus eiusque Mss. penes nos. WASS.

Pag. 247. *l.* 1. Τοσοῦτον *μόνον*) Stephanus l. d. p. 105, quia *τοσοῦτον* per se significat *hoc solum*, sive *non aliud quam hoc*, *τὸ μόνον* abundare existimat. Sed hoc satis obvium est: *παρέλκον* illud particulae *τι*, in iis, quae sequuntur, *εἰ* TI *Λακεδαιμονίους — ἀγαθόν* TI *εἰργασμένοι εἰσὶν*, longe, ut opinor, inusitatius. Et certe tantum uno loco positum ad sententiam sufficere poterat. Mox cap. 54, ubi haec repetuntur, omittitur loco posteriore. In Gr. hic abest loco priore. Eadem varietas est cap. 68.

ead. l. 10. *ἐν ἄλλοις*) Ἂν *ἄλλοις* malit Heilm.

Pag. 249. *l.* 4. Καὶ ἐς τοὺς ἄλλους) *Καὶ τοὺς ἄλλους* quidam Mss. utroque modo noster. WASS. *Τῶν εὖ — ποιησόμεθα* Thomas Mag. in *δεδρασμένῳ*.

Pag. 250. *l.* 6. Σεισμὸν) Olymp. LXXVII, 4. vid. Diodor. pag. 274 c. WASS.

ead. l. 12. Πρὸς — *τραπέσθαι*) Th. Mag. in *βούλομαι*.

Pag. 251. *l.* 10. Ἀλλ' *οἱ ἄγοντες ἐπὶ τὰ μὴ ὀρθῶς ἔχοντα*) Valla, *penes illos, qui duces ad prave agendum exstiterant.* Fr. Portus, *penes duces.* Uterque recte. Male Ae. Portus, quem secutus est Hudsonus, *penes illos, qui vos ad res pravas agendum duxerunt.* Apertum est, e superioribus repetendum esse *τοὺς ἑπομένους*: *οὐχ οἱ ἑπόμενοι αἴτιοι, ἀλλ' οἱ ἄγοντες τοὺς ἑπομένους*. Infr. cap. 65: *οἱ γὰρ ἄγοντες παρανομοῦσι μᾶλλον τῶν ἑπομένων.*

ead. l. 14. Ἱερομηνίᾳ) Portus, cuius versionem hic interpolavit Hudson. putavit esse, *νουμηνίαν*. Et sic cap. 65. Stephanus quoque in marg. edit. sec. versionem Vallae, *die solemni*, emendat, *in sacris*, vel *feriis primae diei mensis*, q. d. *feriarum menstruarum die.* Fortassis omnis *νουμηνία* recte dici potest *ἱερομηνία*: sed an omnis *ἱερομηνία* quoque sit *νουμηνία*, mihi non liquet. Nam Harpocration e Demosth. adv. Timocrat. *ἱερομηνίας* nihil aliud, quam *ἑορτώδεις ἡμέρας* interpretatur. Et sic ex eo Suidas, & Hesychius. Nec quidquam de *νουμηνίᾳ* addunt. Ac neque quisquam e quamplurimis scriptoribus, quorum verba de sacro *νουμηνίας*

affert Meursius in Graec. Feriata, v. Νουμηνία, hunc diem vocat ἱερομηνίαν. Adde, quod Thucyd. II, 4 Plataeas a Thebanis τελευτῶντος τοῦ μηνὸς occupatas dicit. Budaeus in Demosthene, qui saepe ἱερομηνίαν memorat, interpretabatur *sacra stata aliquo mense*, vel generaliter *diem festum*, & Camerar. in Demosth. adv. Timocrat. *dies festos*. Vid. Steph. Thes. Suidas ἱερομηνία, ἱερὰ ἑορτὴ κατὰ μῆνα. Sic etiam Etymolog. M. & insuper, ἡ ἐν τῷ μηνὶ ἱερὰ ἡμέρα, quae confirmant interpretationem priorem Budaei. In Gloss. ἱερομηνία, *festivi ludi*: quo pertinet, quod e Budaeo annotat Steph. ἱερομηνίαν apud Demosthenem etiam esse *diem ludorum*. Infra V, 54 est τὰ ἱερομήνια, ubi Schol. ἑορτώδης ἡμέρα. Quae Kuhnius ad Pausan. III, 5 de ἱερομηνίαις annotat, nihil magnopere ad illustrationem huius loci faciunt, & non satis explorata videntur. Vide etiam quae annotata sunt ad V, 54.

Pag. 253. *l.* 7. Τὸ ξυμφέρον &c.) Pro ἔχωσι Heilm. legit ἔχουσι, locumque ita explicit: τὸ ξυμφέρον μὴ ἄλλο τι νομίσαι (χρὴ) ἢ τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ξυμμάχων (pro τοῖς ἀγ. ξυμμάχοις) ὅταν ἀεὶ βέβαιον τὴν χάριν τ. ἀ. ἔχουσιν ἡμῖν καὶ τὸ παραυτίκα που ὠφ. καθ.

Pag. 254. *l.* 8. Πανοικησίᾳ) Πανοικεσίᾳ, quod quidam Mss. habent, etiam est in Polluce VI, 163 ex Antiphonte, & in Thoma Mag. πανοικὶ e Libanio. Sic quoque Dionys. Halic. VII, 18, & XI, 2, & Moeris. Sed in Thucydid. II, 16 non est πανοικεσίᾳ, ut Thomas laudat, sed πανοικησίᾳ, sine ulla varietate scripturae. Portus hic male discedit a versione Vallae, & non recte ad nomen urbis refert, quod de tota urbe dicit Thucydides. Paulo post, si in his οἵτινες Μήδων — ea sententia est, quam interpretes expresserunt, pro ἀπολλύμεθα, verbo praesentis temporis, aliud tempus videtur requiri, ut in illo Themistoclis apud Plutarch. Themist. ὦ παῖδες, ἀπωλόμεθα, εἰ μὴ ἀπωλόμεθα.

ead. l. 13. Θανάτου δίκῃ κρίνεσθαι) Κρίνεσθαι δίκῃ etiam Plutarch. dicit Public. p. 193: οὐκ ἔφευγεν ἐπ' αὐτοῦ δίκῃ κριθῆναι πρὸς Ταρκύνιον. Habent etiam vocabulum δίκῃ hic omnes Mss. excepto Regio. Et ob id suspectum esse potest, eo quod in hoc genere loquendi fere omittitur. Plutarch. Apophthegm. pag. 327, κρινόμενος θανάτου. Aelian. XIII Var. Hist. 42, ἔκριναν με θανάτου. Polyb. VI, 12, θανάτου δὲ κρίνει μόνος, sc. ὁ δῆμος. Similiter in eo, quod

ex Athenaei XIII, 6 affert Budaeus, κρινομένη δὲ ὑπὸ Εὐβίου τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἀπέφυγε. In quibus Stephanus Append. ad Script. de Dialect. pag. 110 deesse putat δίκην. Quamquam etiam κρίσιν suppleri potest e loco Demosthenis, quem & ipse laudat, κρίνεσθαι κρίσιν θανάτου. Mox ἀτιμώρητοι Thomas Mag. in τιμωρῶ exponit ἀβοήθητοι, ubi & Πλαταιεῖς.

Pag. 255. *l.* 2. Ὑμεῖς — ἦτε) Dionys. Halicarn. p. 7 δεδίαμεν perperam & Mss. λέξις, inquit, πάνυ χαριέντως συγκειμένη, καὶ μεστὴ πάθους. WASS.

ead. l. 6. Γναμφθῆναι) Pro καμφθῆναι non dubitavi reponere ex marg. γναμφθῆναι. Ea vox in desuetudinem abiit post Platonis tempora, & varie scribitur a Grammaticis. Poëtae, & Homeri sequaces retinent scripturam veterem διὰ στεμφασμὸν εὔφωνον, ut alicubi Eustathius. Homerica enim sunt, Ἐν δὲ γόνυ Γνάμψεν. γναμπτὸν νόημα, & γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν, μέλεσσιν. Hesiod. Op. 205, γναμπτοῖσι πεπαρμένη ἀμφ' ὀνύχεσσιν, hoc est, κεκαμμένοις. Paulo infra apud Hesiodum vers. 278, cum Alex. Clemente pro ἔσθειν — ἐπ' αὐτοῖς legerim, Ἔσθεμεν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶ μετ' αὐτῶν. Aeschylus Pers. 577, Γναμπτόμενοι δ' ἁλὶ δεινᾷ: ubi male interpres, & Scholiasta. Lycophron 1247, οὔ ποτ' Οἰκουρὸς δόρυ Γνάμψει Θέοινος. Callimachus Del. 311, γναμπτὸν ἕδος σκολιοῦ λαβυρίνθου. Plato Rep. X, p. 762 Francof. κνάπτοντες ἐπ' ἀσπαλάθων: antiquam scripturam servavit Iustinus Martyr, cuius unius auctoritate rescribendum, γνάμπτοντες. Apollonius ad navigantes transtulit II, 350: Ῥηβαν ὠκυρόην ποταμὸν, ἀκτήν τε μέλαιναν γνάμψαντες, uti & 946, 967, 1012. Idem III, 1248, Πείρησαν τευχέων βεβιημένοι. οὐδ' ἐδύναντο Κεῖνο δόρυ γνάμψαι. & 1349, Γνάμψε δὲ γοῦνατ' ἐλαφρά. Apud Nicandrum Theriac. p. 8 Aldin. Γναμπτόμενοι etiam pro ξεόμενοι. Oppianus Hal. III, 133, γένυν γναμπτοῖο σιδήρου. Ubi Mss. quomodo apud Homerum, γναπτοῖο obtrudunt: id quod facit & alibi Scholiasta. Hal. V, 574, νόον γνάμπτουσι σιδήρεον. Quo in loco, ut id obiter moneam, lege ex Cod. Ms. Μήτηρ δὲ πρῶτον μὲν ἀτυζομένη δεδόνηται, non πεπότηται: de hirundine sermo. Confer denique Hal. V, 164, & Hesych. in εὔγναμπτον. WASS. Γνάμπτω, γναμπτὸς, & ἐπιγνάμπτω de animo dici, ostendit Stephan. in Thes. Add. Stanlei. ad Aeschyl. Prom. 163. Hesych. ἐπιγνάψασα (Soping. recte ἐπιγνάμψασα) ἐπι-

κατακλάσασα, συμπείσασα. Aeschyl. Prometh. 994, Γνάμψει γάρ οὐδέν δέ μ', ὥστε καὶ φράσαι. Schol. ἐπικλάσει, ut mox Thucyd. cap. 59, ἐπικλασθῆναι τῇ γνώμῃ. Κάμπτω & ἐπικάμπτω quidem haud dubie eandem significationem habent. Sed γναμφθῆναι vix videtur a scriba potuisse proficisci.

ead. l. 8. Σώφρονα) Vid. Euripidem Androm. 778. WASS.

Pag. 256. *l.* 2. Νόμος τοῖς Ἕλλησι) Vid. Feith. III Antiquit. Homericar. 14, & infr. cap. 66, 67.

ead. l. 4. Ἀποβλέψατε) Vid. II, 71, & Themistium Orat. VI, p. 82. WASS.

ead. l. 6. Κατὰ ἔτος ἕκαστον) Huius annui sacri totam rationem multis describit Plutarch. Aristid. pag. 608. Alia huc pertinentia habent Luisin. II Parerg. 14, & Cerd. ad Virgil. III Aeneid. 301, & V, 46. Quid sint ὡραῖα, & ὡραῖοι καρποὶ, ostendunt Graev. ad Hesiod. ἔργ. v. 31, & Meibom. ad Diogen. Laërt. II, 32.

ibid. Ἐσθήμασι) H. Stephanus annotavit, etsi Scholiastae Sophoclis ad Electr. v. 270 tradant, ἔσθημα in oratione soluta inusitatum esse, tamen eo uti Pollucem. Utitur eo Pollux VII, 42, 50, 51 & 54. Antoninus Liberal. c. 11, & Ammonius in παρέχειν. E quibus apparet, hoc vocabulo non solos poëtas usos fuisse. Sed quod Plataeenses dicunt inter inferias, quae annua religione mortuis dabantur, etiam vestes fuisse, non possum aliorum scriptorum testimoniis confirmare. Apud Sophoclem in Electr. v. 455, Electra Agamemnoni patri inter inferias iubet dari ζῶμα suum. Scholiastes ibi, ζῶμα, inquit, δὲ νῦν τὴν ζώνην δηλοῖ, οὐ τὸ ἔνδυμα. ἵνα τούτῳ στέφοι τὸν τάφον ἀντὶ μίτρας. δίδωσι γὰρ τὸ ζῶμα ἀντὶ τῆς ταινίας. Nec Plutarchus in Aristide, ubi multis, qualia annua haec sacra fuerint, exsequitur, ullam vestium mentionem facit, ac tantum στεφανώματα, vinum, lac, & alia, quae Graeci ἐναγίσματα dicunt, memorat.

ead. l. 14. Αὐθένταις) Praeter eos, quos in Var. Lect. nominat Huds. consule Nunnesium ad Phrynich. & Valesium ad Harpocrationem.

Pag. 257. *l.* 13. Ὡς — προάγει) Th. Mag. in πρέπει, qui ὑμῶν, recte. aliter MSS. WASS.

ead. l. 14. Ὁμοβωμίους) Quibus communiter in eadem ara sacra fiunt: nam etiam pluribus Diis una ara sacrabatur. Vid. Kuhn. ad Polluc. VI, 155. ubi quod annotat de

ſex aris duodecim Diis Olympiae conſecratis, eſt e Scholiaſte Pindari Olymp. V, 10, qui binos Deos, qui in eadem ara colebantur, συμβώμους vocat; quemadmodum & Strabo XI. 512, Perſicos quoſdam δαίμονας, quibus eadem aedes & ara ſacra erat. Add. Spanhem. Epiſt. III ad Morell. pag. 183. Quod eoſdem ὁμοχέτας vocatos dicit Kuhn. id eſt e Thucydid. IV, 97. ubi vid. Schol. Heſych. & Suidam.

Pag. 258. *l.* 4. Κεκμηῶτας) Κεκμηκότας Marg. bene, opinor: illud fere poëtarum; vel, ut Euſtathius, Ionum eſt. mecum facit ad Pollucem, qui ſic adduxerat, Iungermannus III, 106. Sed & poëtae ſaepe hac forma. Theocrit. ἦ γὰρ ἀπ' ἄγρας Τανίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται. Ἀττικώτερον Euſtathio iudice ſcribamus κεγμηκότας. Sic, inquit, ἀγμῆτες pro ἀκμῆτες, & ἔοιγμεν, apud Sophocl. Ai. 1260, pro ἐοίκαμεν; ſed de hac ſcriptura ampliandum. Wass.

ead. l. 6. Ἡμέρας — παθεῖν) Priſcianus XVIII, 1172. Graev. ἀναμιμνησκόμενοι, ſed Mſſ. & Priſcianus cum editis faciunt. Priſc. tamen μεθ' ἑαυτῶν. atque ita Codex Mſ. B. Pub. Cantab. & Cl. Gr. Wass.

ead. l. 12. Τῷ αἰσχίστῳ ὀλέθρῳ) Vid. quae annotarunt Caſaub. ad Dionyſ. Halicarn. VI, 86, & Cerd. ad Virgil. IX Aen. 340.

Pag. 260. *l.* 6. Πρὸς μὲν τὰ ἀντειπεῖν δεῖ) Stephanus eo loco, quem refert in Var. Lect. Hudſonus, reprehendit Scholiaſten, τὰ interpretantem τινὰ, & monet, obſervandum eſſe hic, contra receptam ſermonis Graeci conſuetudinem, καινοπρεπῶς dici πρὸς μὲν τὰ, pro πρὸς τὰ μέν. Idem iam ante annotaverat Budaeus in Commentar. Ling. Gr. pag. 956, & ob eam cauſam hoc inter exempla implicitae ſtructurae poſuerat: quod & repetit ex eo Stephanus ibid. pag. 127.

ead. l. 12. Οὐκ ἠξίουν — ἡγεμονεύεσθαι ὑφ' ἡμῶν) Vid. ad Lib. I, cap. 56.

Pag. 262. *l.* 9. Ἐν Κορωνείᾳ) Lib. I, cap. 113.

Pag. 263. *l.* 10. Τῶν Ἀθηναίων) Rectius abeſſe articulum puto ab Ar. C. Cl. Gr. Reg. Caſſ. Dan. In hac oratione, & alias data opera omitti videtur ab Athenienſium inimicis. v. VI, 34, ubi res minus honeſta, & τὰ τῶν ἐναντίων. & IV, 61. forte οἱ delendum, uti & I, 69, ubi omittit Caſſ. Aliter tamen loquitur II, 20.

Pag. 265. *l.* 2. Οὕσπερ) Hoc in edit. Oxon. inter erra-

ra relatum erat, & pro eo iubebatur legi ὥσπερ: quod etiam clar. Wasse hic in margine posuerat. Sed credo, eum, qui indicem illum erratorum confecit, festinatione, aliave qua causa lapsum fuisse, cum voluisset scribere, pro οὕσπερ, quod in edit. Oxon. est, legendum esse οὔσπερ. Nam & scripti, & editi omnes, quos vidi, vulgatam scripturam habent, quae cur mutari debeat, nulla probabilis ratio est.

ead. l. 6. Δικαιότερον) Cl. mendose δικαιότεροι. Wass.

ead. l. 9. Αἰεὶ) Alii ἀεί. Utroque modo Herodotus. Idem. Ἀεὶ hic non modo plerique MSS. verum etiam ed. Vascos. habent: unde suspicor, etiam ita in vetustioribus edd. esse. Pro ἱέναι ὁδὸν eadem metaphora βαδίζειν ὁδὸν dicit Dionys. Halicarn. XI, 39: Ὁ δὲ Ἄππιος — ὀλεθριωτάτην ἔγνω βαδίζειν ὁδόν.

Pag. 266. *l.* 1. Ἱερομηνίαις) Ἱερομηνίᾳ Marg. quod tam sententia, quam constructionis varietas recipiendum suadet. Wass. Vid. cap. 56.

ead. l. 3. Εἰ μὲν γὰρ ἡμεῖς αὐτοὶ) Portus παραφράζων verterat, *Si enim nos ipsi nostra sponte.* Αὐτὸς, pro αὐτόματος, & μόνος, saepe est apud Homerum, & alios poëtas. Vid. Eustath. in Il. ρ', p. 1105, Schol. Theocr. in XI Idyll. 12, & Stephanum, aliosque ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 6, & in Del. 212. Scholiast. parvus Hom. hoc Il. β', 254, Ἀλλά τις αὐτὸς ἴτω, exponit, ὑπὸ ἰδίας γνώμης παραγενέσθω. Et Latinos eadem significatione dicere *ipse*, annotant interpretes Callimachi, & Heins. Lection. Theocrit. cap. 17.

ead. l. 9. Μᾶλλον) Saepe in hisce formulis eleganter omittit Sallustius: nisi intercederent libri, mallem quandoque abesset. Wass.

Pag. 267. *l.* 1. Σωφρονισταὶ) Forsan hac voce utitur Thucydides cum allusione ad magistratum, cuius Athenis munus erat iuvenum mores corrigere, eosque, quoties deliquerint, officii monere. Vide Phavorinum & Etymolog. magn. auctorem. Huds. Pulchra sunt, quae de significatione vocabulorum σωφρονίζειν & σωφρονιστὴς ad Polluc. IX, 138 annotavit peritissimus literarum Graecarum Hemsterhusius.

Pag. 268. *l.* 9. Οὐκ, ἤν γε) Si Grammaticorum praecepta sequimur, potius scribendum est οὔκ cum Cass. Vid. Bud. Commentar. pag. 938. Nec male distinctio maior poneretur post οὔκ. Stephanus supplet, *Minime vero impuni-*

tatem consequemini. Puto sufficere, *Non ita;* ut in Virgil. II Aen. 583, ubi Germanus observat Euripidem & Sophoclem hoc dicere, οὐ δῆτα.

ead. l. 14. Ειτινες ἄρα καὶ ἐγένοντο) MSS. εἴ τις ἄρα καὶ ἐγένετο. non male. WASS.

Pag. 269. *l.* 13. Ἐπίχαρτοι) Inter Thucyd. Glossas recensuit Pollux III, 101. At Sophocles in Trachin. Plato Epist. 8. vid. Hesychium. WASS. Paulo aliter Aeschyl. Prometh. 157, Ἐχθροῖς ἐπίχαρτα πέπονθα. Schol. εὐφρόσυνα. Ἐπίχαρμα, quod Pollux ibid. e Posidippo affert, & improbat, est etiam apud Theocrit. II, 20, καὶ τὶν ἐπίχαρμα τέτυγμαι.

Pag. 271. *l.* 5. Ἀγαθόν τι) Particulam τι neque MSS. neque edd. vett. habent. Sic mox ἐρωτῶντες εἴτι Λακεδαιμονίους κ. τ. ξ. ἀγαθὸν ἐν τ. π. δεδρακότες εἰσίν. Vid. ad cap. 52. In Gr. post πεπόνθασι, ac deinde post πεπονθέναι sunt distinctiones maximae, in Cass. mediae, notae scilicet παρεμβολῆς; in qua & structura & sententia intricatissima atque obscurissima est. Nec multum iuvant ad utramque expediendam versiones interpretum, e quibus satis apparet, eos hic haesisse. Sed in priore parte huius παρεμβολῆς respicit haud dubie, quod etiam Scholiastes monet, ad illa Archidami II, 72: ἡσυχίαν ἄγετε, νεμόμενοι τὰ ὑμέτερα αὐτῶν· καὶ ἔστε μηδὲ μεθ' ἑτέρων· δέχεσθε δὲ ἀμφοτέρους φίλους, ἐπὶ πολέμῳ δὲ, μηδ' ἑτέρους.

Pag. 272. *l.* 8. Πρὸς τῷ Ἡραίῳ) De conditu huius templi vide Plutarchi Aristidem. HUDS. Urbs, inquit Posidippus, qui ad Menandri tempora refertur, Ναοὶ δύ' εἰσὶ, καὶ στοὰ, καὶ τοὔνομα, Καὶ τὸ βαλανεῖον, καὶ τὸ Σηράμβου κλέος. Τὸ πολὺ μὲν ἀκτή. Urbem totam anno tertio ante Leuctricam pugnam a Thebanis, praeter templa, excisam narrat Pausanias IX, 1. Urbem condidit Polybus post Deucalionis tempora, inquit Etymologus voc. βουκέρας. WASS. Versus Posidippi de Plataeis sunt in Dicaearcho pag. 14 edit. Oxon. Excidium Plataearum, de quo Pausan. l. d. posterius fuit eo, quod hic memorat Thucydides, atque ipse Pausanias. Nam cum urbs per annos circiter XL in ruinis iacuisset, deinde per pacem Antalcidae restituta Olymp. XCVIII, rursus anno tertio ante pugnam Leuctricam, quae in annum 2 Olymp. CII incidit, a Thebanis eversa, sed a Philippo post proelium ad Chaeroneam, id est, post annum tertium Olymp. CX instaurata

est. Ita Pausanias. Plutarchus Aristid. p. 597 ab Alexandro, postquam Asia potitus erat, restitutam tradit. Etiam ante bello Persico a Xerxe incendio deleta fuerat. Diodorus Sic. XI, p. 250.

ead. l. 10. Ὀροφαῖς) Pollux VII, 121: ὀρόφοις καὶ θυρώμασι, Θουκυδίδης. Sed MSS. & edd. omnes hic ὀροφαῖς exhibent. Utrumque est apud Aristophanem. Vid. Schol. ad Nub. 173. Θυρώματα Scholiast. Demosth. in Midian. p. 365 exponit σανίδας ἐπιτηδείας πρὸς θύρας. Gloss. Θυρώματα, *postes*.

ead. l. 11. Ἃ — σίδηρος) Thom. Magister in ἔπιπλα. Wass. Docet ibi Thomas, quae sint ἔπιπλα, de quo plura legi possunt in Lexicographis veteribus, Eustath. ad Homer. Od. γ', p. 1469, & interpretib. Pollucis X, 10. Ἑκατόμπεδος νεὼς in arce Athenarum, de quo agunt scriptores ab Hudsono in Var. Lect. laudati, nihil commune habet cum eo, quem hic memorat Thucydides, nec quisquam dicit, hunc Παρθενῶνα vocatum fuisse.

Pag. 273. *l.* 10. Καὶ ἀπ' αὐτῆς σποράδες) Scholiastes putat, καὶ hic abundare. Henr. Stephanus ad Corinth. de Dialect. p. 33 sententiam illius referens non addit, quid sibi de ea videatur. Apertum est, orationem non cohaerere. Si retinetur κατηνέχθησαν, copula hinc tollenda, & ante καταλαμβάνουσι ponenda est. Si κατενεχθεῖσαι scribas, utroque loco abesse potest καί; quamquam non omnino necessarium est, eam priore loco deleri. Et sic voluit, qui Cod. Cass. tractavit.

ead. l. 12. Κυλλήνη) Ita MSS. & noster I, 30, III, 76. Theophrast. H. Plant. IV, 1. Artemidor. I, c. 47. Wass.

Pag. 274. *l.* 7. Ἐστασίαζον) Vid. Diodorum pag. 315 d. Wass.

ead. l. 9. Ὀκτακοσίων) Budaeus in Commentar. p. 79, & Stephanus in Thesaur. hunc loc. citantes retinent ὀκτακοσίων, & tamen vertunt *octoginta*. In his, quae sequuntur, apud Thomam Magist. v. βούλομαι perperam legitur Κερκυραίοις Κόρινθον προσποιῆσαι.

Pag. 275. *l.* 4. Ἐθελοπρόξενος) Explicat Pollux III, 59, 60. breviter Hesych. ἑκὼν πρόξενος. Sic ἐθελόκακος Dionys. Halic. ἐθελόπονος Xenoph. Wass.

ead. l. 6. Ἀθηναίοις τὴν Κέρκυραν καταδουλοῦν) Hinc refellas licet Soloecisten Luciani in fin. inter καταδουλοῦσθαι & καταδουλοῦν hoc discrimen statuentem: τὸ καταδουλοῦ-

σθαι μὲν ἑτέρῳ, τὸ καταδουλοῦν δ' ἑαυτῷ γίγνεται. Et vanam esse observationem, ostenderunt Schol. Luciani e loco Isocratis, qui est in Evagor. pag. 192 ed. Stephan. & Graev. e Thucydid. VIII, 46.

ead. l. 8. Ἐκ τοῦ τε Διὸς) Non male MSS. ἐκ τοῦ τε Διὸς τοῦ τεμένους. WASS. Sic cap. 81, ἐν τοῦ Διονύσου τῷ ἱερῷ. Nota est haec apud veteres religio lucorum, quam violatam dicebat Pithias. Vid. Ovid. VIII Metam. 741 seqq. & IV Fast. 753, ibique Neapol. Hinc saepe in Ovidio, *incaeduus lucus*, & *incaedua silva*. Athenienses poenam capitis statuerant in eos, qui vel minimam ilicem e luco Heroum excidissent. Aelian. V Var. Hist. 17.

ead. l. 9. Ἀλκίνου) Etsi hoc nomen frequentius sine contractione scribitur, tamen non desunt exempla in contrarium. Ἀλκίνους, Ἀλκίνουν, de hoc Alcinoo Conon Narrat. 3 apud Photium. Ἀλκίνου Aelian. XII Var. Hist. 25. Ἀλκίνῳ Athen. I, 8, & Ἀλκίνους I, 11. Sic alius Ἀλκίνους apud Apollodor. III, 10, & Pausan. VI, 1. Itaque non apparet causa, cur viri docti id hoc loco, contra omnes libros scriptos & edd. mutare voluerint. Scholiast. Theocriti in IV Idyll. 32: Ἄλκιμος, καὶ Κρότων, Αἰακοῦ υἱοί. καὶ ὁ μὲν ἐβασίλευσε τῶν Κερκυραίων, ὁ δὲ ἐν Σικελίᾳ ἔκτισε Κρότωνα. Lego, Ἀλκίνοος, vel Ἀλκίνους, καὶ Κρότων, Φαίακος υἱοί. Nam non Aeacus, sed, ut auctor est Conon l. d. Phaeax pater Alcinoo fuit, a quo Corcyra, regnum Alcinoi, Phaeacia, & incolae Phaeaces. Quod Scholiast. Theocr. Crotonem in Sicilia locat, id Berkelius ad Stephan. in Κρότων, Cluverium secutus, de Magna Graecia Italiae accipit. Sed ita non succurritur Stephano, qui sic ex una urbe duas faciet. Ceterum qui Scholiastae Theocriti Κρότων est, eum Conon Locrum vocat, & Locros, urbem Italiae, ab eo nomen accepisse dicit. Sed cum Scholiasta faciunt Ovidius XV Metam. princ. & Iamblich. de Vit. Pythag. cap. 9. In Conone quoque pro Λατῖνος, a quo Locrum hospitio exceptum tradit, e Schol. Theocriti legendum puto Λακῖνος, & e Servio ad Virg. III Aen. 552. Add. Holsten. ad Stephan. in Λακίνιον.

ibid. Καθ' ἑκάστην χάρακα) Ad notam Hudsoni in Var. Lection. add. quos laudat Iungermann. ad Polluc. I, 162. & Thom. Magistrum.

ead. l. 11. Ὅπως ταξάμενοι ἀποδῶσιν) Pensionibus, hoc est, τεταγμέναις ταῖς καταβολαῖς, Budaeus in Commen-

tar. pag. 639; ubi Thucydidem eadem ratione hoc verbo uti ostendit III, 50: οἷς ἀργύριον Λέσβιοι ταξάμενοι τοῦ κλήρου ἑκάστου τοῦ ἐνιαυτοῦ δύο μνᾶς φέρειν. Sic I, 99: οἱ πλείους αὐτῶν χρήματα ἐτάξαντο ἀντὶ τῶν νεῶν τὸ ἱκνούμενον ἀνάλωμα φέρειν. Ibid. c. 101: χρήματά τε ὅσα ἔδει ἀποδοῦναι αὐτίκα ταξάμενοι, καὶ τολοιπὸν φέρειν. Et cap. 117: Καὶ χρήματα τὰ ἀναλωθέντα κατὰ χρόνους ταξάμενοι ἀποδοῦναι. Pollux I, 169: χρήματα ταξάμενοι.

ead. l. 13. Βουλῆς) Suidas habet βουλῆς, sed male; est enim pro βουλαίας. WASS. Add. Port. in Notis Hudsoni ad Scholiast. Paulo post pro Ἀθηναίους, quod sine dubio vitio operarum in edit. Hudsoni venerat, e scriptis & edd. reposui Ἀθηναίοις. In Dan. fortassis est Ἀθηναίους: nam ex eo nulla varietas scripturae annotata erat. sed non habenda est illius ratio. Gr. Ἀθηναίους, & inter versus Ἀθηναίοις.

Pag. 277. *l.* 11. Ἱδρύνθη) Ἱδρύθη hic legit Thom. Magister cum libris scriptis. Eadem varietas supra aliquoties annotata est.

ibid. Ὑλλαϊκὸν) Etiam Scholiast. Apollon. IV Argon. 1149, Ὑλλικὸς λιμὴν παρὰ Φαίαξι. Ὑλαϊκὸν ex nostro citat Dion. Halic. pag. 150. WASS. Vid. infr. cap. 81, & Palmer. Graec. Ant. II, 10.

ead. l. 13. Πρὸς αὐτὴν) Πρὸς αὐτῇ eleganter libri scripti. WASS.

Pag. 278. *l.* 14. Ξυνοικίας) Οἰκίαν & συνοικίαν coniungit etiam Harpocration in Ναύκληρος: Ναύκληρος οὐ μόνον — ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ μεμισθωμένου ἐπὶ τῷ τὰ ἐνοίκια ἐκλέγειν ἢ οἰκίας, ἢ συνοικίας. Ammonius ita distinguit: Οἰκία, ἡ ὑπὸ ἑνὸς, ἢ ὑπὸ ἑτέρου κατοικουμένη· συνοικία δὲ ἡ πολλοῖς, καὶ μισθουμένη. Itaque συνοικίαι pluribus per partes locabantur, ut Romae insulae. Unde Gloss. συνοικία, *insula*, & ἐνοικολόγος, *insularius*; qui Harpocrationi ναύκληρος. Add. Iungermann. ad Polluc. IX, 39, & Casaub. ad Athen. VII, 1.

Pag. 279. *l.* 1. Καὶ ἡ π. — διαφθαρῆναι) Thom. Magist. in βούλομαι. Mox Cod. Ar. pro ἐπεγένετο male ἐγένετο. Supra II, 77: πνεῦμά τε εἰ ἐπεγένετο αὐτῇ (nempe φλογὶ, ut bene Schol.) ἐπίφορον, οὐκ ἂν διέφυγον. Ὡς ἑκάτεροι sic dicit, ut saepe ὡς ἕκαστοι.

Pag. 281. *l.* 15. Καὶ πεφοβημένοι — καὶ τὸν ἐπίπλουν) Hic non abundare copulam καὶ, quod putat Corinthus, ostendit Stephanus in Animadvers. ad Lib. de Dialect. pag.

33. Pro τά τ' ἐν idem Corinthus habet τά τε ἐν, & mendose ἀπόπλουν, & νῆες. Illa παραιτούντων — ἐκπλεῦσαι citat Thomas in βούλομαι, omissa particula τε.

Pag. 282. *l.* 11. Πάραλος) Adeas Ulpianum in Demosth. Mid. p. 216 c. WASS.

Pag. 283. *l.* 9. Ὁτιμάλιστα) Ὅτι μάλιστα C. Reg. Caff. Graev. edd. & V, 36 Ar. C. edd. Caff. VI, 84 editi, Bar. Reg. Caff. I, 44 Graev. Caff. Ita & Hippocrates de Morb. Mulier. 182, Hesychius, Clemens Alexand. Aristoteles Polit. I, 15, II, 2, 24. Coniunctim minus recte Plato 383, 385, 430 &c. WASS.

Pag. 284. *l.* 5. Τρεῖς δὲ καὶ δέκα) Mff. τρισκαίδεκα. Vide nos ad I, 29. WASS. De phrasi πρύμναν κρούεσθαι est Lib. I, cap. 50.

ead. l. 7. Ἐπὶ μὲν τὴν πόλιν — ὄντας) De hoc genere loquendi, non minus Latinis, quam Graecis, in nominibus collectivis usitato, agit Stephanus Animadv. in Lib. de Dialect. p. 30. De οὐδὲν μᾶλλον pro οὐ, vid. ad II, 70.

ead. l. 10. Λευκίμνην) Ita Lib. I, cap. 30, 31. corrupte apud Strabonem κατὰ τὴν Λευκίμμην. aliter Plin. Ptolemaeus λεύκιμμα. & in Mf. Coislin. etiam corruptius λεύκιμα. λεύκιμμα πίναξ γυψώδης. WASS. Ita quidem est in Etymol. M. sed corrupte, pro λεύκωμα, ut recte Sylburgius. Gloss. λεύκωμα, *album.* add. Suid. in λεύκωμα.

Pag. 285. *l.* 1. Ἐμβῆναι) Mff. ἐσβῆναι, ut infra p. 286 lin. 5. WASS. Vid. Thom. Magist.

ead. l. 12. Κερκυραῖοι δὲ — Λακεδαιμονίους) Dion. Halic. p. 150. WASS. Dionysius Thucydideam rei apud Corcyraeos gestae narrationem laudat, ut perspicuam, brevem, & plenam; quae de communibus Graecarum civitatum malis addit, ea tanquam tragica, & obscuros atque implicitos verborum ac sententiarum nexus habentia, & a communi usu sermonis abhorrentia, reprehendit.

Pag. 286. *l.* 5. Ἀπεχώρησαν) Cl. in marg. ἀπεχρῶντο ἐς τὸ Ἡρ. non male, adhibita tantum distinctione. WASS. E vulgata scriptura, quidquid eam Portus torqueat, nihil boni sensus elici potest. Eam, quae in marg. Cod. Cl. notata est, confirmat Suidas: Θουκυδίδης ἀπεχρῶντο, ἀντὶ τοῦ ἀνῄρουν. Idem ex Aristoph. Lemniis, quem locum etiam ante oculos habuit Pollux IX, 154, affert, τοὺς ἄνδρας ἀπεχρήσαντο, pro διεχρήσαντο καὶ ἀπέκτειναν. Pollux VIII, 74: ἐπὶ τοῦ ἀνελόντος ῥητέον, ἀνεῖλεν — ἀπεχρήσα-

το. Et Hesych. ἀπεχρήσαντο, ἀπέκτειναν. Thucydidem eadem significatione dixisse ἀνεχρήσαντο, scribit Suidas. Hoc Kustero suspectum est: sed sic quoque Pollux l. d. ubi vid. quae annotant interpretes. De varietate scripturae voc. Ἡραῖον agit Sylburg. ad Dionysium.

ead. l. 7. Πάντων) Ἁπάντων cum D. Halic. pro πάντων lego, quod & auribus facit, & huius vehementiae congruit, & ab eodem passim adhibetur; quemadmodum & Oratoribus Atticis. Hoc loco valet *omnes omnino*, *universos*. WASS. Ex auctoritate cl. Wass. qui deleto in contextu πάντων, pro eo in marg. ἁπάντων posuerat, hoc receptum est.

ead. l. 11. Ἀνηλοῦντο) Suidas ἀναλοῦντες, ἀντὶ τοῦ ἀναιροῦντες, Θουκυδίδης. Et, ἀνήλευται, πεφόνευται. Aeschyl. Sept. cont. Theb. 819: Αὐτὸς δ' ἀναλοῖ δῆτα δύσποτμον γένος. Schol. ἀπόλλυσι.

ead. l. 12. Εὐρυμέδων) Dionys. Halic. bene ὁ Εὐρυμέδων. WASS.

Pag. 287. *l.* 1. Τοῖς τὸν δῆμον καταλύουσιν) Etsi non magnopere probo sententiam Porti, τοῖς pro αὐτοῖς poni putantis, quod frequentius pro τούτοις dicitur, & ἐν τοῖς, pro ἐν τούτοις; vid. ad cap. 17 huius libri: tamen consentientibus libris in hanc scripturam nihil tentandum est. Sed credo alios potius dicturos fuisse, αἰτίαν ἐπιφέροντες, ὡς, vel αἰτίαν ἐπιφέροντες αὐτοῖς, ὡς τὸν δῆμον καταλύουσιν. Nam αἰτία saepe post se habet particulam ὡς cum participio. Thucyd. II, 59: τὸν μὲν Περικλέα ἐν αἰτίᾳ εἶχον ὡς πείσαντα σφᾶς πολεμεῖν. Dionys. Halic. VIII, 81: καὶ ἐν αἰτίᾳ τοὺς προτέρους εἶχον δημάρχους, ὡς προδεδωκότας τὸ κοινόν. Herodian. IV, 6: τήν τε Κομμόδου ἀδελφὴν — ἀπέκτεινεν, αἰτίαν ἐπαγαγὼν, ὡς δακρυσάσῃ παρὰ τῇ μητρί. Καταλύειν τὸν δῆμον ea significatione, quam hic expressit interpres, non raro legitur apud Thucydidem, & alios. Aristotel. V Politic. 5 aliquoties sine discrimine dicit καταλύειν τὸν δῆμον, & καταλύειν τὴν δημοκρατίαν. Contenderunt inter se de versione Latina huius phraseos Heraldus II Observat. & Emend. 49, & Salmasius Observat. ad Ius Attic. & Roman. cap. 10, p. 296. Ei, quod in fine cap. dicit, ἐν τοῖς πρώτη ἐγένετο, simile est I, 6, ἐν τοῖς πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι — ubi tamen Stephanus praeferebat πρώτοις.

ead. l. 3. Πᾶσά τε ἰδέα) Haec imitatione sua atque exemplo comprobant Sallustius & Virgilius. Sallust. Iug.

48 postremo: Quaecunque *dici*, aut *fingi* queunt ignaviae, luxuriaeque probra, in illo exercitu *cuncta* fuere, & *alia amplius*. Virgil. Aen. II, 369: Crudelis ubique Luctus, ubique pavor, & *plurima* mortis *imago*. WASS.

ead. l. 5. Καὶ ἔτι περαιτέρω) Annotat Casaubon. ad Dionys. Halic. pag. 36, affine esse hoc Dionysii XI, 39, δεινὰ καὶ πέρα δεινῶν.

ead. l. 8. Περιοικοδομηθέντες) Confer huc, quae de hac voc. deque κατοικοδομεῖν & ἐγκατοικοδομεῖν annotat Valesius ad Harpocrat. in κατῳκοδόμησεν. Περιοικοδομεῖν etiam recte vertas *muro includere*. Hygin. Fab. LXIII de Danaë: *Acrisius eam in muro lapideo praeclusit*. Sed in eo, quod ibi affert Vales. ex Apollodori II, 5 princ. de pugna Herculis cum leone Nemeaeo, αὐτοῦ (τοῦ σπηλαίου) τὴν ἑτέραν ἀνῳκοδόμησεν εἴσοδον, mihi suspectum est ἀνῳκοδόμησεν. Lycurgus Rhetor quidem Orat. advers. Leocratem de Pausania, Duce Graecorum ad Plataeas, agens pag. 183 edit. Hanov. itidem scribit, τὴν θύραν ἀνοικοδομήσαντες, quod interpres vertit, *ianuam instaurantes*: sed hoc quoque in mendo cubare mihi persuadeo. Nam Thucyd. I, 134 de ea re dicit, καὶ τὰς θύρας ἀπῳκοδόμησαν. Diodor. Sicul. XI, 265, λέγεται τοὺς Λακεδαιμονίους ἐνοικοδομῆσαι τὴν εἴσοδον. Et Polyaen. VIII, 51, τὸν προδότην ἐναποικοδομήσαντες διέφθειραν.

ead. l. 12. Τοῖς τῶν δήμων προστάταις) Aristotel. V Politic. 7: Οἱ μὲν γὰρ Ἀθηναῖοι πανταχοῦ τὰς ὀλιγαρχίας· οἱ δὲ Λάκωνες τοὺς δήμους κατέλυον.

Pag. 288. *l.* 8. Ἡσυχαίτερα) Thomas Mag. auctoritate huius loci reiicit comparativum ἡσυχώτερος, qui est in Gr. Sed emendandum est apud eum vitium scripturae διηλαγμένα, quod etiam ed. Colin. obsidet.

ead. l. 14. Ἐστασίαζε) Corrupte, qui haec damnat, D. Halic. p. 150, ἐστασίαζον citat. infra tamen recte, τὴν εἰωθυῖαν τῶν ὀνομάτων ἀξίωσιν ordine paulo venustiore haud semel exhibet. Ceterum haec gravissimo scriptori Sallustio minime displicuerunt. Vide nos ad Catilin. 56. Adde Aristotelem Rhet. I, 9, p. 724; Philonem de Fortitud. pag. 571; Plutarchum in Solone p. 86; Lucret. IV, 1154; Tacitum Agric. XXI. WASS. Dionysius Halic. l. d. partem huius digressionis, de seditionibus urbium Graecarum, usque ad verba ἐπὶ δὲ τῷ ἀγάλλονται, accurate examinat, &, quid in singulis prope periodis reprehendi mereatur, ostendit.

Pag. 289. *l.* 4. Τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν) Henr. Stephanus in Append. ad Script. de Dial. pag. 200 dicit, hunc locum pertinere ad ὑποκορισμὸν Atticorum, qui rebus turpibus honesta, odiosis minus invidiosa nomina imponere solebant. Sed Thucydides hic non tantum de Atheniensibus, verum de omnibus, qui in civitatibus Graecis Remp. tractabant, agit.

ibid. Τὴν εἰωθυῖαν — ἀργὸν) Laudat Plutarch. de Adul. pag. 56. vid. nos ad Sallust. Orat. Catonis. eadem ad δικαιώσει D. Hal. pag. 151, qui τὴν εἰωθ. τῶν ὀν. ἀξ. non male. WASS.

ead. l. 6. Τόλμα — ἀργὸν) Dionys. Halicarn. pag. 136. ubi ἀνδρεία scribit, & πρόσχημα τοῦ ἀνάνδρου; proque σπεσάπαν εἰσάπαξ. non recte. Idem p. 151 cum editis. Et pag. 164, τόλμα μὲν, omisso γάρ. Τόλμα — πρόσχημα. Hermogenes I περὶ Ἰδεῶν 6, qui ἀπρεπής. hinc corrigendus. WASS. Ἀνδρεία etiam Plutarch. l. d. & Aristid. de Dict. Civ. pag. 192. Πρόσχημα Thom. Magist. hic exponit πρόφασιν, καὶ τὸ οἱονεὶ προκάλυμμα.

